ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

AN. ET VOL. LXIV

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
M-DCCCC-LXXII

An. et vol. LXIV 30 Ianuarii 1972 N. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

RANCHIENSIS
(DALTONGANIENSIS)

Ab archidioecesi Ranchiensi quibusdam detractis territoriis dioecesis conditur, nomine « Daltonganiensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Supremi Ecclesiae pastoris munere fungentes eidemque quam diligentissime possumus satis facientes, dioecesium territoria quandoque aptius disponimus quandoque dividimus novasque constituimus ecclesiasticas circumscriptiones ; idque profecto, quo melius efficaciusque rei catholicae consulatur. Quod hodie ad archidioecesim quod attinet Banchiensem faciendum esse putavimus, quibusdam videlicet ab ea separatis regionibus iisque alia condita Ecclesia. Audita ideo hoc super negotio sententia Nuntiaturae Apostolicae in India, de sententia Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione sequentia decernimus Nostraque auctoritate iubemus. Ab archidioecesi Eanchiensi territoria distrahimus civilium provinciarum vulgo Hazaribagh et Palamau, iisque novam dioecesim fundamus, *Daltonganiensem* appellandam atque

metropolitanae Sedi Eanchiensi subiciendam. Mandamus praeterea ut quaedam sacra aedicula, quae in urbe vulgo Daltongani exstet, ad praesens tamquam cathedralis habeatur, utque pro Canonicis consultores dioecesani ab Episcopo deligantur, ut ad normam Iuris ei assint auxilio atque consilio. Hae autem Nostrae sub plumbo Litterae sueto more ad effectum adducantur, deque confecto negotio documenta exarentur et ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittantur, rite signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Komae, apud S. Petrum, die quinto mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo primo, Pontificatus Nostri octavo.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. B. E. Cancellarius

AGNELLUS Card. Rossi
8. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

68 Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tao., vol. CXXXIX, n. 51.

II

KWANGIUENSIS
(CHEIUDOENSIS)

Quibusdam detractis territoriis ab archidioecesi Kwangiuensi nova praefectura apostolica constituitur, nomine « Cheiudoensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quoniam supremi, quo fungimur officii maximopere est ut, quae cum aptiore Christi evangelii promulgatione congruant ea ad effectum ducamus, sententiae Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide accedendum esse putavimus, quae novam in Coreae finibus condi posse praefecturam apostolicam censuit. Suprema ideo Nostra potestate, auditoque hac super re quid sentiret venerabilis Frater Hippolytus Rotoli, Archiepiscopus titulo Thibiucensis et in Corea pronuntius, sequentia decernimus. Ab archidioecesi Kwangiuensi territorium distrahimus insulae vulgo Cheju-do mari Sinensi Orientali circumscriptae, eoque praefecturam apostolicam constituimus, *Cheiudoensem* appellandam, quam curis Sodalium Societatis Sancti Columbani pro missionibus ad Exteros concredimus, ea quidem spe ut pro suae christianae religionis prolatandae studio nec labori pareant nec rebus divinis gerendis. Haec quae praescripsimus venerabilis Frater Hippolytus Rotoli ad effectum adducat, atque effecti negotii congrua documenta ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione

sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duo de tricesimo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo primo, Pontificatus Nostri nono.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. B. E. Cancellarius

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Begens

£8 Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tao., vol. CXXXIX, n. 27.

III

PRAETORIENSIS (RÜSTENBÜRGENSIS)

In Africa Meridionali nova praefectura conditur, « Rustenburgensis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter rerum humanarum rumores, qui et metus praeferunt hominibus, et formidines, et sollicitudines omne genus, Ecclesia sancta, Christi verbis memorem animum praestans, quae apostolis fecit : ((Euntes in mundum universum praedicate Evangelium omni creaturae)) *(Me.* 16, 15), in hoc sane omni studio, cogitatione curaque semper maxime incubuit, ut, videlicet, divinam Christi religionem late diffunderet, atque talis ubique fieret, providentia sua, rerum condicio, quae fidei nostrae propagandae admodum prodesset. Quam ob rem, cum Sacra Congregatio pro Gentium evangelizatione seu de Propaganda Fide in eam sententiam venerit ut in Africa Meridionali, nonnullis territoriis detractis ab archidioecesi Praetoriensi, novam conderet Praefecturam apostolicam, Nos, re aeque reputata, consilio petito a vene-

rabili Fratre Ioanne Gordon, Archiepiscopo titulo Mcopolitano ad Nestum, eodemque in Africa Meridionali apostolico Delegato, atque Ordinario cuius interest sententiam rogato, bene fieri censuimus si expostulationi conceder emus. Cuius rei gratia, apostolica Nostra auctoritate eas partes districtuum, quos dicunt, civilium Rustenburg, Köster, Swartruggens, Marico et Thabazimbi, quae ad praesens in finibus archidioecesis Praetoriensis erant, ab hac eadem Ecclesia detrahimus, easque in Praefecturae apostolicae formam redigimus, *Rusten ourg ensis* cognominandae, factis iuribus quae ad circumscriptiones huius ordinis pertinent. Contrariis nihil obstantibus. Ceterum volumus ut has Litteras Nostras venerabilis Frater Ioannes Gordon, cuius mentionem fecimus, ad exitum deducat, vel ille quem ipse delegaverit, factis nempe debitis facultatibus. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem.'pro Gentium evangelizatione cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duo de tricesimo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo primo, Pontificatus Nostri nono.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

AGNELLUS Card. Rossi
8. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

6B Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXIX, n. 26.

IV

BONFIMENSIS
(PAULALFONSANENSIS)

Detractis quibusdam territoriis a dioecesi Bonfimensi alia conditur, nomine « Paulalfonsanensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pastorale munus, quo tenemur, universae Ecclesiae utilitati apte consulendi, id quandoque requirit ut separatis latiorum dioecesium territoriis alias ecclesiasticas circumscriptiones condamus. Libenti ideo animo sententiam venerabilis Fratris Antonii Mendoça Monteiro, Episcopi Bonfimensis, accipiendam esse censuimus, qui, audito Episcoporum Brasiliae coetu, ab Apostolica Sede petiit ut e perampla sua alia deduceretur dioecesis. De sententia igitur venerabilis Fratris Humberti Mozzoni, Archiepiscopi titulo Sidetani et in Brasilia Apostolici Nuntii, sacrorumque S. R. E. Cardinalium, qui Sacrae Congregationi pro Episcopis praesunt, sequentia decernimus ac iubemus. A dioecesi Bonfimensi integrum territorium separamus municipiorum, quae vulgo appellantur Abaré, Antas, Cicero Dantas, Chorrochó, Coronel loâo Sá, Euclides da Cunha, Gloria, Jeremoabo, Macururé, Paripiranga, Paulo Afonso, Pedro Alexandre, Quijingue, Ribeira do Pombal, Rodelas, Santa Brígida, Tucano, Uauá ex iisque novam dioecesim constituimus, *Perniaifonsanensem* appellandam iisdemque circumscribendam finibus ac territoria quae diximus. Cuius sedes episcopalis in urbe vulgo Paulo Afonso erit, episcopalis vero magisterii cathedra in templo Deo dicato in honorem Beatae Mariae Virginis, vulgo Nossa Senhora de Fatima, quod cathedrale habebitur, cum iuribus et privilegiis congruis. Eadem praeterea suffraganea erit metropolitanae Sedi Sancti Salvatoris in Brasilia eiusque Episcopus eiusdem Sedis Metropolitae. Canonicorum insuper collegium condatur, iuxta normas per alias sub plumbo Litteras edendas ; interea autem consultores dioecesani deligantur, ad leges iuris canonici. Mensa episcopalis fiet Curiae emolumentis, fidelium sponte oblatis pecuniis bonisque ad novam dioecesim pertinentibus, ad normam canonis 1500 Codicis Iuris Canonici. Seminarium etiam struatur iuvenibus ad sacerdotium educandis et efformandis, prae oculis habitis Codicis Iuris Canonici praescriptis, normis decreti Concilii

Vaticani II « Optatam totius » et peculiaribus regulis Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica, selectique alumni Romam mittantur, ad Pontificium Collegium Pianum Brasilianum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi. Quod vero spectat ad conditae dioecesis regimen, administrationem, vicarii capitularis electionem, fidelium iura et officia idque genus alia, quae sacri canones praescribunt ad amussim serventur. Simul ac dioecesis Paulalfonsanensis iure constituta fuerit, eo ipso sacerdotes illi Ecclesiae adscripti censeantur, in cuius territorio beneficium vel officium ecclesiasticum habeant; ceteri vero clerici seminariique tirones ei, in qua legitimo domicilio degant. Acta et documenta novam dioecesim respicientia a Bonfimensi Curia ad Paulalfonsanensem transferantur, in tabulario religiose custodienda. Haec autem quae praescripsimus ad effectum adducat venerabilis Frater Humbertus Mozzoni, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, congruaque documenta de more exarentur, ad Sacram Congregationem pro Episcopis quam primum mittenda, rite subscripta sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis eûicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die quartodecimo mensis septembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo primo, Pontificatus Nostri nono.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. ***R. E. Cancellarius***

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco *ffi* **Plumbi**

In Ap. Cane, tal., vol. CXXXIX, n. 80.

V

S. LUDOVICI IN MAGAGNANO
(BREIENSIS)

Detractis quibusdam territoriis ab archidioecesi S. **Ludovici in Maragnano, alia conditur dioecesis, appellatione « Breiensis ».**

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pro apostolico quo divinitus fungimur officio, munus Nostrum universae Ecclesiae pastoris absolutum magnam partem putamus, cum omne genus subsidia fidelibus adiuvandis suppeditaverimus. Quae inter, quoniam e praecipuis illud profecto est quo novae constituuntur dioeceses, sententiae accedendum esse censuimus venerabilis Fratris Ioannis Iosephi de Mota et Albuquerque, Archiepiscopi S. Ludovici in Maragnano, qui, post auditum Episcoporum Brasiliae coetum, ab Apostolica Sede petiit ut e quibusdam archidioecesis suae territoriis alia Ecclesia excitaretur. Accepta ideo hoc super negotio sententia sive venerabilis Fratris Humberti Mozzoni, Archiepiscopi titulo Sidetani et in Brasilia Apostolici Nuntii, sive Sacrae Congregationis pro Episcopis, sequentia decernimus ac iubemus. Ab archidioecesi S. Ludovici in Maragnano integrum territorium municipiorum separamus, quibus per vulgus appellatio Afonso Cunha, Anapurus, Araioses, Barreirinhas, Brejo, Buriti, Chapadinha, Coelho Neto, Duque Bacelar, Magalhaes da Almeida, Mata Roma, Santa Quiteira do Maranhao, Sâo Benedito do Rio Prêto, Sâo Bernardo do Parnaiba, Tutoia, Urbano Santos, ex iisque dioecesim condimus, *Breiensem* appellandam iisdemque circumscribendam finibus ac municipia quae diximus. Sic conditae dioecesis sedes episcopalis in urbe vulgo Brejo erit, magisterii vero cathedra in templo curiali eiusdem urbis, quod Deo dicatum est in honorem Conceptionis Immaculatae Beatae Mariae Virginis, quod cathedrale habebitur, cum iuribus et privilegiis congruis. Eadem praeterea suffraganea erit metropolitanae Sedi S. Ludovici in Maragnano, sic ut eius Episcopus eiusdem Ecclesiae Metropolitae obnoxius. Cathedrale etiam Canonicorum collegium condatur, per alias tamen sub plumbo Litteras; interea vero consultores dioecesanos Episcopus eligat, qui ei de more assistant. Mensam episcopalem quae dicitur constituent Curiae emolumenta, fidelium pecuniae sponte oblatae atque bonorum pars quae novae dioecesi obvenient, ad normam canonis 1500 Codicis Iuris Canonici. Ad seminarium quod attinet sacrorumque

alumnorum educationem, serventur praescripta Iuris Canonici, decretum Concilii Vaticani II « Optatam totius » atque peculiares normae Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica; suo autem tempore electi iuvenes Romam mittantur, ad Pontificium Collegium Pianum Brasilianum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi. Quod autem spectat dioecesis regimen, administrationem, vicarii capitularis electionem, fidelium iura et onera aliaque id genus, serventur quae sacri canones praescribunt. Simul ac Breiensis Ecclesia rite fuerit constituta, eo ipso sacerdotes ei Ecclesiae ascripti censeantur, in qua beneficium vel ecclesiasticum officium habeant; ceteri vero clerici seminariique tirones ei, in qua legitime degant. Acta denique et documenta conditam dioecesim respicientia a Curia S. Ludovici in Maragnano ad Breiensem transferantur, in tabulario religiose custodienda. Haec quae praescripsimus ad effectum adducat venerabilis Frater Humbertus Mozzoni, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos; qui autem negotium perfecerit congrua documenta exaranda curet ad Sacramque Congregationem pro Episcopis quam primum mittat.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die quartodecimo mensis septembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo primo, Pontificatus Nostri nono.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONPALONIBRI
S*. ***Congr. pro Episcopis Praefectus***

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXIX, n. 82.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Confirmatur electio B.M.V, de Guadalupe patronae principalis dioecesis Phoenicensis.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui secreto Dei consilio in christianae rei publicae vertice ea causa constituti sumus, ut omnes qui christiano nomine censentur, ad immortalia litora prospicientia Nostra duceremus, praecipuam spem Nostram, praeter quam in summi Numinis gratia, in beatissima Virgine Maria, Christi Matre, semper collocatam habuimus, fore, nempe ut non solum flrmissimo suo praesidio muneribus Nostris, sane gravissimis, sancte Nos praeesse tribueret, sed etiam ut christianos populos, benevolentia matris et tueretur et tegeret, quos, si sententiis sanctorum Patrum fidem adhibemus, sub Cruce illa Christi, in filiorum locum recepit. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Eduardus A. McCarthy, dioecesis Phoenicensis Episcopus, in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus, beatissimam Virginem Mariam, quam « Dominam Nostram de Guadalupe » cognominant quamque omnes singulari quadam pietate prosequuntur, patronam principalem suae dioecesis probaverit, atque petierit ut haec electio atque probatio auctoritate apostolicae Sedis confirmaretur, ad normam Instructionis « De Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis », n. 30, Nos, ea rata habentes quae Sacra Congregatio pro Cultu Divino statuerit, optatis tam venerabilis Fratris aequissimo animo concedimus, factis nempe iuribus et privilegiis liturgicis debitis; contrariis nihil obstantibus. Ceterum volumus ut Litterae Nostrae hae religiose serventur, sive nunc sive in posterum.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die uno et vicesimo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo primo, Pontificatus Nostri nono.

ALOISIUS Card. TRAGLIA, *8. R. E. Cancellarius*

Loco £B Sigilli

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXIX, n. 15.

II

Templum Beatae Mariae Virginis de Monteserrato, in Miletensi dioecesi, ad gradum Basilicae Minoris attollitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Beatissimam Dei Genetricem qua Italicae gentes veneratione ex antiquitate colant eo potissimum constat quod innumerae prope sacrae aedes, maiestate et pulchritudine praestantes, et sacella et pictae imagines et signa in omnibus regionum partibus recensentur. In quibus singulare officium Nostrum et considerationem hodie postulat sanctuarium Beatae Mariae Virginis de Monteserrato, quod in loco Vallislongae nomine, in Calabriae finibus, exstat. Idem perhibetur quartodecimo esse saeculo aedificatum perque annorum decursum mire decoratum et illustratum. Cum autem venerabilis Frater Vincentius De Chiara, Episcopus Miletensis, suo suorumque fidelium nomine ab Apostolica Sede petierit ut templum quod diximus titulo ornaretur Basilicae Minoris, Nos, adhibitis precibus libenti animo obsecundantes, de sententia Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, deque apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum sacram aedem Beatae Mariae Virgini de Monteserrato dicatam, quam diximus, ad titulum et dignitatem Basilicae Minoris evehimus, omnibus datis iuribus et privilegiis liturgicis, quae templis hoc nomine insignibus competunt; servatis tamen iis quae iuxta decretum ((De titulo Basilicae Minoris », die sexto mensis iunii, anno millesimo nongentesimo sexagesimo octavo datum, servanda sunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque effectus sive nunc sive in posterum habeant.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, sub anulo Piscatoris, die sextodecimo mensis iulii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo primo, Pontificatus Nostri nono.

ALOISIUS Card. TRAGLIA, *8. R. E. Cancellarius*

Loco £B Sigilli

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXIX, n. Ifi.

III

Peculiaris Commissio Almo Collegio Capranicensi in Urbe gubernando constituitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Propenso et sollicito animo sedes adulescenti clero instituendo prosequitur, quippe in quibus spes Ecclesiae non paulum sit collocata. Inter Romana autem sacrorum eiusmodi alumnorum domicilia locum obtinet Almum Collegium Capranicense, quod non uno nomine commendatur, potissimum vero eo, quod antiquitate praecellit. Conditum enim est saeculo xv a Dominico Cardinali Capranica, qui studio erat incensus pauperes scholares scientia et moribus ad sacerdotale munus componendi. Ab noe viro egregio idem Collegium certis est legibus ordinatum; quae quidem postea, prout temporum ac rerum adiuncta suadebant, mutatae sunt, praesertim per Pium VII, Decessorem Nostrum, qui eius regimen S. R. E. Cardinali ut Protectori commisit, derogans conditoris voluntati, ex qua id esset penes viros laicos auctoritate in Urbe praeditos. Verumtamen ea, quae haec aetas, praesertim post celebratum Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum, induxit ac postulat, considerantibus nova dispositione prospiciendum Nobis videtur huic Collegio. Itaque, omnibus rei momentis attente perpensis, harum Litterarum vi et auctoritate Nostra haec, quae sequuntur, decernimus ac definimus : sublato munere Cardinalis Protectoris Almi Collegii Capranicensis, eius regimen tradimus Commissioni moderatrici, cuius Praeses sit unus e Patribus Cardinalibus in Urbe residentibus et cuius reliqua membra sint duo Episcopi residentiales, qui omnes olim oportet fuerint alumni eiusdem Collegii et a Romano Pontifici ad hoc officium gerendum nominantur; deinde, huius Commissionis erit modo collegiali et ratione superiore hoc Institutum regere, quod etiam ad administrationem pertineat; praeterea Moderatores Collegii, Rector inprimis, conspiranter cum praedicta Commissione agant, praesertim in rebus maioris momenti; demum, in coetu, quem Commissio saltem bis in anno habebit, Rector de statu generali Collegii eidem referet et quaestiones graviores proponet. Scriptam vero relationem exhibebit in fine cuiusdam anni scholaris, ac quidem de statu spirituali, disciplinari, scholastico, administrativo. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; enuntiatoque Almo Collegio Capranicensi in Urbe ceterisque, ad quos pertinent seu pertinere poterunt, nunc et in poste-

rum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis auctoritate qualibet scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die undetricesimo mensis iulii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo primo, Pontificatus Nostri nono.

ALOISIUS Card. TRAGLIA, *S. B. E. Cancellarius*

Loco £8 Sigilli

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXIX, n. U.

IV

In Republica vulgo « Niger » Nuntiatura Apostolica constituitur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quantum utilitatis e publicis ofiiciorum rationibus, quae Apostolicae huic Sedi cum Civitatibus intercedunt soleat exsistere, neminem latet estque iam dudum usu comprobatum. Quo firmiores ideo redderentur publicae necessitudines inter Sanctam Sedem et Rempublicam vulgo « Niger », atque aptius efficaciusque regimini et incremento in regione dioecesis Niameyensi consuleretur, visum est Nobis apostolicam nuntiaturam ibi erigi posse. Quae cum ita sint, Nos, motu proprio harumque Litterarum vi, apostolica Nostra potestate in Nigerensi Republica *Nuntiaturam Apostolicam* constituimus, cuius sedem « pro nunc » in urbe vulgo Dakar appellata collocamus. Eidem igitur Nuntiaturae omnia et singula deferimus officia, privilegia et indulta, quae huiusmodi apostolicarum legationum propria sunt. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos effectus atque integros sortiri et obtinere. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, sub anulo Piscatoris, die duodevicesimo mensis septembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo primo, Pontificatus Nostri nono.

ALOISIUS Card. TRAGLIA, *S. R. E. Cancellarius*

Loco © Sigilli

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXIX, n. Si.

NUNTII GRATULATOMI

I

Ad E.mum P. D. Antonium Mariam S. R. E. Cardinalem Barbieri, Archiepiscopum Montisvidei, decem a suscepto sacerdotio condentem lustra.

Proximo mense decembri, laeta maestave volumine suo rapiens temporis cursus advehet tibi, Venerabilis Frater Noster, memoriam apprime fausti vitae tuae eventus; decem enim a suscepto sacerdotio condes lustra.

In silenti solitudinis recessu, quo libenter confugis, in aula mentis meditans aeterna, spernens caduca, haud dubie tecum considerabis a sacerdotii tui exordio hactenus emensam aetatem, longum sane mortalibus aevum. Huic autem sancto otio intentus, Deo debitum solves hymnum laudis, gratiarum actiones sueto impensiores ideo ages, quod te sacerdotii honore ac deinde episcopatus dignitate temet exornavit, dans tibi sub vexillo Christi Regis militanti de Montisvidei Archidioecesis, in re religiosa, oeconomica et sociali, multiformibus incrementis splendide mereri.

Profecto conscientia de pie, strenue, diligenter acto pastorali ministerio dulci sit tibi solacio, atque recordatio eorum omnium, quae pro Evangelii gloria amplificanda excogitasti, ad rem deduxisti, ac nunc quoque sustines, pectori tuo ingerat iucunditatem, quam censebis esse praevium libamentum aeterni expectandi praemii.

Conspectum sane cognitum que est Nobis, qua nobilitate in patris et magistri munere fungendo praestiteris : integrae fidei custos, parvo contentus, spiritualibus divitiis locuples, Christum, vitam tuam, nuntiasti pleno auctoritatis iure, sanae eloquentiae copia, disciplina morum, quae eximios decet Antistites.

Tua fortasse fuit S. Ambrosii Mediolanensis Episcopi conversationis et actionis sapientiae plena lex et norma : « Sacerdotis est nulli nocere, prodesse velle omnibus; posse autem solum est Dei)).[1]

Quod usque ad hunc diem fecisti, prosequi perge sublimi et quieto animo, quem infirmitas corporis non frangat, aegritudo non molliat,

De Off. III, 9.

patienti maiorum, cum sciveris haec, si cum Passione et Cruce Christi sint coniuncta, natura sua momentanea et levia praegrande gloriae pondus operari.[2]

Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, temet consoletur,[3] te abundanti r ore lucis, balsamo gratiae corroboret, deprecante pro te Deipara Virgine Maria, caelestium donorum largiflua sequestra, Ecclesiae Matre.

Haec imo e pectore ominatis, nihil Nobis restat, Venerabilis Frater Noster, nisi ut tibi, et per 'te sollerti Antistiti Coadiutori atque universo clero et populo Archiodioecesis Montisvidei Apostolicam Benedictionem, superni auxilii et praesidii auspicem, peramanter impertiamus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxii mensis Novembris anno MCMLXXI, Pontificatus Nostri nono.

PAULUS PP. VI

II

Ad E.mum P. D. Iosephum S. R. E. Cardinalem Lefebvre, quinquagesimo exacto anno ex quo sacerdotio est auctus.

Longum mortalibus aevum, mox decem tu, Venerabilis Frater Noster, cernes revoluta lustra, postquam florens inventa et desideriis sanctis ad sacri presbyteratus gradum evectus es, ac subinde primo Eucharistico sacro litaturus altare Domini scandisti.

Tam insignem ad memoriam eventum, quem in meditabundo silentio, ut mos tibi est, pio cum gaudio tecum volves et recoles, pro magna benevolentiae caritate, qua in te afficimur, nolumus prorsus praetermitti, quin bene ominantibus verbis felicem huiusmodi natalem iucundiorem tibi faciamus.

Accipe igitur sincera et mera ex animo Nostro prompta vota, quibus a Patre misericordiarum, fonte luminum, quidquid est faustum, candidum, salutare tibi impetramus et poscimus. Neque tibi in praesens gratulabundae vocis amicus sonitus deesse oportet : enimvero tecum si meditaris a sacerdotii tui exordio hactenus aetatis emensa

[2] **Cfr. *2 Cor.* 4, 17.**
[3] **Cfr. *2 Cor. 1,* 3.**

spatia, habes profecto, cur abunde Iesu Christo, regi regum, pastori pastorum, de acceptis beneficiis gratiarum actionum canticum solvas.

Namque in ecclesiasticorum munerum perfunctione, praesertim dioecesi Trecensi moderandae praepositus, ac postea Bituricensis archidioecesis sacer pastor, recte dictis et probe factis diuturnum ministerium tuum bonis operibus et egregiis meritis nobilitasti, nomen nactus sollertis et providi Antistitis. Ipse firmus fide, multiformi navitate alacer, interdum in agro curae tuae commisso ardua sustinuisti, quibus invicta constantia obstitisti. Tales inaestimabiles reputantur esse fructus lucis, maturescentes in omni bonitate et iustitia et veritate, quos filii lucis educant.[1]

Quid autem nunc tibi cupiendum et orandum est, ut pius, rectus, simplex dignitatis decus quod geris, magis magisque honestes? Tuum fuit nobilitatis insigne, tuaque norma morum et vitae illud magnificum sacri Psaltae effatum : « Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrimarum, in loco quem posuit)).[2]

Perniciore usque pede ascende de planine ad collem, de colle ad montem, de montis latere ad verticem, custos in exemplum recti, amicitiae cultor, evangelicae iustitiae assecla fidelis ; cane canticum graduum corde, intellectu, opere ; ascende in virtutis via, appete celsa et subiimia, usque dum potiaris aeternitatis praemio inter Angelos.

Haec flagrantibus votis postquam ominati sumus, nihil Nobis denique restat, nisi ut tibi, Venerabilis Frater Noster, Apostolicam Benedictionem, abundantium supernorum munerum pignus, impertiamus.

Ex Aedibus Vaticanis, die iv mensis Decembris, anno MCMLXXI, Pontificatus Nostri nono.

PAULUS PP. VI

[1] **Cfr. *Eph.* 5, 8-9.**
[2] ***Ps.* 83, 6.**

ALLOCUTIONES

I

Ad Excellentissimum Virum Laurentium Cyrillum Faboumy, Reipublicae vulgo « Dahomey » appellatae primum cum auctoritate Legatum, Summo Pontifici Litteras concrediti muneris testes tradentem.*

Monsieur l'Ambassadeur,

Nous remercions vivement Votre Excellence des vœux délicats qu'elle vient de formuler à notre intention comme aussi à celle de l'Eglise catholique.

Avec joie Nous saisissons l'occasion de cette rencontre officielle avec le premier Ambassadeur de la République du Dahomey près lé Saint-Siège, pour exprimer, à ce noble pays et à ses dirigeants, les sentiments d'estime et de bienveillance qui Nous animent, ainsi que les souhaits ardents que Nous formons pour eux dans la prière.

Les populations du Dahomey recèlent des talents de qualité, comme en témoigne toute une élite intellectuelle qui s'est acquis un renom par delà les frontières. Vos compatriotes ont su assimiler les richesses des civilisations qui ont contribué à forger leur destin original. Nous nous en réjouissons et Nous voulons y voir le gage de la place honorable qui revient à votre peuple dans le concert des nations, et notamment en cette région de l'Afrique qui Nous est chère.

Dans l'Eglise catholique elle-même, les communautés chrétiennes du Dahomey, avec leurs Pasteurs, manifestent également une vitalité bénéfique qui est à l'honneur de votre pays. Votre Excellence a eu l'obligeance d'évoquer justement l'œuvre méritante des premiers missionnaires, l'enracinement rapide de la foi, et sa remarquable fécondité, en particulier la floraison des vocations autochtones. Et lorsque Nous avons doté notre Congrégation pour l'évangélisation des peuples d'un collaborateur africain au titre de Secrétaire-Adjoint, c'est sur un fils du Dahomey que notre choix s'est arrêté, en la personne de notre Frère très cher, Monseigneur Bernardin Gantin.

C'est vous dire les vœux sincères que Nous inspire notre affection pour le peuple que vous représentez désormais auprès de ce Siège Apos-

*** Die 10 mensis decembris a. 1971.**

tolique. Comment ne pas souhaiter d'abord que la communauté catholique du Dahomey continue de s'épanouir, dans des relations fraternelles avec l'ensemble de la population? Elle ne demande que la faculté et les moyens de mettre au service de tous sa collaboration spécifique, notamment dans ses écoles, avec une attention privilégiée pour les faibles et les pauvres, la recherche de la paix, le souci de la justice, l'esprit de charité, le sens des valeurs spirituelles qui trouvent dans la foi chrétienne une intime raison d'être et un stimulant efficient. Nous le savons bien tous, en effet, sans de telles valeurs spirituelles, d'ailleurs familières à l'âme africaine, une civilisation serait construite sur le sable et réserverait des lendemains de désenchantement.

Un programme immense et exaltant s'offre donc à votre pays : la promotion économique, culturelle, sociale et religieuse à tous les niveaux de la société, dans un climat de liberté et de paix. Nous prions le Seigneur de permettre à votre peuple et à ses responsables de la mener à bien, avec le concours de toutes les bonnes volontés. Nombreux, disions-Nous, sont les fils du Dahomey qui, par leurs études et leur ingéniosité, ont déjà acquis de solides compétences humaines. Puissent-ils, mus par le souci du bien commun et l'amour de leur patrie, unir leurs forces vives pour les mettre au service de tous les hommes de leur pays ! En même temps s'y adjoindra — Nous l'espérons — l'aide loyale de ceux qui, de par le monde, ont compris la nécessité de la solidarité universelle dans ce développement, qui est le nouveau nom de la paix.[1]

Dans ces sentiments Nous formons les meilleurs vœux pour la haute mission que Votre Excellence inaugure aujourd'hui en Nous remettant ses Lettres de créance. Par delà votre personne, Nous adressons nos respectueuses salutations à ceux qui ont la charge du bien commun de votre noble pays, et d'abord à Son Excellence Monsieur le Président Hubert Maga, comme à ceux qui collaborent avec lui dans le Gouvernement de la République. De grand cœur, Nous implorons sur eux, comme sur toutes les populations du Dahomey, et d'abord sur vous-même, Monsieur l'Ambassadeur, les Bénédictions abondantes du Tout-Puissant.

[1] **Cfr. Litt. Encycl. *Populorum progressio,* n. 76.**

II

iis qui apud Gregorianam studiorum Universitatem, « Cursui renovationis canonicae » interfuerunt.*

Dilecti filii.

Libenter sane vos excipimus, qui, ecclesiasticis iudiciis operam dantes, ((cursum renovationis canonicae » estis absoluturi, magistris usi nonnullis Ecclesiae Patribus Cardinalibus et Curiae Romanae Praelatis necnon professoribus e Nostra Universitate Gregoriana atque etiam medicis et advocatis ; quibus omnibus gratias agimus, quod in nane rem ingenium, studium, tempus tam alacres impenderunt.

Hic ((cursus » vester, a Facultate Iuris Canonici praedictae Universitatis provido consilio apparatus, verae congruit necessitati : etenim, quemadmodum compertum habetis, ius canonicum, cum sit ius positivum humanum, semper quosdam gradus et processus habet; in praesenti ergo accommodandum est spiritui Concilii Vaticani Secundi ; praeterea quaedam mutationes eo iam inductae sunt et adhuc inducentur eodem hoc tempore, quo ad magnum et grave opus Codicis Iuris Canonici recognoscendi incumbitur.

Hinc elucet « necessitas, urgens neque ullam recipiens dilationem, afferendi incrementa Iuris Canonici studiis », ut ante aliquot annos monuimus.[1] Profecto hac in re renovatio quaedam prorsus exigitur.

Ad haec autem non generalis institutio sufficit, sed peculiares singularesque pervestigationes requiruntur. Quod quidem, ut ad Nos relatum est, fit in ((cursu », quem obitis ; etenim quaestiones vobis pertractandae sunt, hodie valde agitatae, quae ad matrimonii essentiam, formam canonicam, consummationem hisque similia pertinent. Penitius inquirendum est in vinculum conubiale, respectu habito doctrinae Novi Testamenti, Patrum et Magisterii Ecclesiae. Accurate etiam in sua luce ponendae novae rationes iuris prudentiae Sacrae Romanae Rotae necnon quaestiones medicae, quatenus matrimonium attingunt.

Praeterea expendendi sunt vobis modi, quos servari oportet in causis matrimonialibus, praesertim cum agitur de matrimonii nullitate, atten-

*** Die 13 mensis decembris a. 1971.**

[1] **Alloc, diei 25 maii 1968; *A.A.S.* 60 (1968), p. 341; cfr. Alloc, diei 12 febr. 1968, ibid., p. 206.**

tis etiam iis, quae nova per Litteras Apostolicas, a verbis « Causas matrimoniales » incipientes nuperque motu proprio editas, invecta sunt.

Notum est Concilium Vaticanum Secundum postulasse, ut iura personalia Christifidelium magis in tuto collocarentur. Quod quidem ad effectum deduci coeptum est in altera *sectione* Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, per Constitutionem « Regimini Ecclesiae universae » condita ; cuius videlicet est contentiones dirimere ortas ex actu potestatis administrativae ecclesiasticae et ad eam delatas. Revera hac *sectione* legis latio ecclesiastica novam accipit impulsionem. Quod igitur haec omnia vobis a viris in re peritis traduntur et quod vos in haec mentes vestras intenditis, gaudium, probationem et plausum Nostrum aperte manifestamus.

Diligentia autem, qua iuris canonici studia exercetis, numquam vos abducet a consideratione, quae totam hanc disciplinam vestram semper complectatur oportet ; scilicet ius canonicum, ut cetera hoc genus, quae in Ecclesia feri contingit, ad finem pastoralem contendere debere. Etenim ius eo pertinet, ut vita membrorum Ecclesiae, sive singulorum sive omnium simul, recte disponatur et ad finem supernaturalem dirigatur, qui iis praefulget. Si hoc principium in animis haeret et ex eius ratione reapse agetur, ius non accipietur quasi quiddam a vitali condicione humana abstractum et libertati personae repugnans, sed ut praesidium, quod christianis ad vocationem suam implendam praesto est.

Huius singularis studii causa Romam convenistis, quae fuit iuris praeclara parens et altrix. Sed Romam peculiari significatione nunc dicimus, quatenus est caput orbis catholici et supremi Ecclesiae Magisterii sedes. Experiendo cognovistis hic corda vobis patere ; necessitudinem cum viris, gravia munera in Curia Romana gerentibus, iniistis. Haec animorum coniunctio cum Ecclesiae centro, qua unitas compaginatur et roboratur, unus e fructibus sit huiusce « cursus renovationis canonicae », quos uberes fore probe confidimus.

Impellimur denique, ut divina auxilia vobis precemur ad munus, unicuique vestrum commissum, in Ecclesiae bonum cum peritia, integritate, christiano humanitatis sensu exsequendum. Huius superni adiumenti, ad iudicia hoc modo administranda tantopere necessarii, pignus Nostraeque dilectionis et benevolentiae testem, Benedictionem Apostolicam vobis ex animo impertimus.

H I

Ad Excellentissimum Virum Medhi Vakil, Iraniani Imperii apud Sedem Apostolicam cum auctoritate Legatum, Summo Pontifici Litteras concrediti muneris testes tradentem.*

Monsieur V Ambassadeur,

Nous sommes très sensible aux nobles paroles que vous venez de prononcer et heureux **d**'accueillir ici aujourd'hui en votre personne un représentant hautement qualifié d'un peuple qu'on peut légitimement considérer comme l'un des plus anciens de l'univers. L'Iran ne vient-il pas de célébrer le deux mille cinq centième anniversaire de Cyrus le Grand?

Nous avons eu la fortune d'un contact avec la terre iranienne lors de Notre voyage en Extrême Orient, l'année dernière à cette époque, et il Nous fut donné de rencontrer alors votre Souverain, Sa Majesté Impériale le Shahinshah Mohammad Reza Pahlavi, qui vous accrédite aujourd'hui auprès de Nous. Nous vous saurons gré d'être auprès de lui Notre interprète, en lui redisant l'excellent souvenir que Nous gardons de son accueil à Téhéran. Les quelques instants d'entretien que Nous eûmes alors avec lui Nous permirent en effet d'apprécier non seulement l'élévation de ses sentiments, mais encore son souci d'être présent aux problèmes que pose aujourd'hui à tous les Gouvernants la rapide évolution de la société.

Oes soucis rejoignent en partie les Nôtres. Certes la mission de l'Eglise est avant tout une mission religieuse. Mais Dieu, qui a créé l'homme pour un destin éternel, nous fait à tous un devoir de ne pas nous désintéresser de son destin temporel et de lutter pour que lui soient assurées en tous temps et en tous lieux des conditions de vie répondant à sa dignité. Il est donc normal que les grandes questions qui tourmentent aujourd'hui l'humanité — celle du développement et celle de la paix, pour ne citer que ces deux-là — occupent une place considérable dans les préoccupations de l'Eglise catholique, comme l'attestent les documents qu'elle leur consacre et les initiatives qu'elle prend dans ce domaine.

C'est vous dire, Monsieur l'Ambassadeur, qu'une collaboration en-

*** Die 16 mensis decembris a. 1971.**

tre le Saint-Siège et votre noble Pays au plan de ces grands problèmes humains s'établit tout naturellement, et que dans l'exercice de votre charge vous trouverez ici des alliés et des amis. Nous savons d'ailleurs que vous apportez dans cette fonction une compétence et un talent qui vous ont, à bon droit, acquis une grande estime dans les missions que vous avez remplies durant de nombreuses années auprès des plus hautes instances internationales. Et vous avez même eu, à ce titre, avec le Saint-Siège, des rapports qui ont été vivement appréciés.

Pour Notre part, Nous sommes tout disposé à vous faciliter votre tâche en tout ce qui dépendra de Nous. De grand coeur Nous invoquons sur l'Iran et sur la personne de son Souverain, comme sur Votre Excellence et sur la mission qu'elle inaugure aujourd'hui, la faveur et la protection du Dieu tout-puissant.

IV

Ad Excellentissimum Virum Ferdinandum Gómez Martínez, Columbianae Reipublicae cum auctoritate Legatum, Summo Pontifici Litteras commissi muneris testes tradentem.*

Señor Embajador:

Hemos escuchado con viva atención las deferentes palabras que acaba de dirigirnos al presentar las Cartas que lo acreditan como Embajador Extraordinario y Plenipotenciario de Colombia ante la Santa Sede.

Agradecemos sinceramente a Vuestra Excelencia sus devotas expresiones sobre el magisterio social de la Iglesia y el recuerdo que ha tenido para nuestro viaje a Colombia, el cual evoca en nuestra memoria y en nuestro corazón de Pastor fechas inolvidables, en que tuvimos el gozo de encontrarnos personalmente con los amadísimos hijos de vuestro noble país y con representantes de toda Latinoamérica.

Peregrino apostólico en aquellas tierras —lejanas geográficamente pero siempre cercanas a nuestro espíritu—, en poco tiempo pudimos ponernos en contacto con gentes de toda categoría y condición, y a todos procuramos decir una palabra de luz, de afecto y de esperanza.

Les hablamos del Mensaje evangélico y de su aplicación a la vida; hablamos de paz, de fraternidad y de desarrollo, como es nuestra misión de Padre y Pastor.

*** Die 20 mensis decembris a. 1971.**

Esas son las palabras que la Iglesia ha dicho y quiere continuar diciendo a los colombianos, confiando que sean continuamente fermento de sus legítimas aspiraciones, de sus iniciativas y de sus realizaciones, de manera que se pueda llegar, con el empeño fraternal de todos, a ese progreso espiritual, cultural, social y económico, que está en la mente de quienes anhelan y trabajan por una sociedad mejor.

Con particular complacencia hemos escuchado su amable referencia a un encuentro muy especial, y por **Nos** íntimamente esperado : el encuentro con los campesinos. Fuimos testigo de su profunda fe cristiana, tan arraigada en vuestro pueblo, de sus esperanzas y de sus deseos de superación. Les dijimos entonces : « Queremos ser solidario de vuestra buena causa, que es la del pueblo humilde, la de la gente pobre ». Bien sabemos que interpretábamos el pensamiento y el empeño de la Iglesia en Colombia, y que nuestras palabras iban a ser un aliciente para el futuro. Lo decimos con íntima alegría, sabiendo el eco que esas palabras han encontrado en nuestros hermanos en el Episcopado, en el clero y en los fieles colombianos, y también en las Autoridades civiles. El compromiso social en favor de los más necesitados —exigencia básica para todo cristiano auténtico— es un gran servicio que la Iglesia presta y quiere seguir prestando desinteresadamente a Colombia, dentro de su característica misión primordialmente religiosa y en convergencia con las numerosas iniciativas públicas y privadas que miran al desarrollo integral del hombre.

Pedimos de corazón al Señor que estos comunes esfuerzos, inspirados en los principios cristianos que vuestro país ha incorporado a su espíritu y a su historia, logren para todos una vida mejor y sean garantía de paz activa, de solidaridad, de cristiana prosperidad y de auténtico progreso.

Al deferente saludo que nos ha trasmitido en nombre de las más Altas Autoridades y del pueblo colombiano, correspondemos complacido con nuestro sincero agradecimiento y con nuestro paterno afecto.

Mientras le formulamos nuestros mejores votos y le aseguramos, Señor Embajador, nuestra benevolencia para el feliz cumplimiento de su elevada misión, invocamos sobre su digna persona y sobre todos nuestros amadísimos y siempre recordados hijos de Colombia, continuas bendiciones del Altísimo.

V

Sodalibus e Societate Sancti Francisci Salesii, qui religiosae suae communitatis generali Coetui interfuerunt.*

Salutiamo con affettuosa riverenza i membri del Capitolo Generale Speciale Salesiano, riuniti in Borna per l'aggiornamento delle loro Costituzioni e desiderosi, prima di ripartire per le rispettive sedi, di prestare la testimonianza della loro filiale devozione al Vicario di Cristo.

Vi ringraziamo di cuore, figli carissimi ! Ê sempre motivo di gioia per noi, ogni qualvolta ci è data la possibilità di incontrarci coi figli di San Giovanni Bosco. L'odierna visita, tuttavia, in una circostanza solenne come questa che ci fa vedere presenti qui davanti a noi i rappresentanti delle settantatré Ispettorie salesiane sparse in ogni parte del mondo, richiama alla nostra mente, più vivo e commovente che mai, il significato, il ruolo, l'impegno che la vostra grande famiglia religiosa svolge in seno alla Chiesa di Dio. Pensiamo all'immensa fioritura di opere e di attività dovute allo zelo e ai sacrifìci talvolta eroici dei vostri confratelli. Pensiamo a tanta giovenù\ bisognosa che trova nei vostri Istituti una educazione sana e la possibilità d'inserirsi degnamente nella vita civile. Pensiamo al vasto campo delle Missioni, dove il vostro Istituto si è reso così altamente benemerito. Quanti motivi per ringraziare il Signore e felicitarci con voi ! Siatene benedetti, figli carissimi. La Chiesa di Dio si onora della vostra diffusione, del vostro evangelico esempio, della vostra generosa dedizione apostolica.

Ma è chiaro che la continuità e l'efficienza del vostro lavoro non si conseguono senza una messa a punto coraggiosa, un adattamento serio delle vostre Costituzioni, per dare alla vostra Congregazione quella fisionomia aperta ed aggiornata che è richiesta dalle istanze di rinnovamento conciliare e dalla necessità dei tempi.

Precisamente questo è il compito a cui da un semestre siete applicati. Sappiamo che nelle lunghe e laboriose discussioni del vostro Capitolo voi avete già elaborato i canoni del vostro aggiornamento. Sappiamo con quanta ampiezza e competenza avete trattato i diversi problemi ; e a noi non resta che raccomandarvi di far tesoro di tanto studio e di dare volenterosa applicazione alle prescrizioni a cui vi siete impegnati.

Ma l'affetto che portiamo alla vostra Congregazione e l'importanza

*** Die 20 mensis decembris a. 1971.**

delia sua missione in seno alla Chiesa di Dio ci spingono a manifestarvi alcuni pensieri che la vostra visita sveglia nel nostro spirito. Non si tratta di riflessioni nuove, perché sono già state trattate nel corso delle vostre riunioni ; ma ripetute da noi in questo significativo incontro, potranno dare a voi e ai vostri confratelli il conforto di sapere che il Papa è in consonanza di spirito con le vostre direttive.

in pago *Medvedje ordo* domus signatas numeris 1, 2, 3, 4 et archidioecesi Labacensi perpetuo adnectit.

Ad haec vero exsequenda Sacra Congregatio pro Episcopis praefatum Exc.mum P. D. Marium Cagna deputat, necessarias et;opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere ipsi imposito ad eandem Sacram Congregationem quam primum remittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 27 novembris 1971.

CAROLUS Card. CONPALONIERI, *Praefectus*

L. © S.

68 Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum,:

die 30 Augusti 1971. — Cathedrali Ecclesiae Nakurensi praefecit Exc. P. D. Raphaelem Ndingi, hactenus Episcopum Machakosensem,

— Cathedrali Ecclesiae Paramariboënsi Exc. P. D. Aloisium Zichem, hactenus Episcopum titularem Fortisventurae.

— Cathedrali Ecclesiae Ludovicanae R. P. Godefridum Mukenge, Congregationis Immaculati Cordis Mariae sodalem, rectorem seminarii regionalis in civitate vulgo « Kabwe » constituti.

— Titulari episcopali Ecclesiae Flenucletensi R. D. Antonium Mayala, e clero dioecesano, Episcopalis Commissionis de Laicis secretarium, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Petri Kiinbondo Archiepiscopi-Episcopi Kisantuensis.

die 15 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Equialbensi R. P. Hubértum Patricium Ô'Connor, e Congregatione Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae, eiusdem Congregationis Provinciae Canadiensis secretarium.

— Cathedrali Ecclesiae Korhogoënsi, noviter erectae, R. D. Augustum Nòbou, e clero saeculari Buakensi, nationalem Apostolatus socialis operum directorem.

die 6 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Armidalensi Exc. P. D. Henricum Iosephum Kennedy, hactenus Episcopum titularem Simingitanum.

II

NOMINATIONES

Decretis ut infra datis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit :

die 21 Septembris 1971. — R. P. Bernardum Rooney, Ordinis Sancti Benedicti sodalem, *Administratorem Abbatiae Nullius dioeceseos Novae Nursiae.*

— R. P. Bernardum Rooney, Ordinis S. Benedicti sodalem, *Superiorem Missionis « sui iuris)) Kalumburunae> olim de Drisdale River nuncupatae.*

die 29 Septembris. — R. P. Henricum L. P. Hallett, Congregationis Sanctissimi Redemptoris sodalem, *Praefectum Apostolicum Praefecturae Apostolicae Rustenburgensis, nuper erectae in Africa Meridionali.*

die 9 Octobris. — R. P. Iacobum Kavanagh, e Congregatione S. Spiritus, *Administratorem Apostolicum ((sede vacante)) dioecesis Machakosensis.*

III

ARABIAE - MOGADISCIOËNSIS

DECRETUM

De finium mutatione

Cum ad bonum animarum provehendum expostulatum sit ut territorium vulgo antea « Somaliland » appellatum a Vicariatu Apostolico Arabiae separetur, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, accepto favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Ubaldi Calabresi, Archiepiscopi tit. Fundani atque in Regione Maris Rubri Delegati Apostolici, necnon Rev.mi Domini Rolando Ciacci, O.F.M. Cap., Administratoris Apostolici Arabiae, ac Exc.mi ac Rev.mi Domini Antonii Zocchetta, Episcopi tit. Sfasferiensis, Vicarii Apostolici Mogadiscioënsis, re matura perpensa, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI concessarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Qua de re idem Sacrum Dicasterium statuit ut territorium supradictum, vulgo ((Somaliland » antea appellatum, usque adhuc pertinens ad Vicariatum Apostolicum Arabiae, ab eodem distrahatur atque in

posterum Vicariatui Apostolico Mogadiscioënsi uniatur atque praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 3 mensis Decembris a. D. 1971.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

6& Sergius Pignedoli, *a Secretis*

IV

LIVINGSTONENSIS - VINDHOEKENSIS

DECRETUM

De finium mutatione

Cum ad bonum animarum provehendum expostulatum sit ut territorium vulgo ((Eastern Caprivi Strip)) a dioecesi Livingstonensi separetur, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, accepto favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Luciani Angeloni, Archiepiscopi tit. Vibomensis et in Zambia Pro-Nuntii Apostolici, itemque Exc.mi ac Rev.mi Domini Ioannis Gordon, Archiepiscopi tit. Nicopolitani ad Nestum et iam Apostolici in Africa Meridionali Delegati, necnon consensu Exc.morum Ordinariorum, quorum interest, prae oculis habito, re mature perpensa, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI concessarum, oblatis precibus obsecundare censuit.

Qua de re idem Sacrum Dicasterium statuit ut territorium vulgo « Eastern Caprivi Strip)) usque adhuc pertinens ad dioecesim Livingstonensem, ab ipsa separetur atque Vicariatui Apostolico Vindhoekensi uniatur et praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 3 mensis Decembris a. D. 1971.

6& BERNARDINUS GANTIN, *Secretarius Adiunctus*

Eduardus Pecoraio, *Subsecretarius*

V

KINSHASANAE

DECRETUM

Translationis cathedrae episcopalis

Constitutione Apostolica « Cum parvulum » a Summo Pontifice Ioanne XXIII s. m., die decimo mensis novembris a. D. 1959 data, paroecialis ecclesia Deo in honorem Sanctae Annae dicata in urbe Kinshasana extans ad Metropolitanae Ecclesiae Cathedralis dignitatem evecta fuit.

Cum vero templum honori Beatae Mariae Virginis Dominae Nostrae dicatum, ampliori forma frequentiorisque populi commoditate aptius ibidem nunc videretur, E.mus ac Rev.mus Dominus Ioseph Malula, Archiepiscopus Kinshasanus, ab Apostolica Sede enixe postulavit ut in hoc templum Metropolitana Cathedra transferretur.

Porro, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, omnibus rite perpensis, porrectas preces excipiendas censuit.

Quapropter, Sacra haec Congregatio, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, suppleto, quatenus opus sit, consensu omnium qui forte ius habeant vel habere praesumant, praesenti Decreto perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuerint, ab Ecclesia Sanctae Annae ad memoratum templum Beatae Mariae Virginis Dominae Nostrae, Archiepiscopi atque Metropolitae Cathedram transfert, idque ad Metropolitanae Cathedralis Kinshasanae dignitatem et gradum evehit, collatis praerogativis, iuribus et privilegiis quibus ceterae Cathedrales Metropolitanae iure communi decorantur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 11 mensis Decembris a D. 1971.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

68 B. Gantin, *Secretarius Adiunctus*

SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

DECRETUM

Novus Ordo Confirmationis promulgatur eiusque editio typica declaratur

Peculiare Spiritus Sancti donum, a Christo Domino promissum et super Apostolos die Pentecostes effusum, ipsi Apostoli eorumque successores Episcopi baptizatis hominibus per Confirmationis Sacramentum tradiderunt. Cuius ope christianae vitae initiatio ita perficitur, ut fideles, superna corroborati virtute, Christi testes sinceri, tum verbis tum exemplis evadant, itemque arctiore cum Ecclesia vinculo astringantur.

Quo autem clarius « huius Sacramenti intima connexio cum tota initiatione christiana » elucesceret, Oecumenicum Concilium Vaticanum II decrevit, ut ritus Confirmationis recognosceretur.[1]

Nunc vero, huiusmodi opere absoluto atque approbato a Summo Pontifice Paulo Pp. VI per Constitutionem Apostolicam *Divinae consortium naturae,* die 15 augusti 1971 signatam, Sacra Congregatio pro Cultu Divino, novum Ordinem Confirmationis, qui pro Ordine in Pontificali et Rituali Romano antehac usitato substituatur, evulgandum curavit, eiusque editionem quae nunc exhibetur, typicam esse declarat.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 22 augusti anni 1971.

ARTURUS Card. TABERA, *Praefectus*

H. Bugnini, *a Secretis*

[1] Cf. Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 71, *A.A.S.* 56 (1964), p. 118.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

I

PLACENTIA

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Birgittae a Iesu, fundatricis Domus S. Ursulae de Placentia.

SUPER DUBIO

An introducenda sit eius Causa

Christianae religionis praecepta institutaque puellas edocere magni semper Ecclesia existimavit. Quod et Concilium Vaticanum II memorando his laudavit verbis: *Pulchra... et gravis quidem ponderis est vocatio illorum omnium qui... munus educandi in scholis suscipiunt; quae vocatio peculiares mentis et cordis dotes... expostulat* (Conc. Vat. II, Declar. *Gravissimum Educationis...*, 5).

Hanc Ecclesiae sedulitatem ac vigilantiam diligenter secuta, Dei Famula Birgitta a Iesu domum religiosam S. Ursulae dicatam Placentiae condidit, in qua iuvenes institutionem morumque formationem christianam consequerentur, et eam usque ad mortem fortiter suaviterque est moderata. Matris exemplum sectantes filiae eius in compluribus institutis Italiae et praesertim in dissitis Indiae provinciis operam ac laborem consumunt.

In oppido Sancti Michaelis de Pagana prope Ehapallum in Liguria, tunc Ianuensis nunc vero Clavarensis dioeceseos intra fines, die 17 Iunii a. 1610 sexta inter undecim fratres e parentibus vitae pietate ornatis ac secunda fortuna beatis ipsa nata est. Domi christiana educatione et disciplina imbuebatur; aetate vero paulo provectior religiosam vitam in monasterio agere vehementer concupiscebat seseque Deo arctius firmiusque consecrare. Hoc tamen optatum impetrare non valuit, quoniam dotis facultatem eripuerat adflicta interim parentum fortuna. Ideo anno 1633 Matthaeo Zancano pio divitique iuveni in matrimonium est collocata, quocum quattuor annos domesticam vitam duxit prole nulla suscepta.

Viro vita functo ad opera beneficentiae totam se convertit. Avida autem voluntas, qua antea flagraverat, vitae religiosae intra septa monasterii traducendae revixit; at ob suam viduitatis condicionem inter moniales Capuccinas Placentiae, in quam urbem se contulerat, ascita non est.

Per aliquot annos in saeculo vixit assiduae orationi caritatisque operibus perpetuo vacans, dum moderabantur eius spiritum prius sacerdos ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum, exinde usque ad mortem Patres Societatis Iesu. Eogatu Ducis Piacentini anno 1649 domum Ursulinarum, instar Parmensium, Placentiae excitavit ut iuvenes religiose instituerentur. Quo vero illud opus felicius perficeretur, piae mulieres sese ei addicebant, quae omnes postea religiosam familiam constituebant. Annos quattuordecim domui praeerat ceteris quidem in exemplum integerrimae vitae praelucens, infirma quamquam valetudine laborabat. Nonnulli vero morbi, quos postremis vitae annis alii acriores comitabantur, vires omnino debilitabant. Hinc sorores, medici, sacerdotes Societatis Iesu et ipse Placentinus Dux, nec non cives omnes eximias eius virtutes, patientiam praesertim, fortitudinem in adversis atque vehemens precandi studium admirabantur.

Donis et beneficiis divinis cumulata, die 3 Septembris a. 1679 pie in Domino animam efflavit aetatis suae anno septuagesimo, magna sanctitatis fama apud sodales ac fideles finitimarum quoque regionum relicta.

Quapropter statim post eius obitum, ut Causa de beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis institueretur, ipso Piacentino Duce praeeunte, cogitatum est. Ast, adversa ob adiuncta quibus totus Placentinus ducatus per totum ferme saeculum xvm agitatus fuit atque ob haud ipsius Instituti floridum statum aliasque Causae extrínsecas rationes, Actoribus non licuit Causam beatificationis Famulae Dei urgere nisi hoc ineunte saeculo. Annis itaque 1927-1929 in episcopali Curia Piacentina iuridicae inquisitiones tum super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, tum super scriptis et liturgico cultu eidem Servae Dei non praestito instructae fuere Eomamque S. Rituum Congregationi transmissae.

Peramplam insuper documentorum copiam Servae Dei vitam et virtutes respicientium Sectio Historica eiusdem S. Congregationis diligenti studio collectam pervestigavit.

Postulatoriae tandem litterae Patrum Cardinalium, Episcoporum, Moderatorumque religionum ad Apostolicam Sedem delatae sunt, ut beatificationis Servae Dei Causa legitime introduceretur.

Servatis igitur omnibus de iure servandis, S. Rituum Congregatio, scriptis Servae Dei accurate examinatis, ut ad ulteriora procedi posset decretis 14 Novembris 1934 et 24 Maii 1950 edixit. Quapropter, instante Rev.mo Domino Silverio Mattei, legitimo postulatore, die 26 Ianuarii a. 197.1 habitus est Congressus peculiaris S. Congregationis pro Causis Sanctorum, quem secuta est Congregatio peculiaris eiusdem S. Congregationis die 23 Martii hoc eodem anno, in qua Em.us Cardinalis Marius

Nasalli Eocca di Corneliano, Causae Ponens seu Eelator, dubium proposuit discutiendum: *An introducenda sit Causa beatificationis, in casu et ad effectum de quo agitur,* deque ea rettulit. Et Em.i Patres Cardinales, qui aderant, omnibus mature deliberatis, affirmando responderunt de introducenda Causa, si Sanctissimo placuisset.

Quibus de rebus facta demum subscripto die Summo Pontifici Paulo Papae VI per infra memoratum Cardinalem fideli relatione, Sanctitas Sua sententiam Patrum Cardinalium ratam habuit et confirmavit.

Datum Eomae, die 31 Maii a. D. 1971

PAULUS Card. BERTOLI, *Praefectus*

£8 F. Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

II

PISANA

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Iosephi Toniolo, in Pisano Athenaeo professoris.

SUPER, DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

«Socialis doctrinae pariterque actionis, quam catholica Ecclesia saeculis volventibus explicavit, longe insigne documentum, nemine refragante, sunt existimandae praeclarissimae Encyclicae eae Litterae, quibus *Berum Novarum* initium, quas Decessor Noster Leo XIII in vulgus emisit... et, quod novum instaurandarum rerum oeconomicarum et socialium ordinem, *Magnam Chartam* ad hunc usque diem nominant » (Enc. *Mater et Magistra,* in: *A.A.S.* 1961, pp. 402, 407).

In numero autem « catholicorum hominum qui, ut ibidem insinuât Ioannes XXIII, his incitati adhortationibus, complura susceperunt coepta, ut ad effectum tradita doctrina adduceretur», primas in Italia tenuit Iosephus Toniolo. Quinimmo hic Servus Dei inter doctissimos fuit viros a Leone XIII ad memoratas Encyclicas Litteras conscribendas consultos; et ipsemet vita, magisterio et scriptis, evangelica de caritate et iustitia praecepta continenter et alacriter implevit.

Quod quidem ei non parvae laudi vertit et commendationi, quippe cum de heroicis illius virtutibus sit attestandum.

Tarvisii, in Venetorum finibus, die 7 Martii a. 1845 is ortus est et decimo post die ex aqua et Spiritu Sancto renatus (cf. *Io.* 3, 5). Parentes ei fuerunt Antonius Toniolo, artis aedificandi peritus, et Elisabeth Alessandri; atque tres minores natu germani. Venetiis, in S. Catharinae collegio, humanarum instructus est litterarum studiis, quae Patavii egregie cumulavit utpote in iuris prudentia doctor anno 1867 renuntiatus.

Iuxta argumentandi propositum, cui novensilis doctor titulum inscripserat: *L'elemento etico quale fattore intrinseco déW economia,* universa ei fuit ratio docendi. Siquidem postquam Venetiis quattuor annos « Oeconomiae politicae» magistrum egit, Mutinae ad eiusdem disciplinae cathedram anno 1878 electus est, tamquam extra ordinem in studiorum universitate professor; anno autem sequenti ad Pisanam fuit universitatem translatus, ubi paulo postea de numero professor « Oeconomiae politicae » ac disciplinae « Statisticae » factus est.

Novem itaque lustra, scilicet usque ad mortem, doctrina, quam dicunt socialem, e catholicae religionis principiis deducta, alumnorum mentes imbuit moresque formavit. Multigenis pariter de hac doctrina editis libris, quorum princeps *Trattato di economia sociale* vulgo appellatur, et ubertate scientiae et fidei testimonio plures erudivit in iustitia.

Hac simul tempestate, Dei Servus et « scriba doctus » bonus ac fidelis exstitit paterfamilias « qui profert de thesauro suo nova et vetera » *(Mt,* 13, 52). Etenim e Maria Schiratti, anno 1878 pia sibi uxore ducta, septem genuit filios quibus, ad exemplum Deiparae Sponsi et patroni sui S. Ioseph, caelestis et terreni tritici contulit mensuram (cf. *Lc.* 12, 42).

Si ergo causa animadvertitur ob quam et vivendi sanctimonia et agendi vi is fuerit praeclarus, ea prorsus e divina fide scatere videtur. Fides enim — ut quidam de illo asseveravit episcopus — totam eius vitam illuminavit: fides cui humana scientia non obstat, fides qua orationem sequitur actio. Evangelicae veritatis domi forisque fuit discipulus et assertor; mitis ex intimo corde, numquam tamen ventus Christi et Ecclesiae aspernatores.

Pius in Deum et simul erga homines iustus, illam docuit iustitiam quae « perpetua et immortalis » praedicatur *(Sap.* 1, 15). Quapropter, sacramentorum eucharistiae et paenitentiae assiduus ac matrimonii gratia fultus, in Christifidelium ecclesia atque publica Italorum re bonorum fuit auctor operum. Ipse namque, postquam S. Pius X Encyclicis Litteris *Il fermo proposito* inscriptis societatem « Actionem catholicam » nominatami novis constituit legibus, ab eodem Pontifice recentis « Unionis Popularis » praeses renuntiatus est; quo in munere alterius partis providus exstitit fundator, quae catholicarum Italiae mulierum foveret Unionem. Sociologica studia inter catholicos sapienter promovit, opificum ac tenuium iura fortiter tutatus est. Ad tractandum igitur de omni sociolo-

gica re Servum Dei aetate sua studio et actione viguisse hodieque auctoritate valere plura documenta cunctis testimonio sunt.

Indubio igitur merito dignus visus fuit qui, etiam a viro fidei experte « apostolus laicus » cum laude appellaretur, cum duobus praecipue civibus cuius, sanctitate et scientia praeditis, sociandus: cum Beato nempe Contardo Ferrini, in Papiensi universitate iuris professore, et Venerabili Ludovico Necchi, medico simulque catholicae Mediolanensis universitatis confondatore, pro qua instituenda ipse Servus Dei usque ad extremum vitae fortem et divino spiritu instinctam manifestavit voluntatem. Quibuscum sane dicendus est exemplo doctrinam praecurrisse, a Concilio Vaticano II de laicorum sanctitudine et actuositate sancitam (cf. *Lumen gentium,* c. IV).

Laudabilem ideo cum transegisset vitam, aeque laudabilem Pisis sortitus est mortem, anno 1918 die 7 Octobris, Beatae Mariae Virginis a Rosario sacra, quam huiusmodi prece quotidie invocare solitus erat. De Servi Dei sanctitatis fama inquiri coeptum est ordinario processu annis 1934-1941 Pisis constructo, comitantibus rogatorialibus Romano, Ianuensi, Taurinensi, Mediolanensi, Brixiensi et Cenetensi. Die 1 Iunii a. 1947 decreto super scriptis lato, causa apud S. Rituum Congregationem introducta est die 7 Ianuarii a. 1951. Apostolici deinde processus Pisis, Romae, Mediolani et Cenetae annis 1951-1954 instructi sunt, de quorum validitate decretum die 8 Iulii 1955 editum fuit.

Ad normam vero S. C. pro Causis Sanctorum recens institutae, peculiaris Congressus super virtutibus die 16 Februarii a. 1971 adunatus est, quem secuta est, die 29 mensis Martii subsequentis, plenaria Patrum Cardinalium Congregatio coacta, in qua Em.us ac Rev.mus Dominus Carolus Cardinalis Confalonieri, Causae Ponens seu Relator, dubium discutiendum posuit: *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Rev.mi Patres Cardinales, Sacrae Congregationi pro Causis Sanctorum praepositi, qui convenerant, affirmativum suffragium singuli tulerunt.

De hisce autem omnibus facta Summo Pontifici Paulo VI per subscriptum Cardinalem die 31 Maii anni huius 1971 relatione, Sanctitas Sua affirmativam sententiam Sacrae Congregationis laeto animo excepit iussitque decretum super heroicis Servi Dei virtutibus apparari. Quod cum factum esset, Beatissimus Pater, accitis infrascripto Cardinali Praefecto, meque a Secretis aliisque vocari solitis, iisque adstantibus, hodierno die edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Pru-*

dentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis Servi Dei IosepM Toniolo, in gradu Jieroieo, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in Acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Die 14 mensis Iunii a. D. 1971.

PAULUS Card. BERTOLI, *Praefectus*

L. S S.

ffi Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

III

MEDIOLANENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Ludovici Necchi Villa, medici chirurgi, patris familias e Tertio Ordine S. Francisci, Confundatoris Universitatis Catholicae a SS. Corde Iesu.

SUPEE DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu ed ad effectum de quo agitur.

Haud raro vulgatur vitae sanctitatem, qualem catholica Ecclesia proponit, singulare esse beneficium quibusdam dumtaxat divinitus concessum, atque ad paucos quosdam tantum eosque magno praeditos animo et ad viros mulieresque intra monasteriorum claustra degentes vocationem ad sanctitatem pertinere. Adversus vero eiusmodi opinationes Oecumenica Synodus Vaticana Secunda crebrius memorando christifideles admonet omnes, cuiuslibet sint condicionis et status, ad proprii status perfectionem seu sanctimoniam vocari, idque ob Christi dictum: *Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater vester caelestis perfectus est (Mt.* 5, 48), et iuxta illud Apostoli: *Saec est enim voluntas Dei: sanctificatio vestra (1 Thess.* 4, 3). Hinc et laici, qui «in saeculo vivunt, scilicet in omnibus et singulis mundi officiis et operibus et in ordinariis vitae familiaris et socialis condicionibus, quibus eorum existentia quasi contexitur» (Const. *Lumen gentium,* n. 31), vocantur ad vitae christianae plenitudinem et caritatis perfectionem virtutumque adeptionem, quae communis omnium est sors communeque officium, unicuique facile exsequendum ope gratiae divinae, quae nulli quidem denegatur.

Porro, praeclarum eiusmodi e laicorum ordine exemplar, quod eadem Sacra Synodus veluti depinxit, fuit Servus Dei Ludovicus Necchi Villa, pater familias, medicus chirurgus et in catholico Athenaeo Mediolanensi biologi ae professor.

Hic natus est Mediolani, die 19 mensis Novembris anno 1876, parentibus Aloisio Necchi, militum praefecto, et Caecilia Frisiani, legitimis coniugibus bonorumque copia ditatis, at a christianae vitae usu alienis. Nihilominus infantulum die 27 eiusdem mensis baptismatis lavacro in paroeciali basilica S. Ambrosii ablutum voluerunt. Sex annorum puer orbatus est patre; mater autem non multo post ad secundas transiit nuptias cum Caietano Villa, celebri sculptore, at religioni cuilibet contrario ac praesertim christianae legi infesto. Quapropter et mater et vitricus, qui nostrum in filium adoptavit eique suum cognomen dedit, licet eum valde diligerent, nullam praebuerunt diligentiam in filii institutione christiana fovenda; immo vero timebant ne ob huiusmodi educationem quidquam detrimenti pateretur eius curriculum artis cursusque honorum. Rebus ita se in paterna domo habentibus, Deus nihilosetius disposuit, ut puerum religionis sensibus imbuerent materterae duae, pietate conspicuae, quae illum viris magnae famae ecclesiasticis instituendum variis in collegiis tradiderunt. Interea anno 1885 Confirmationis sacramentum ille recepit atque aetatis suae undecimo, in Collegio S. Caroli ad sacram Synaxim primum accessit. Succrescens deinde aetate, in studiis humanitatis perficiendis in gymnasio et lyceo a Parini nuncupatis ingenii acumine christianisque virtutibus coram sodalibus et magistris praeluxit; condiscipulos verbo et exemplo ad bonum feliciter alliciebat, ad sacramenta praesertim recipienda; unde factum est, ut eorum plures aut in recta servaret via aut in eandem revocaret. Cum a nonnullis Societatis Iesu sodalibus altius esset edoctus, theologicam doctrinam adeo callebat, ut eam adversus magistros defendere valeret.

Annis 1896-1902 vertentibus, dum Papiae dat operam medicae arti attingendae, Coetus a Severino Boèthio socius exstitit prius, deinde praeses, impensam navitatem politicam et socialem exercendo inter iuvenes et operarios agrorumque cultores: omnes praeprimis invitando ad fidem actuose profitendam ac defendendam; quinimmo, arrepta occasione, non semel erroneas ipsorum docentium in Universitate opiniones aperte confutare non dubitabat.

Lauream in medicina et chirurgia anno 1902 adeptus, voluntariam militiam professus est apud Nosocomium castrense, ubi singulari caritate infirmorum curam habuit. Tantae insuper fuit ibi aedificationis, ut admirationem excitaverit eiusque eximiae pietatis exemplum ad fidem adduxerit Eduardum Gemelli, iamdiu amicum, qui postea catholicae studiorum Universitatis a S. Corde Mediolanensis conditor fuit et quo-

cum peculiari necessitudine et amicitia ad mortem usque coniungebatur.

Post confectam militiam angores miseratus nervis laborantium, se Berolinum contulit ut *neuropathologiae* studiis vacaret. In patriam vero post duos circiter annos redux, matrem amisit. Paulo post, praemissis spiritualibus exercitationibus ad vitae statum eligendum, die 26 Aprilis a. 1905 in paroeciali ecclesia S. Fidelis nobili piaeque puellae Victoriae Delia Silva Castiglioni nupsit, quacum ad mortem usque pacem et concordiam iugiter servavit, sanctitatem matrimonii sedulo custodiens. Tres autem, quos e matrimonio suscepit, liberos veluti thesauros sibi a Deo commissos dilexit et sollicite vigilanterque educavit atque christiana doctrina et evangelicis virtutibus imbuere sategit, factus et ipsis et uxori *testis fidei et amoris Christi* (cf. Const. *Lumen gentium,* n. 35).

Declinata, humilitatis causa, in Friburgensi Helvetiorum Universitate studiorum cathedra, medicam artem magna peritia, sollertia, patientia, veluti caritatis apostolatum, potissimum inter pauperes, inter pueros intellectu tardiores, inter devios iuvenes, inter nervorum infirmitate laborantes exercere et insistere coepit. Quos et ad fidei et spei pacem et auxilium efficaciter excitabat, summa enitens ope ne iidem de iusta excédèrent via sed in Domino ambularent.

Europaeo, quod vocant, priore bello exorto, ad stipendia iterum vocatus, inter primas accurrit stationes ut, qui antea vicenarius, nunc quadragenarius, patriae inserviret inter milites in valetudinariis degentes, factus vulneratorum medicus simul et optimus consiliator. Complures namque commilitones multumque duces verbo et exemplo ad Deum reduxit. Eucharistica eius pietas, vitae integritas, in Ecclesiam eiusque Summum Pontificem obsequium et amor palam sub militis specie fulsere.

Vivum et impigrum ecclesialis communitatis membrum, Servus Dei praesentem et actuosam semper reddidit Ecclesiam iis in locis rerumque adiunctis, ubi ipsa nonnisi per laicos sal terrae evadere posset. Hinc in provehenda Actione Catholica se assiduum socium, alacrem propugnatorem moderatoremque magnanimum praebuit, multorumque episcoporum hac in re fuit auxiliator eximius.

Ad communitatis quoque politicae bonum attingendum, in Consilium municipale prius, in provinciale Mediolanensium deinde, adscisci non recusavit, propterea quidem ut, catholicorum gerens personam, parentum ius vindicaret et defenderet liberos educandi ad christianae fidei praecepta in publicis scholis, nullamque praeteriret occasionem quin publicae criminationes contra Fidem et Ecclesiam moresque christianos oppugnaret et refutaret. Sanctus Pius Decimus eum designavit qui Unionem, quae vocabatur, Popularem catholicorum in Italia moderaretur.

Disciplinarum artiumque cultor, Ludovicus Necchi Villa adiutricem

dedit operam Mediolanensi Consociationi cui nomen *Pro Cultura,* ex qua consilium ortum est catholicam studiorum Universitatem Italorum condendi. Ad quam quidem postea fundandam et consolidandam multum contulit, praesertim sapientibus consiliis firmaque in Deum fiducia, eique ut professor ad extremum usque diem deserviit. Sociam quoque dedit operam variis ephemeridibus et periodicis commentariis condendis et scribendis ad catholicam animi culturam diffundendam.

Cum magno teneretur desiderio christianae perfectionis adipiscendae, Franciscalem militiam Tertii Ordinis amplexus est pluribusque piis sodalitiis dedit nomen. Quam perfectionem ut consequeretur precibus et frequenti Ecclesiae Sacramentorum usu adnitebatur, divinarumque rerum meditatione et cotidiana conscientiae discussione necnon virtutum exercitatione. Praeter illas, quae passim supra memoratae sunt virtutes, miranda fuit in eo mentis serenitas sibique imperandi consuetudo, quam per constantem vigilantiam et pugnam adversus pronam ad iram indolem obtinuit; itemque paupertatis spiritus, quo imbutus, a possidenda pecunia plene erat abstractum. Franciscali spiritu per totum vitae cursum ductus est: hilaris laetusque medias inter molestias resque adversas, patiens et simplex; proximorum salutis promovendae studio incensus; misericors in pauperes et egenos, quibus manu, marsupio, consilio subveniebat.

Autumni tempore anno 1929 letalis morbi indolem animadvertens, totum se Dei voluntati commisit, sollicitus tantum ne familiares in cognitionem insanabilis morbi venirent. Interim tamen docendi munus non deposuit neque medicam exercere desiit artem, donec vespere diei 10 Ianuarii anno 1930, vitae suae quinquagesimo tertio vix expleto, Christi ministrum, quem arcessiri iusserat, exspectans, placide obdormivit in Domino. Sollemnibus funeribus celebratis coram ingenti fidelium concursu, exanime Servi Dei corpus in coemeterio loci quem vocant *ScManno* inhumatum est; exinde autem mense Iunio anni 1934 in sacellum catholici Athenaei Mediolanensis translatum.

Nostrae huius aetatis laicis salubre affert Servus Dei nuntium, quo discant ad ipsos prae ceteris pertinere ut res profanas spiritu christiano imbuant et vivificent quo efficacius mundus in iustitia, caritate et pace finem suum attingat (cfr. Const. *Lumen gentium,* n. 36); habentque a quo exemplum capiant ad recte distinguendum inter ea quae sibi conveniant ut christianis et quae ut civibus, ita ut « utraque inter se harmonice consociare satagent, memores se, in quavis re temporali, christiana conscientia duci debere, cum nulla humana activitas, ne in rebus temporalibus quidem, Dei imperio subtrahi possit » (cfr. Const. *Lumen gentium,* n. 36).

Sanctitatis fama, qua vivens fruebatur, post eius obitum vehementius erupit signisque caelestibus confirmari visa est. Unde factum est ut, instante Consilio studiorum Universitati Catholicae Mediolanensi admi-

nistrandae, Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis ageretur. Instructi sunt itaque ordinarii processus in Curia Mediolanensi ab anno 1934 ad annum usque 1942; quibus additi sunt rogatoriales, qui dicuntur, in Curiis Comensi, Vicentina, Utinensi, Ianuensi, Turritana et Berolinensis Quibus inquisitionibus Eomam delatis riteque excussis, die 3 Decembris anno 1944 decretum prodiit S. Rituum Congregationis, quo edicebatur nihil obstare ex parte scriptorum Servi Dei, quominus ad ulteriora procedi posset. Commissio deinde, die 7 Ianuarii a. 1951, introductionis Causae apud Apostolicam Sedem a Pio Papa XII obsignata est. Edito decreto super cultu liturgico eidem Famulo Dei non praestito, confectisque apostolicis processibus super virtutibus in specie aa. 1952-1954, editum est decretum de omnium processuum iuridica vi die 8 Februarii a. 1957.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, die 23 Iunii a. 1970 peculiaris S. Congregationis pro Causis Sanctorum habitus est Congressus, in quo disceptatum est de dubio: *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.* Quod dubium iterum, die 14 Novembris eodem anno, in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium, Ponente quidem seu Relatore Ephraem Cardinali Forni, expensum fuit. Et omnes, qui aderant, Cardinales affirmativum suffragium tulerunt.

Facta demum de praedictis omnibus relatione Summo Pontifici Paulo VI per infrascriptum Cardinalem in Audientia eidem concessa die 19 Novembris a. 1970, Sanctitas Sua sententiam Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ratam habuit et confirmavit iussitque decretum super heroicis virtutibus Servi Dei apparari.

Hoc denique die idem Summus Pontifex subscriptum Cardinalem Praefectum necnon Rev.mum Cardinalem Ephraem Forni, Causae Ponentem, meque a secretis aliosque vocari solitos ad Se accivit, iisque adstantibus praesens Decretum promulgavit, nimirum: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Ludovici Necchi Villa, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in Acta huius Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 14 Iunii a. D. 1971.

PAULUS Card. BERTOLI, *Praefectus*

L. SB S.

£8 F. Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

IV

BARCINONENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Petrae a S. Ioseph Pérez Florido, Fundatricis Congregationis Matrum Derelictorum.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Necessitatem discendi ab ipsa adulescentia christianae caritatis exercitium proclamantes, Patres Concilii Oecumenici Vaticani II hanc sententiam scripserunt: *Cum caritatis et misericordiae opera praeclarissimum testimonium christianae vitae efferant, formatio apostolica ad haec quoque exercenda debet, ut discant christifideles ab ipsa pueritia fratribus compatì eiusque indigentibus generoso animo subvenire* (Decr. de apostolatu laicorum: *Apostolicam actuositatem,* n. 31 c).

Serva Dei Petra nata est die 6 Decembris a. 1845 in oppido v.d. *Valle de Abdalajis,* dioecesis Malacitanae in Hispania, e Iosepho et Maria parentibus quos iustae coniunxerant nuptiae. Postridie nativitatis eius, lavacro regenerationis una simul cum gratia Christi nomina Annae atque Iosephae sortita est.

Novissima in filiorum ditissima familia, quae decem et novem numerabat liberos, Serva Dei vix triennis matrem amisit et curis fovebatur avunculae satis piae ac patris, cui puellula, in recitatione Rosarii B. M. Virginis, et se sociare quemque imitari in deliciis habebat.

Labentibus annis pueritiae, Serva Dei pietatis indubia signa ostendit; quare parochus loci, non obstante contraria, ut illis temporibus, consuetudine, assensus est ut adhuc puellula primam sumeret Communionem. Confirmationem vero, ob rerum adiuncta, nonnisi aetate maturior suscepit.

Adulescentiam ingressa, Famula Dei sibi superioribus subdita vixit, litteris in patrio loco cum aequalibus operam dedit; mox tamen domesticis rebus curas impendere debuit. Spiritu fortitudinis, decursu temporis, emicuit; sed huius virtuti specimen quodammodo parvula ostendit

cum, patre in discrimine vitae adducto, quod homines homicidae illi mortem iam iam erant daturi, Serva Dei se eidem applicare et iuxta illum iunctis manibus genuflectere et se paratam mori ostendere non vereretur.

Ab aetatis suae anno decimo et sexto, semel et iterum oblatas nuptias constanter recusavit, precibus quoque et suasionibus patris posthabitis, asserens se ad religiosam vitam amplectendam, inclinari. Pater enim, etsi pius, vocationi filiae adversabatur. Quare puella, Deo servire cupiens, aliam rationem inire non potuit nisi monialium vitam in saeculo imitari per virtutum exercitationem, praesertim humilitatis, oboedientiae et caritatis. Ad caritatem in pauperes et senes loci exercendam, quasdam sibi ascivit puellas, post impetratam permissionem patris dummodo ne e loco elongaretur, cum quibus eleemosynas ostiatim quaerebat. Venia patris impetrata ac rebus politicis a. 1872 in Hispania compositis, Serva Dei caritatis suae officia amplificans, domum in oppido suo natali conduxit, in quam paucos senes excepit, quos una simul cum ceteris adiutricibus curare satagebat.

Defuncto patre a. 1.875, Serva Dei triginta annos nata alteram domum propter idem propositum conduxit in oppido Alora, pariter in dioecesi Malacitana sito nec multum a natali loco distante. Deinde in urbem ipsam Malaeam se contulit ac, consilium sacerdotum secuta, Congregationem « Matrum a Mercede » — quae tunc condebatur — ingressa est; sed ante professionem ab ea discessit approbantibus moderatoribus spiritus. Cum autem illa Sorores cuiusdam Congregationis curam pauperum gerentes sibi consociare exoptaret, episcopus Malacitanus, cui vota sua patefecit, suasit ut huiusmodi propositum per aliam viam assequeretur. Cuius rei causa ei biennium probationis imposuit, quo operibus pietatis et caritatis operam daret. Hoc feliciter peracto, tandem die Nativitatis Domini, anno 1880, ab eodem episcopo confortata et adprobata, Serva Dei habitum religiosum induit una simul cum tribus sodalibus. Emenso tirocinio, vota religiosa nuncupavit una cum illis, Congregationem ita novam condentes, cui praesul ipse nomen « Matrum derelictorum » a. 1881 dedit.

Serva Dei, quae nomen Petrae in religione suscepit, annis subsequentibus domos nonnullas condidit in aliquibus locis Hispaniae inferioris, videlicet: praeter domum in Huelin-Màlaga, domos in urbe Eonda, Calpe, Andùjar, Martos. Omnium praecipua fuit domus Barcinonis, quam anno 1891 condidit in regione quadam edita civitatis, cui proinde, sub patrocinio S. Ioseph positae, nomen v. « San José de la Montaña » datum est, quo Congregatio ipsa dignoscitur apud populum.

Eodem anno 1891 Serva Dei Petra Romam petiit ut approbationem S. Sedis pro Instituto nuper condito eiusque regulis posceret. Quam quidem impetravit per Decretum laudis die 25 Iulii a. 1891 latum. Deinde, die 15 Octobris a. 1892, votorum perpetuorum professionem emisit.

In postmodum erigendis atque in perficiendis aliis novis sedibus, Serva Dei nonnulla perpessa est, quae omnia animi fortitudine sed praesertim magna fide in Deum superavit.

Annis postremis vitae suae Serva Dei Petra Barcinone plerumque vixit, ubi operibus exstruendi sanctuarii in honorem S. Ioseph « de la Montana » invigilavit (aa. 1895-1901). Cultus vero qui ibidem eidem S. Ioseph a frequenti populo praestabatur quasdam excitavit simultates; gravitas rei id postulabat, ut certa ac definita Sanctae Sedis approbatio impetraretur ne inimicorum murmur a Christifidelibus pro vero haberetur neve praelatus Barcinonensis tam laudandi operis cessationem decernere cogeretur. Quare Serva Dei Romam secundo petere statuit et a S. Pio Papa X ineunte mense Septembris a. 1905 benigne coram admissa, apostolicam benedictionem pro suis inceptis est consecuta.

Laboribus tandem fracta, postquam piissime simulacrum Deiparae Virginis apud Montem Serratum coluit, Barcinone, in praecipua Instituti domo, die 16 mensis Augusti a. 1906 obdormivit in Domino. Eius corpus ab anno 1921 in Sanctuario « de la Montaña » requiescit.

Serva Dei Petra a S. Ioseph Pérez Florido per virtutum exercitationem vera Christi sectatrix exstitit. Pietatem in S. Ioseph, quam illis fere temporibus Leo Papa XIII in universa Ecclesia confirmaverat, ipsa promovit et inculcavit; caritate in pauperes, senes et derelictos aemula quodammodo fuit sollicitudinis, quam ipse Summus Pontifex Leo XIII in opifices et in pauperes demonstravit et per litteras suas Encyclicas commendavit. Digna demum quae hominibus nostris temporibus in exemplum proponatur mulieris fortis, operibus apostolicis deditae, praesertim in commodum infirmions partis corporis mystici Christi.

Sanctitatis fama, qua Serva Dei vivens quoque honestata fuerat, post eius mortem percrebruit atque caelestibus signis probari visa est. Quam ob rem, plurimis id poscentibus, Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi coepta est. Itaque, post ordinarios processus in ecclesiasticis Curiis Barcinonensi et Malacitana annis 1932-1933 instructos, edito decreto super scriptis die 26 Februarii a. 1943, prodiit decretum introductionis Causae die 3 Decembris anno 1943. Recognita est deinde, die 21 Martii a. 1946, obtemperatio Decretis TJrbanianis super indebito cultu latis, atque constructis in Curiis Barcinonensi,

Malacitana et Valentina annis 1948-1949 apostolicis processibus super virtutibus in specie, de inquisitionum tum ordinaria tum apostolica auctoritate institutarum iuridica vi, latum est decretum die 4 Maii anno 1952. Quibus omnibus absolutis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus Servae Dei disceptatum est, et quidem primum in Congressu Peculiari S. Congregationis pro Causis Sanctorum die 16 Decembris a. 1969 habito, et deinde, die 15 Decembris a. 1970, in Congregatione Plenaria in Aedibus Vaticanis, in qua Eev.mus Cardinalis Arcadius Maria Larraona, Causae Ponens seu Relator, dubium excutiendum proposuit: *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Rev.mi Cardinales, qui convenerant, affirmativum suffragium tulerunt. Facta deinde de praedictis omnibus Summo Pontifici per infrascriptum Cardinalem die 31 mensis Maii a. 1971 relatione, Sanctitas Sua sententiam Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ratam habuit et confirmavit iussitque apparari decretum super Servae Dei virtutum heroicitate. Et hodierno die Summus idem Pontifex Paulus VI ad se accivit Rev.mum Cardinalem Paulum Bertoli, Sacrae huius Congregationis Praefectum, meque a Secretis aliosque accersiri solitos, iisque adstantibus edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis Servae Dei Petrae a S. Ioseph Pérez Florido, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in Acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 14 Iunii a. D. 1971.

PAULUS Card. BERTOLI, *Praefectus*

ii. m s.

.83 F. Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

BOSTONIENSIS

Nullitatis matrimonii (Spera - Mangan)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Magdalenae Mangan, conventae in causa de qua supra, eandem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 16 februarii 1972, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, Parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Magdalenae Mangan, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur.*

Salvator Canals, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S.R. Rotae, die 7 mensis decembris a. 1971.

Raphael Funghini, *Notarius*

* Etant inconnu le lien de la demeure actuelle de M.me Madeleine Mangan, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria), le 16 février 1972, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Madeleine Mangan, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

CÖNCHENSIS

Nullitatis matrimonii (Marchan Calderón - Vásquez Ramírez)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Ruben Darii Vásquez Ramírez, conventi in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. R. Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma) in diem 9 martii 1972, bora decima cum dimidio, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, Parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Ruben Darii Vásquez Ramírez, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur.*

Thomas M. Mundy, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 9 mensis decembris a. 1971.

Raphael Funghini, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Ruben Darius Vásquez Ramírez, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria), le 9 mars 1972, à 10,30 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit Ruben Darius Vásquez Ramírez, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Venerdì, 10 **Dicembre** 1971, **il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor** LAURENT CYRILLE FABOUMY, **Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Dahomey.**

Giovedì, 16 **Dicembre** 1971, **il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor** MEHDI VAKIL, **Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario dell'Iran.**

Lunedì, 20 **Dicembre** 1971, **il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor** FERNANDO GÓMEZ MARTÍNEZ, **Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Colombia.**

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

30 dicembre 1971. S. E. R. Mons. Pecoraio Edoardo, *Nunzio Apostolico a Malta.*

11 gennaio 1972. Mons. Bruno Francesco e mons. Davino Edoardo, *Prelati Uditori del Tribunale della Sacra Romana Rota.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

30 dicembre 1971. Mons. Catenelli Luigi, *Capo Ufficio della Sacra Congregazione per VEvangelizzazione dei Popoli, per l'Ufficio Amministrativo.*

» » » Mons. Clementi Mariano, *Capo Ufficio della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli, per V Ufficio Giuridico.*

30 dicembre 1971. Mons. Scalzotto Tiziano, *Capo Ufficio della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli, per l'Ufficio Pastorale.*

18 gennaio 1972. S. E. mons. Quadri Santo, Amministratore Apostolico di Pinerolo, *Consultore della Sacra Congregazione per il Clero.*

24 » » Il Rev. Massone Antonio, *Cerimoniere Pontificio.*

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

24 novembre 1970. Al sig. Nepomuceno Giovanni (San Fernando).
» » » Al sig. Pascual Francesco (San Fernando).
11 dicembre » Al sig. Morgia Simmaco (Roma).
21 gennaio 1971. Al sig. Berg Carlo (Trier).
» » » Al sig. Dirks Enrico (Trier).
» » Al sig. Ney Volfango (Trier).
8 marzo » Al sig. Vanden Abeele (Brügge).
23 » » Al sig. Brand Giovanni Matteo Tommaso (Roermond).
» » Al sig. Verweij Giovanni Antonio fs-Hertogenbosch).
» » » Al sig. Boelens Guglielmo Cornelio (Utrecht).
27 » Al sig. De Decker Antonio (Gent).
» » » Al sig. Kuijte Alberto Giovanni Enrico ('s-Hertogenbosch).
30 » » Al sig. Rijpert Giovanni Maria Adriano (Utrecht).
14 aprile Al sig. Lisibach Augusto *(S.C.V.).*
» » » Al sig. Prinz Erico *(S.C.V.).*
20 » » Al sig. Mahieu Giovanni Daniele (Haarlem).
» » Al sig. Van-Der-Meer A.J.M. (Rotterdam).
» » Al sig. Leemaerts Guglielmo Antonio Francesco fs-Hertogenbosch).
27 » » Al sig. De Groot Cornelio (Haarlem).
» » » Al sig. Van-Kempen Enrico Gerardo Giuseppe (Roermond).
» » » Al sig. Ketelaars Pietro Giovanni Antonio (Utrecht).
» » » Al sig. Van-Der-Pouw Teodoro Adriano (Utrecht).
29 » » Al sig. Undegger Carlo (Innsbruck).
» » » Al sig. Von-Inamasternegg Giovanni (Innsbruck).
8 maggio Al sig. Maassen Francesco Cornelio Giovanni Maria (Utrecht).
15 » » Al sig. Bogels Giovanni Cornelio Bernardo ('s-Hertogenbosch).
» » Al sig. Hoelen Francesco Quirino ('s-Hertogenbosch).
» » Al sig. Willems Pietro Guglielmo ('s-Hertogenbosch).
20 » Al sig. Pacifici Bruno (Tivoli).

22	maggio	1971.	Al sig. Onderwater Guglielmo Leonardo- (Rotterdam).
27	»	»	Al sig. Van Doren Carlo (Brügge).
29	»	»	Al sig. Pascali Giuseppe (Lecce).
»	»	»	Al sig. D'Amico Ernesto (Roma),
8	giugno	»	Al sig. Marconi Guido (Roma).
»	»	»	Al sig. Melchiorri Armando (Roma).
12	»	»	Al sig. Imbrighi Pier Giorgio (Roma).
17	»	»	Al sig. Bocchieri Giovanni (Ragusa).
»	»	»	Al sig. Ruggiero Francesco (Reggio Emilia).
20	»	»	Al sig. Renno Assad Khalil (Saida dei Maroniti).
6	luglio	»	Al sig. Porte Federico (Clermont-Ferrand).
»	»	»	Al sig. Cavalieri Amilcare (Roma).
»	»	»	Al sig. Spera Egidio (Roma).
13	»	»	Al sig. Girotti Oddone (Bologna).
»	»	»	Al sig'. Annicchiarico Benino (Gaeta).

NECROLOGIO

7	gennaio	1972.	Mons. Borra Dionisio, Vescovo già di Fossano.
»	»	»	Mons. Mangers Jacques, Vescovo tit. di Afufenia.
9	»	»	Mons. Descufiì Joseph, Arcivescovo già di Izmir.
16	»	»	Mons. Modrego *y* Casaus Gregorio, Arcivescovo già di Barcellona.
21	»	»	Mons. Valencia Cano Gerardo, Vescovo tit. di Resaina, Vicario Apostolico di Buenaventura.
24	»	»	Mons. Ley Félix, Vescovo tit. di Capocilla, Amministratore Apostolico delle Isole Ryukyu meridionali.

An. et vol. LXIV 29 Februarii 1972 N. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO CLERICIS

DIRECTORIUM CATECHISTICUM GENERALE

PROOEMIUM

Ad normam Decreti *Christus Dominus,* n. 44, hoc Directorium Catechisticum Generale in lucem prodit.

In hoc documento apparando haud breve temporis spatium insumptum est, non solum ob difficultates quae huiusmodi operi inierant, sed etiam ob methodum quae ad id conficiendum adhibita est.

Scilicet, postquam specialis commissio constituta est ex viris in re catechetica vere peritis — qui ad varias Nationes pertinebant quique collatis consiliis cum quibusdam Episcopatibus delecti fuerant — primum consilia et sententiae variorum Episcopatuum exquisita sunt.

Prae oculis habitis his consiliis et sententiis, primum schema Directorii, summis tantum lineamentis adumbratum, exaratum est, idemque examini subiectum est in Congregatione Plenaria extraordinaria Sacrae Congregationis pro Clericis. Postea longius schema confectum est, de eoque rursus Conferentiae Episcopales interrogatae sunt, ut mentem suam aperirent. Secundum consilia et animadversiones, quae Episcopi in hac altera consultatione significaverunt, apparatum est schema Directorii definitivum, quod tamen, antequam publici iuris fieret, a speciali commissione theologica et a Sacra Congregatione pro Doctrina Fidei recognitum est.

Hoc Directorium eo spectat, ut principia fundamentalia theologico-pastoralia suppeditet, a Magisterio Ecclesiae peculiarique modo a Concilio Oecumenico Vaticano II sumpta, quibus quidem aptius dirigi

atque ordinari possit actio pastoralis ministerii verbi. Hinc ratio elucet, cur in hoc Directorio praevaleat aspectus theoreticus, quamquam, uti patet, etiam aspectus practicus minime deest. Huiusmodi via et ratio adhibita est hanc praesertim ob causam : scilicet tantummodo si initium sumatur a recto modo intelligendi naturam et fines catecheseos itemque veritates quae per eam tradendae sunt — debita habita ratione eorum ad quos catechesis dirigitur, et condicionum in quibus ipsi versantur — vitari poterunt ii defectus et errores, qui haud raro in re catechetica hodie deprehenduntur. Praeterea, quod attinet ad concretam applicationem principiorum et enuntiationum quae in Directorio continentur, hoc proprie est munus specificum variorum Episcopatuum, qui illud absolvunt per Directoria nationalia et regionalia, per catechismos ceteraque subsidia quae idonea sunt ad opus ministerii verbi efficaciter promovendum.

Patet non omnes Directorii partes eiusdem esse momenti. Quae dicuntur de divina revelatione, de natura catecheseos, de criteriis quibus nuntius christianus exponendus est ac de eiusdem praestantioribus elementis, ab omnibus retinenda sunt. Quae vero dicuntur de praesenti condicione, de methodologia ac de specimine catecheseos iuxta aetates, cum plura necessario desumantur e scientiis humanis tum theoreticis tum practicis, quae quidem aliquali evolutioni sunt obnoxia, accipienda sunt potius veluti suggestiones atque indicationes.

Ii quibus praecipue Directorium destinatur, sunt Episcopi, Conferentiae Episcopales et generatim quotquot, sub eorum ductu ac moderamine, responsabilitatem habent in campo catechistico. Finis, quem Directorium immediate sibi proponit, est auxilium praestare ad directoria catechistica et catechismos conficienda. Hac quidem de causa, scilicet ut adiuvetur praeparatio horum instrumentorum, proposita sunt quaedam lineamenta fundamentalia condicionum quae hodie sunt, idcirco ut in variis Ecclesiae partibus investigationes excitentur attento diligentique studio peragendae circa condiciones et pastorales necessitates locorum; praeterea indicata sunt quaedam principia generalia methodologiae et catecheseos secundum varias aetates, ut in lucem poneretur quantopere necessarium sit educandi artem et sapientiam addiscere; denique peculiaris cura posita est in tertia parte exaranda, in qua criteria exponuntur, ad quorum normam oportet proponere veritates per catechesim tradendas, ac simul conspectus praebetur elementorum essentialium fidei christianae, ita ut manifesta in luce appareat meta, quam catechesis necessario tenere debet, nempe nuntium christianum integre proponere.

Quoniam Directorium ad Nationes dirigitur, quarum condiciones et pastorales necessitates valde inter se differunt, patet in eo nonnisi condiciones communes seu medias, uti aiunt, considerari potuisse. Quare in Directorio iudicando atque aestimando debita ratio habenda est huius peculiaris indolis atque structurae. Idem dicendum est de descriptione laboris pastoralis, qui in sexta parte proponitur. Agitur de ratione actionis pastoralis promovendae, quae summis tantum lineamentis describitur; haec fortasse haud sufficiet in iis regionibus, ubi catechesis iam magnos fecit progressus, nimium vero forsan requirere videbitur iis in locis, ubi catechesis parum adhuc progressa est.

Dum in lucem editur documentum, quo Ecclesia novo testimonio sollicitudinem suam testatur erga ministerium muneri suo in mundo rite adimplendo prorsus necessarium, in votis est ut illud excipiatur, diligentique studio consideretur atque perpendatur, ratione habita necessitatum pastoralium singularum communitatum ecclesialium; item, ut ulterius instimulare possit alacriores pervestigationes, quae necessitatibus ministerii verbi et ecclesiastici Magisterii normis fideliter respondeant.

PARS I

DE ACTUALITATE PROBLEMATIS

Natura et finis huius partis

1. Cum essentiale Ecclesiae propositum in eo sit, ut fidem annuntiet ac promoveat inter nostri temporis hominum societatem maximis mutationibus socio-culturalibus exagitatam, oportet, prae oculis habitis iis quae a Concilio Vaticano II exposita sunt, quaedam actualis situationis lineamenta vel characteres delineare, indicando eorum spirituales repercussiones novaque officia,, quae Ecclesiae proponuntur. Ex hoc exhaurire non intenditur argumentum, quod in variis Ecclesiae partibus elementa singularia ac saepe valde diversa praebet. Munus erit directoriorum nationalium haec lineamenta complere et applicare ad singularum nationum aut regionum adiuncta.

EX PARTE MUNDI

De mundo hodierno sese continuo evolvente

2. ((Hodie genus humanum in nova historiae suae aetate versatur in qua profundae et celeres mutationes ad universum orbem gradatim

extenduntur ... Ita iam de vera sociali et culturali transformatione loqui possumus, quae etiam in vitam religiosam redundat w.[1]

Ad modum exempli, duae in vitam fidei repercussiones, quae pressius ad catechesim pertinent, indicari possunt :

a) Praeteritis temporibus traditio culturalis magis quam hodie favebat transmissioni fidei; nostris autem temporibus non parum immutata est, ita ut minus minusve quis in illa continuitate culturali traditionali niti possit. Ideo ad eandem novis generationibus transmittendam fidem renovata quaedam evangelizatio exigitur.

ò) Attendatur oportet fidem christianam, ut in omnibus culturis subsequentibus radices agat, enodationes novasque expressionis formas requirere. Etiamsi aspirationes et postulata profunda, quae humanae naturae et condicionis sunt propria, fundamentaliter eadem permaneant, tamen homines nostrae aetatis novas quaestiones circa vitae significationem ac momentum ponunt.

Homines credentes huius temporis certo credentibus praeteritae aetatis omnino similes non sunt. Inde exurgit necessitas firmandi perennitatem fidei, necnon renovatis modis salutis nuntium proponendi.

Hodie prae oculis etiam habenda est maxima diffusio instrumentorum communicationum socialium, quorum efficacitas limites Nationum excedit et singulos quasi cives efficit totius consortionis humanae.[2]

Huiusmodi instrumenta maxima vi agunt in christifidelium vita, sive ob ea quae docentur, sive ob mentalitatem agendique mores, qui in eosdem christifideles inducuntur. Debita qua par est diligentia rei rationem habere necesse est.

De hodierno pluralismo

3. ((Eo ipso communitates locales traditionales, uti sunt familiae patriarchales, "clans ", tribus, pagi, varii coetus et consortionis socialis necessitudines, pleniores in dies immutationes experiuntur » .[3]

In antiqua christianitate religio habebatur quasi praecipuum populorum unitatis principium. Aliter nunc se res habent : populorum cohaesio, quae originem ducit a democratizationis phaenomeno, concordiam variarum familiarum spiritualium promovet ; ((pluralismus », quem vocant, iam non sicut malum expellendum aestimatur, sed uti

[1] **Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 4.**

[2] **Cfr. Decr. de instr, communicationis socialis *Inter mirifica,* 22.**

[3] **Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 6.**

factum, cuius ratio habenda est; quivis suas decisiones ferre potest, quin societati extraneus evadat vel censeatur.

Ii igitur qui ministerio verbi dant operam, numquam obliviscantur fidem esse liberam responsionem gratiae Dei revelantis. Ac magis adhuc quam anteactis temporibus bonum nuntium Christi proponant in sua mirabili indole tum clavis mysteriosae qua tota humana condicio explicatur, tum doni gratuiti Dei quod in confessione propriae insufficientiae a gratia caelesti suscipiendum est.[4]

De dynamismo nostrae aetatis

4. Civitatis humanae aedificatio, humanus progressus ac progrediens propositorum humanorum exsecutio, sollicitudinem hominum nostrae aetatis exstimulant.[5] Fides minime se habere debet quasi extra hunc hominum progressum, qui sane etiam cum gravibus deviationibus coniungitur. Proinde evangelii nuntius hanc rerum condicionem diiudicare eiusque significationem hominibus praebere debet.

Ministerium verbi, per altiorem usque explorationem divinae humanaeque vocationis hominis, sinere debet ut evangelium sua vitalia genuinae libertatis et progressus germina diffundat,[6] et desiderium excitet promovendi profectum personae humanae obluctandique contra illam agendi atque cogitandi rationem quae fatalismo indulget.

Quae supra notata sunt manifestare tantum volunt quomodo hodiernum ministerium verbi ad hunc mundum suam actionem dirigere debeat : ((... ab Ecclesia nunc requiritur, ut virtutem perennem, vitalem, divinam Evangelii in venas iniciat eius, quae hodie est, humanae communitatis».[7]

Sensus religiosi condicio

5. Illa civilizationis forma, quae scientifica, technica, industrialis ac urbana vocatur, hominum attentionem haud raro a rebus divinis avertit, atque eorum de re religiosa interiores sollicitudines difficiliores reddit. Deus haud paucis minus praesens, minus necessarius percipitur, minus validus ad explicandas res videtur in vita tam personali quam sociali : hinc crisis religiosa facile oritur.[8]

Fides christiana huiusmodi crisim, haud secus ac ceterae religiosae

[4] **Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 10.**

[5] **Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 4.**

[6] **Cfr. Decr. de aetiv. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 8, .12.**

[7] **Ioannis XXIII, Const. Apost. *Humanae salutis, A.A.8.* 54 (1962), p. 6.**

[8] **Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 5, 7.**

confessiones, apud asseclas suas experitur. Eius igitur officium urgens est veram naturam suam, qua omnem culturae progressum transcendit, demonstrare ac suam novitatem pandere in culturis saecularizatis et desacralizatis.

Ad munus ministerii verbi pertinet detegere, ab impuris elementis liberare atque evolvere illa veri nominis bona, quae inveniuntur in spirituali patrimonio earum humanarum culturarum, apud quas sensus religiosus vivus adhuc ac vigens permanet atque totam humanae vitae existentiam penitus pervadit.

Olim opiniones deviae atque errores circa fidem et christianam vivendi rationem saepius pauciorem hominum numerum pertingebant ac magis quam hodie intra coetus intellectuales circumscribebantur. Nunc vero progressus humanus atque communicationum socialium instrumenta efficiunt ut hae opiniones maiore cum celeritate circumferantur atque ampliorem in dies influxum exerceant in christifideles, iuvenes praesertim, qui magna discrimina patiuntur nec raro impelluntur ad suscipiendas agendi cogitandique rationes religioni infensas. Haec rerum adiuncta apta sane remedia pastoralia requirunt.

Ex PARTE ECCLESIAE

Peculiares notae, quibus spiritualis mundi condicio distinguitur, ipsius Ecclesiae vitae intersunt.

Fides ((traditionalis »

6. Fides christiana apud multos in grave discrimen adducta est iis in locis, ubi religio videbatur nimis favere quarundam classium socialium praerogativis, vel ubi plus aequo innitebatur in avitis consuetudinibus atque in unanimi regionis professione religiosa.

Turbae paulatim in religiosum indifferentismum labuntur vel versantur in periculo fidem servandi sine necessario dynamismo, sine efficaci in realem vitam influxu. Potius quam de religiosis traditis consuetudinibus tantummodo servandis, nunc agitur insuper de fovenda apta re-evangelizatione hominum, de obtinenda eorum re-conversione, de profundiore ac maturiore in fide educatione eisdem impertienda.

Hoc tamen minime ita intelligendum, ut neglegatur genuina fides quae in coetibus culturae ex instituto christianae servatur aut ut sensus religiosus popularis parvi fiat. Sensus religiosus, non obstante saecularizationis progressu, in diversis Ecclesiae partibus vigere pergit. Nemo illum neglegere potest, cum plerumque sincero atque authentico

modo a permagna hominum multitudine in vitae consuetudine exprimatur. Immo sensus religiosus popularis occasionem vel initium fidei nuntiandae constituit. Agitur tantum, ut patet, de eo purificando ac de recte aestimandis eius validis elementis, ne quis contentus sit formis actionis pastoralis, quae hodie impares, minime aptae et fortasse etiam non ad rem pertinentes factae sunt.

Indifferentismus religiosus et atheismus

7. Multi baptizati a religione ita recesserunt, ut indifferentismum quemdam aut fere atheismum profiteantur. « Multi tamen ex coaevis nostris hanc intimam et vitalem cum Deo coniunctionem nequaquam perspiciunt aut explicite reiciunt, ita ut atheismus inter gravissimas huius temporis res adnumerandus sit ac diligentiori examini subiciendus ».[9]

Concilium Vaticanum II rem attente consideravit[10] ac de remediis afferendis expresse egit : ((Remedium autem atheismo afferendum, cum a doctrina apte exposita, tum ab integra Ecclesiae eiusque membrorum vita exspectandum est. Ecclesiae enim est Deum Patrem eiusque Filium incarnatum praesentem et quasi visibilem reddere, ductu Spiritus Sancti sese indesinenter renovando et purificando. Id imprimis obtinetur testimonio fidei vivae et maturae, ad hoc scilicet educatae ut difficultates lucide perspicere valeat easque superare».[11]

Dantur etiam casus, in quibus fides christiana invenitur inquinata nova quadam paganismi forma, etsi adhuc permaneant quidam religiosus sensus et quaedam fides in Ens supremum. Mentis habitus religiosus potest procul esse ab influxu verbi Dei et a consuetudine sacramentorum, alimentum vero suscipere a praxi superstitionis atque magiae; vita moralis recedere potest in ethicam prae-christianam. In christianam religionem aliquando introducuntur elementa quae pertinent ad naturismum, ad animismum, ad divinationem, et ita in quibusdam locis lapsus in syncretismum haberi potest. Accidit etiam ut sectae religiosae propagentur quae christiana mysteria cum elementis fabulosae antiquitatis permiscent.

In his casibus quam maxime requiritur, ut ministerium verbi, praesertim evangelizatio ac catechesis, ad normam Decreti *Ad Gentes divinitus,* n. 13, 14, *21, 22* renoventur.

[9] **Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 19.**

[10] **Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 19-20.**

[11] **Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 21.**

Fides et culturae diversae

S. Non desunt christifideles, excellentior christiana educatione praediti, qui difficultatem experiuntur circa modum loquendi de fide, quem putant vel perantiquis atque obsoletis formulis nimis adstrictum vel nimis ligatum culturae occidentali. Iidem ergo novum religiosas veritates exprimendi modum quaerunt, qui cum hodierna humana condicione congruat, quique permittat ut fides suam lucem effundat in realitates, quae hodie homines premunt, atque evangelium traduci possit in diversas culturas. Ecclesiae certo officium est quam maxima consideratione hanc hominum aspirationem perpendere.

Quod ecclesiis nuper conditis in Decreto *Ad Gentes divinitus* indicatur, valet etiam pro omnibus qui in ministerium verbi incumbunt : « ... e suorum populorum consuetudinibus et traditionibus, sapientia et doctrina, artibus et disciplinis, ea omnia mutuantur quae ad gloriam Creatoris confitendam, ad gratiam Salvatoris illustrandam et ad vitam christianam rite ordinandam conferre possunt)).[12]

Qua de causa « nuntium evangelicum renovato modo hominibus proponendo, ministerium verbi divini consilii salutis unitatem manifestare debet. Confusionibus ac agnitionibus nimia facilitate redolentibus vitatis, ipsum semper manifestare debet profundam atque intimam congruentiam existentem inter Dei propositum salvificum, in Christo Domino completum, et hominum aspirationes, inter historiam salutis ac historiam humanam, inter Ecclesiam, populum Dei, et communitates humanas, inter actionem Dei revelatricem et hominis experientiam, inter dona ac supernaturalia charismata et humanos valores)).[13]

Renovationis opus

9. Hac in nova rerum condicione, fieri potest ut quis putet ardorem apostolicum, quem nunc Ecclesia promovere contendit, praepediri. Profecto, neque pastorum neque fidelium zelum, qui vere magnus est, accusare licet. Impedimenta vero provenire videntur vel ex nimis diffuso defectu congruae praeparationis ad nova et ardua officia obeunda, vel a quadam reflexione adhuc imperfecta, quae interdum theoriis exprimitur actioni evangelizandi potius obstantibus quam faventibus.

Hisce rite perpensis, Sacrosancta Synodus Vaticana II sua incitamenta ad ministerii verbi in Ecclesia renovationem multiplicavit. Haec renovatio hodie in discrimen adduci videtur praesertim :

[12] N. 22; cfr. n. 21; Pauli VI, Alloc, diei 6 augusti 1969.

[13] Comm. 5-s/comm. 2 Conf. Gener. Episcopatus Latino-Americani, 1968.

— *ab iis qui profunditatem propositae renovationis videre non valent,* quasi hic tantum ageretur de tollenda doctrinae edocendae ignorantia. Remedium esset, ad eorum mentem, crebriorem reddere catecheticam institutionem. Re ita considerata, immediate intelligitur remedium necessitatibus inferius omnino esse. Revera catechetica propositio intime renovanda est, et haec renovatio non solum puerorum sed etiam adultorum permanentem fidei educationem respicit;

— *ab iis qui inclinant ad reducendum nuntium evangelicum ad suas consequentias in temporali hominum existentia.*

Postulat sane Evangelium eiusque lex amoris ut christifideles pro viribus collaborent — officia ac munera saecularia obeuntes — ad iustitiam et fraternitatem inter homines magis magisque instaurandas. Hoc tamen nequaquam sufficit ut debite testimonium reddatur Iesu Christo, Filio Dei et Salvatori Nostro, cuius mysterium, quod ineffabilem dilectionem Dei patefecit [14] aperte et integre evangelizandis annuntiandum et ab iisdem recognoscendum est.

Doctrina Constitutionis *Gaudium et spes* vel Declarationis *Dignitatis humanae* nulli ((minimismo » favet, ad fidei servitium directum per ministerium verbi explicandum. Utrumque documentum sollicitudinem ostendit ut rerum condicionibus supra relatis remedium afferatur. Utcumque renovatio in ministerio verbi, praesertim in catechesi, a renovatione pastorali universa seiungi nequit.

Media operosa et maximi quidem momenti ad bonum exitum perducenda sunt : promovere formarum ministerii verbi consuetarum progressum novasque excitare ; evangelizare et catechizare homines minore culturae gradu praeditos ; virorum doctorum classibus occurrere eorumque necessitatibus consulere; praesentiae christianae formas traditionales in melius emendare novosque modos invenire; omnia Ecclesiae subsidia actualia conglobare simulque formas evangelio minus consentaneas vitare.

Hoc in munere exequendo, Ecclesia spem suam in omnibus populi Dei membris reponit. Unusquisque — episcopi, sacerdotes, religiosi religiosaeque, laici — pro munere suo, missionem utique explere debet. Et quidem hanc missionem expleat, attenta mundi condicione quae profunde vitam fidei per movet.

Ut his operariis evangelicis efficax auxilium feratur, renovatio catechetica auxiliis uti debet, quae afferre possunt scientiae sacrae, theo-

Cfr. *1 Io. 4,* 9

logia, studia biblica, reflexio pastoralis atque scientiae humanae, necnon instrumenta, quibus hodie ideae et opiniones evulgantur, praesertim media communicationis socialis.

PARS II

DE MINISTERIO VERBI

Caput I

DE MINISTERIO VERBI ET REVELATIONE

Revelatio: domtm Dei

10. In Constitutione *Dei Verbum,* Concilium Oecumenicum revelationem respexit tamquam actum quo Deus se personaliter communicat : « Placuit Deo in sua bonitate et sapientia Seipsum revelare et notum facere sacramentum voluntatis suae ... ut eos ad societatem secum invitet in eamque suscipiat » -[1] Deus ibi apparet veluti qui Seipsum communicare velit, consilium exsequens quod ab amore proficiscitur.

Catechesis igitur exordium sumere debet ab hoc divini amoris dono. Fides est acceptatio et fructificatio doni divini in nobis. Haec nota, qua fides tamquam donum censenda est, totam prorsus ministerii verbi materiam afficit.

Revelatio: facta et verba

11. Hoc modo Deus operatur ut homines ad cognitionem sui consilii perveniant, scilicet eventibus historiae salutis et verbis divinitus inspiratis, quae hos eventus comitantur et declarant : ((Haec revelationis oeconomia fit gestis verbisque intrinsece inter se connexis, ita ut opera, in historia salutis a Deo patrata, doctrinam et res verbis significatas manifestent ac corroborent, verba autem opera proclament et mysterium in eis contentum élucident » .[2]

Revelatio igitur constat ex factis et verbis, sese mutuo illuminantibus. Ministerium verbi ea annuntiare debet, ita ut altissima mysteria, quae in iis continentur, ulterius explanet ac communicet. Hoc modo ministerium verbi non solum recolit revelationem mirabilium Dei in tempore peractam et in Christo ad perfectionem adductam sed insimul

[1] **Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* 2.**
[2] **Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum, 2.***

sub lumine huius revelationis, vitam humanam nostrae aetatis, signa temporum ac res huius mundi interpretatur, cum in iis consilium Dei ad salutem hominum operetur.

Iesus Christus, mediator et plenitudo totius revelationis

12. « Intima autem per hanc revelationem ... veritas nobis in Christo illucescit, qui mediator simul et plenitudo totius revelationis exsistit)).[3]

Christus non est solum maximus prophetarum, qui doctrina sua complevit ea quae anteactis temporibus a Deo dicta et facta sunt. Ipse est aeternus Dei Filius, factus homo, ideoque eventus novissimus, quem omnes historiae salutis eventus respiciunt et qui postrema Dei consilia complet ac manifestat. ((Quapropter Ipse ... revelationem compiendo perfecit ... ».[4]

Ministerium verbi in luce ponere debet hanc admirabilem notam, quam oeconomia revelationis propriam habet. Dei Filius Sese inserit in hominum historiam, hominis vitam et mortem assumit, in hac historia suum foederis consilium adimplet.

Haud secus ac Luca Evangelista, ministerium verbi primum credentibus eventum Iesu commemorare debet, eius significationem manifestando, magis magisque hoc factum unicum atque irreversibile exquirendo : ((Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quae in nobis completae sunt, rerum ... visum est et mihi, assecuto omnia a principio diligenter, ex ordine tibi scribere ».[5]

Itaque ministerium verbi innitatur oportet in commentario divinitus inspirato, quod de Incarnatione Rédemptrice nobis praebuerunt Iesus ipse, primi discipuli ac potissimum apostoli, qui testes factorum fuerunt. « Neminem fugit inter omnes, ... Evangelia merito excellere, quippe quae praecipuum testimonium sint de Verbi Incarnati, Salvatoris Nostri, vita atque doctrina ».[6]

Praeterea recolendum est Iesum Messiam ac Dominum, per Spiritum suum semper Ecclesiae suae praesentem adesse.[7] Ministerium verbi proinde praebet Christum non solum ut obiectum sed etiam ut Illum qui corda audientium ad divinum praeconium accipiendum et intelligendum aperit.[8]

[3] **Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum, 2.***

[4] **Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* 4; cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 9.**

[5] ***Lc.* 1, 1-3.**

[6] **Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* 18.**

[7] **Cfr. *Io.* 14, 26; 15, 26; 16, 13; *Ap.* 2,** 7.

[8] **Cfr. *Acta* 16, 14.**

Ministerium verdi seu praedicatio verdi Dei: actus vivae traditionis

13. ((Quod vero ab apostolis traditum est, ea omnia complectitur quae ad populi Dei vitam sancte ducendam fidemque augendam conferunt, sicque Ecclesia, in sua doctrina, vita et cultu, perpetuat cunctisque generationibus transmittit omne quod ipsa est, omne quod credit ».[9]

Haec traditio alligatur dictis, at latius patet et profundior est quam haec dicta. Ipsa est traditio viva, quia per eam Deus colloquium suum pergit. « Sicque Deus, qui olim locutus est, sine intermissione cum dilecti Filii sui Sponsa colloquitur, et Spiritus Sanctus, per quem viva vox Evangelii in Ecclesia et per ipsam in mundo resonat ...)).[10]

Quare ministerium verbi censeri potest veluti id quod vocem praestat huic vivae traditioni, in ambitu totius traditionis. « Haec quae est ab Apostolis Traditio sub assistentia Spiritus Sancti in Ecclesia proficit : crescit enim tam rerum quam verborum traditorum perceptio, tum ex contemplatione et studio credentium, qui ea conferunt in corde suo, tum ex intima spiritualium rerum quam experiuntur intelligentia, tum ex praeconio eorum qui cum episcopatus successione charisma veritatis certum acceperunt *v.*[11]

Ex una parte divina revelatio obiectum fidei catholicae constituens, quae peracta est tempore Apostolorum, aperte distinguenda est a gratia Spiritus Sancti sine cuius inspiratione et illuminatione nemo credere potest. Ex altera parte Deus, qui olim per facta divina una cum nuntio prophetarum, Christi et Apostolorum, Sese revelando humano generi locutus est, nunc adhuc per Spiritum Sanctum in Sacra Traditione lumine sensuque fidei Ecclesiam Sponsam suam secrete dirigit et cum ea colloquitur, ut populus Dei sub ductu Magisterii pleniorem revelationis intelligentiam consequatur.

Ecclesiae Pastores depositum fidei ipsis commissum non solum proclamant directeque populo Dei explicant, sed insuper expressiones eius et explicationes quas christifideles quaerunt et offerunt authentice diiudicant ita ut « in tradita fide tenenda, exercenda profitendaque singularis fiat Antistitum et fidelium conspiratio».[12]

Exinde sequitur necessarium esse ut ministerium verbi divinam revelationem referat, qualis a Magisterio docetur, necnon qualis sub Magisterii vigilantia in viva populi Dei conscientia fideque sese exprimit.

[9] **Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum*, 8.**
[10] **Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum*, 8.**
[11] **Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum*, 8.**
[12] **Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum*, 10.**

Hoc modo ministerium verbi non est mera repetitio doctrinae antiquae, sed reproductio fidelis eius cum novis problematibus adaptatione et cum crescenti eius intelligentia.

Scriptura Sacra

14. Divina revelatio sub speciali Spiritus Sancti inspiratione, scriptis quoque expressa est, hoc est libris sacris Antiqui et Novi Testamenti, qui continent et exhibent veritatem divinitus revelatam.[13]

Ecclesia Sacrarum Scripturarum custos et interpres, ab eis docetur, assidue meditando et magis magisque penetrando earum doctrinam. Perstans fidele in traditione, ministerium verbi in Sacra Scriptura nutrimentum et regulam invenit.[14] Nam in Libris sacris Pater, qui est in caelis, filiis suis peramanter occurrit et cum eis sermonem confert.[15]

At si a Sacra Scriptura cogitandi normam sumit, Ecclesia Spiritu animata ipsam interpretatur : « ipsaeque Sacrae Litterae in ea penitus intelliguntur et indesinenter actuosae redduntur ».[16]

Ministerium verbi, igitur, exordium sumit a Sacris Litteris et a praedicatione Apostolorum, quatenus ista ab Ecclesia intelliguntur, explicantur atque concretis adiunctis applicantur.

Fides: responsio ad Dei verbum

15. Fide homo revelationem accipit et per eam conscio modo Dei doni particeps fit.

Deo revelanti praestanda est oboedientia fidei, qua pleno intellectus et voluntatis obsequio homo libere assentit evangelio gratiae Dei.[17] Fide instructus, homo per Spiritus donum pervenit ad contemplandum et gustandum Deum dilectionis, qui notas fecit divitias gloriae suae in Christo ;[18] immo fides viva est in nobis inchoatio vitae aeternae, in qua profunda Dei[19] tandem aliquando sine velo cognoscentur. Fides, de consilio salutari Dei edocta, hominem perducit ad plenam discernendam voluntatem divinam erga nos in hoc mundo et ad cooperandum Eius gratiae. « Fides enim omnia novo lumine illustrat et divinum propo-

[13] **Cfr. Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* 11.**

[14] **Cfr. Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* 21, 24, 25.**

[15] **Cfr. Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* 21.**

[16] **Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* 8.**

[17] **Cfr. *Acta,* 20, 24.**

[18] **Cfr. *Col.* 1, 26.**

[19] **Cfr. *1 Cor.* 2, 10.**

situm de integra hominis vocatione manifestat, ideoque ad solutiones plene humanas mentem dirigit)).[20]

Munus ministerii verti

16. Ut rem totam paucis verbis complectamur, minister verbi probe conscius esse debet muneris sibi commissi, quod eo spectat, ut vividam fidem excitet, quae mentem ad Deum convertat, ad obtemperandum Eius actioni impellat, ad vivam cognitionem traditionis expressionum perducat, veram mundi et humanae existentiae significationem dicat ac manifestet.

Ministerium verbi est communicatio nuntii salutis : hominibus evangelium affert. Mysterium nuntiatum atque traditum penitus afficit eam vivendi voluntatem, illud intimum plenitudinis adipiscendae desiderium eamque futurae felicitatis exspectationem, quam Deus in cuiuslibet hominis corde inseruit et per suam gratiam ad supernaturalem ordinem evexit.

Veritates credendae secumferunt amorem Dei, qui omnia propter Christum creavit nosque in Christo Iesu resuscitavit. Varii mysterii aspectus ita exponendi sunt, ut factum centrale Iesus, quatenus est maximum donum Dei hominibus datum, primum obtineat locum, atque ab eo ceterae catholicae doctrinae veritates suum ordinem suamque hierarchiam paedagogice spectatam ducant.[21]

Caput II

CATECHESIS IN MISSIONE PASTORALI ECCLESIAE

(Natura, finis, efficacitas)

Ministerium verbi in Ecclesia

17. Ministerium verbi multiplices suscipit formas, inter quas catechesis connumeratur, secundum diversas eius exercitii condiciones et fines quos assequi contendit.

Habetur forma quae evangelizatio nuncupatur, seu praedicatio missionaria, quae finem habet fidem initialiter excitandi,[22] ita ut ab hominibus adhaesio verbo Dei habeatur.

[20] Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 11.

[21] Cfr. nn. 43 et 39.

[22] Cfr. Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* 11, 13; Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 6, 13, 14.

Sequitur forma catechetica, « quae eo tendit ut in hominibus fides, per doctrinam illustrata, viva fiat atque explicita et operosa ».[23]

Accedit forma liturgica, intra ambitum celebrationis liturgicae, praesertim eucharisticae (v.g. homilia).[24]

Est denique forma theologica, scilicet pertractatio systematica et investigatio scientifica veritatum fidei.

Ad nostrum propositum quod attinet, momentum habet distinctio harum formarum, quae propriis reguntur legibus. Eaedem tamen, in concreta ministerii pastoralis realitate, inter se arcte colligantur.

Proinde omnia, quae hucusque de ministerio verbi generali ratione spectato dicta sunt, ad catechesim quoque applicanda sunt.

Catechesis et evangelizatio

18. Catechesis per se supponit adhaesionem globalem evangelio Christi, ab Ecclesia proposito. Saepe tamen ad homines dirigitur, qui, etsi ad Ecclesiam pertineant, de facto numquam veram adhaesionem personalem revelationis nuntio praestiterunt.

Id ostendit evangelizationem praecedere vel comitari posse, iuxta rerum adiuncta, opus catecheseos proprie dictae. In quolibet casu autem prae oculis habendum est, conversionem elementum esse semper praesens in dynamismo fidei, ac propterea quamlibet catecheseos formam absolvere debere etiam partes, quae evangelizationem spectant.

Catecheseos formae

19. Pro variis rerum adiunctis et pro necessitatum multiplicitate activitas catechistica varias necessario suscipit formas.

In regionibus ab antiquo christianis catechesis saepe praesefert formam institutionis religiosae pueris et adulescentibus impertiendae in scholis vel extra scholarum ambitum. Ibi etiam inveniuntur incepta varia pro catechesi adultorum et habentur quoque incepta catechumenalia pro iis qui se ad suscipiendum baptismum praeparant, vel pro iis, qui etsi baptizati, tamen debita initiatione christiana carent. Saepissime realis condicio, in qua ingens fidelium numerus versatur, necessario postulat quamdam baptizatorum evangelizationis formam, quae catechesim praecedit.

In ecclesiis nuper conditis peculiare momentum tribuitur operi evangelizationis stricto sensu acceptae et proinde habetur notissima

[23] **Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus*, 14.**

[24] **Cfr. Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, 33, 52; S. Congr. Rit., Instructio *Inter Oecumenici*, 54.**

forma catechumenatus pro iis qui fidei initiantur ut ad suscipiendum baptismum se praeparent.[25]

Paucis verbis, actio catechistica formas ac structuras suscipere potest valde varias : systematicas scilicet et occasionales, individuales et communitarias, organizatas et spontaneas, etc.

20. Pastores prae oculis semper habeant officium quo obstringuntur, ut christianae existentiae illuminatio per verbum Dei in omnibus vitae aetatibus atque historicis adiunctis in tuto ponatur atque promoveatur,[26] ita ut quicumque, sive singulus sive communitas, attingi possit in spirituali statu, in quo versatur.

Item meminerint catechesim adultorum, cum homines spectet adhaesionis plene responsabilis capaces, habendam esse formam praecipuam catecheseos, ad quam ceterae omnes, semper quidem necessariae, quodammodo ordinantur. Satagant etiam summa cura, normis Concilii Vaticani II obtemperantes, « ut institutio catechumenorum adultorum restituatur aut melius adaptetur ».[27]

Catecheseos munera

21. Intra activitatis pastoralis ambitum, catechesis ea ecclesialis actionis forma dicenda est, quae sive communitates sive christifideles singulos ad maturitatem fidei perducit.

Ope catecheseos christianorum communitates altiorem sibi comparant vivam cognitionem Dei eiusque consilii salvifici, quod in Christo, Verbo Dei Incarnato, centrum habet, seseque aedificant contendendo ut suam fidem efficiant maturam et illuminatam, atque huius maturae fidei participes reddant homines, qui eam assequi cupiunt.

Pro quolibet homine, cuius animus ad evangelii nuntium pateat, catechesis est medium peculiariter aptum ad intelligendum in propria vita consilium Dei et ad exquirendam supremam significationem existentiae atque historiae, ita ut vita singulorum hominum atque societatis luce Regni Dei illuminetur eiusque exigentiis obtemperet, cognosci possit mysterium Ecclesiae, utpote communitatis eorum qui in evangelium credunt.

Haec omnia munera propria catecheseos determinant.

[25] **Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 4.**

[26] **Cfr. Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* 14.**

[27] **Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* 14; cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 14.**

Catechesis et gratia fidei

22. Fides est Dei donum, quod provocat hominis conversionem. ((Quae fides ut praebeatur, opus est praeveniente et adiuvante gratia Dei et internis Spiritus Sancti auxiliis, qui cor moveat et in Deum convertat, mentis oculos aperiat, et det omnibus suavitatem in consentendo et credendo veritati ».[28]

Communitas christiana in fide matura vivit Dei verbum religiose audiens, ad conversionem et renovationem iugi studio nititur, diligenter auscultât quid Spiritus dicat Ecclesiae.

Catechesis munere fungitur (per verbum, quod simul testimonium vitae et praecationem coniuncta habeat) disponendi homines ad excipiendam actionem Spiritus Sancti et ad se ultro convertendum.

Catechesis et munerum fidei perfunctio

23. Homo in fide maturus plene invitationi adhaeret, quae in nuntio evangelico continetur, vi cuius ad communionem cum Deo et cum fratribus habendam impellitur ; idem in suam vitam etiam traducit officia cum hac invitatione connexa.[29]

Catechesis muneribus fungitur homines adiuvandi ad hanc communionem cum Deo reapse efficiendam, proponendi christianum nuntium ut appareat per eum in tuto poni supremum vitae humanae valorem, quae omnia postulant ut catechesis prae oculis habeat legitimas animorum adspirationes, progressus et bonos exitus valorum qui in iisdem continentur.

Communio cum Deo Eique adhaesio secumferunt tamquam effectum necessarium perfunctionem humanorum munerum et officium solidaritatis, cum haec omnia Dei Salvatoris voluntati respondeant.[30]

Quare catechesis fovere atque illuminare debet incrementum caritatis theologalis tum in singulis fidelibus tum in communitatibus ecclesialibus, necnon eiusdem virtutis manifestationes, quod attinet ad munera quae singulos et communitatem spectant.

Catechesis et cognitio fidei

24. Homo in fide maturus cognoscit mysterium salutis in Christo revelatum et signa operaque divina, quae hoc mysterium perfici in humana historia testantur. Quare satis non est, ut catechesis tantum-

[28] Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* 5.
[29] Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 12.
[30] Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 4.

modo excitet experientiam quamdam religiosam, etsi veram; eadem vero conducere debet ad percipiendam paulatim totam consilii divini veritatem, instruendo christifideles ad lectionem Sacrarum Scripturarum et ad cognitionem Traditionis.

Catechesis et vita orationis liturgicae ac privatae

25. « Omnis liturgica celebratio, utpote opus Christi sacerdotis eiusque Corporis, quod est Ecclesia, est actio sacra praecellenter, cuius efficacitatem eodem titulo eodemque gradu nulla alia actio Ecclesiae adaequat ».[31] Communitas autem christiana, quo magis matura fit in fide, in celebrationibus liturgicis, praesertim eucharisticis, vivit cultum in spiritu et veritate.[32]

Itaque catechesis adiuvare debet participationem actuosam, consciam, genuinam liturgiae Ecclesiae, non tantummodo significationem rituum illustrando, sed etiam fidelium animos educando ad orationem, ad gratiarum actionem, ad paenitentiam, ad preces cum fiducia fundendas, ad sensum communitarium, ad significationem symbolorum recte capiendam : quae omnia necessaria sunt, ut vera vita liturgica habeatur.

« Vita tamen spiritualis non unius sacrae Liturgiae participatione continetur. Christianus enim ad communiter orandum vocatus, nihilominus debet etiam intrare in cubiculum suum ut Patrem in abscondito oret,[33] immo, docente Apostolo,[34] sine intermissione orare)).[35]

Itaque catechesis educare quoque debet christifideles ad verbum Dei meditandum precesque privatas effundendas.

Catechesis et christiana illuminatio humanae existentiae

26. Homo in fide maturus agnoscere valet in variis adiunctis occursibusque cum proximo invitationem Dei, qui ad salutiferum Suum consilium adimplendum ipsum vocat.

Ad catechesim igitur spectat in lucem ponere hoc munus, fideles instruendo ad christianam interpretationem rerum humanarum, praesertim signorum temporum, ita quidem ut omnes « valeant res omnes integro christiano sensu probare atque interpretari)).[36]

[31] **Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, 7.**
[32] **Cfr. *Io.* 4, 23.**
[33] **Cfr. *Mt.* 6, 6.**
[34] **Cfr. *1 Th.* 5, 17.**
[35] **Const. de S. Liturgia *Sancrosanctum Concilium*, 12.**
[36] **Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, 62.**

Catechesis et unitas christianorum

27. Christifidelium communitates, pro adiunctis in quibus versantur, participare debent dialogum oecumenicum ceteraque incepta quae ad restaurandam christianorum unitatem spectant.[37]

Quare catechesis auxilium afferat oportet ad hanc causam,[38] integram Ecclesiae doctrinam lucide exponendo,[39] aptam cognitionem aliarum confessionum fovendo tum in iis quibus cum fide catholica conveniunt tum quoque in iis quibus ab ea differunt ; in quo negotio vitentur verba vel doctrinae exponendae modi qui ((fratres seiunctos vel alios quoscumque in errorem circa veram Ecclesiae doctrinam inducere))[40] possint ; ordo seu hierarchia veritatum doctrinae catholicae servetur.[41] Argumenta vero pro doctrina catholica cum caritate simul ac debita firmitate proponantur.

Catechesis et missio Ecclesiae in mundo

28. Ecclesia est in Christo veluti sacramentum seu signum et instrumentum salutis totiusque humani generis unitatis.[42] Ut talis autem eo magis innotescit quo singulae fidelium communitates maturiores in fide fiunt.

Catechesis iuvare debet has communitates ad propagandam Evangelii lucem et ad dialogum frugiferum instituendum cum hominibus et culturis non christianis, servata libertate religiosa recto modo intellecta.[43]

Catechesis et spes eschatologica

29. Homo maturus in fide dirigit cogitationes et desideria sua ad plenam in vita aeterna Regni consummationem.

Catechesis ideo munere fungitur dirigendi hominum spem imprimis ad futura bona quae in caelesti Ierusalem habentur, eos simul

[37] Cfr. Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio,* 5.

[38] Cfr. Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio,* 6.

[39] Cfr. Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio,* 11.

[40] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 67.

[41] Cfr. Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio,* 11; Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 15; *Ad totam Ecclesiam,* diei 14 maii 1967, *A.A.S.* 59 (1967), pp. 574-592.

[42] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 1.

[43] Cfr. Decl. de libertate religiosa *Dignitatis humanae;* Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 22.

invitans, ut sociam praestare velint operam suorum proximorum et humani generis inceptis ad societatem humanam meliorem efficiendam.[44]

Catechesis et progressus vitae fidei

30. Apud fideles unica fides plus minusve intensa invenitur secundum gratiam unicuique a Spiritu Sancto datam constanterque oratione impetrandam[45] et secundum responsum quod huic gratiae unusquisque praebet. Insuper, vita fidei condiciones induit varias prout hominis existentia evolvitur, dum ipse ad maturitatem pervenit et suae vitae munera suscipit. Proinde vita fidei varios gradus admittit tum in globali acceptatione totius verbi Dei, tum in eius explicatione et applicatione ad diversa vitae humanae munera, iuxta maturitatem unicuique propriam et diversitates singulorum hominum.[46] Scilicet huiusmodi acceptatio necnon explicatio et applicatio ad vitam hominis diversa sunt, prout agitur de parvulis, de pueris, de adulescentibus, de iuvenibus vel de adultis. Catechesis munus habet adiuvandi ortum et progressum huius vitae fidei per totum hominis exsistentiae decursum usque ad plenam revelatae veritatis explicationem eiusque ad vitam hominis applicationem.

libertas actus catechistici

31. Catechesis ad communitatem spectat, quin singulos fideles neglegat. Colligatur cum ceteris muneribus pastoralibus Ecclesiae, suam tamen specificam indolem non amittit. Eodem tempore munera absolvit initiationis, educationis et institutionis.

Magnopere interest catechesim hanc variorum aspectuum ubertatem servare ita quidem ut unus aspectus a ceteris non separetur, cum aliorum detrimento.

Efficacitas verbi Dei in catechesi

32. Etiam ad catechesim pertinet illa Sacrarum Scripturarum sententia : ((Vivus est enim sermo Dei et efficax ».[47]

Verbum divinum fit praesens in catechesi per verbum humanum. Ut autem fructum ferat in homine atque interiores motus gignat qui indifferentiam aut incertitudinem expellant et eum ad fidem amplectendam inducant, catechesis debet fideliter exprimere et apta ratione

[44] **Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Oaudium et spes,* 39, 40-43.**

[45] **Cfr. *Me.* 9, 23.**

[46] **Cfr. n. 38.**

[47] ***Hb.* 4, 12.**

praebere verbum Dei. Praeterea ad efficaciam catecheseos maxime confert testimonium vitae et catechistae et communitatis ecclesialis.[48]

Catechesis, igitur, transferre debet verbum Dei, prout ab Ecclesia proponitur, in loquendi modo hominum ad quos dirigitur.[49] Deus, cum Se humano generi revelavit, verbum suum humano verbo consignavit, illud exprimens sermone qui ad peculiarem culturam pertinebat.[50] Ecclesia, cui Christus revelationis depositum concredidit, usque ad consummationem saeculorum conatur illud modo vivo ad populos cuiusvis culturae et ad homines cuiusvis condicionis transmittere eisque explicare ac interpretari.

Paedagogia Dei in revelando et Ecclesiae in catechizando

33. Deus in historia revelationis ea ratione paedagogia usus est, ut suum consilium salutis in antiquo Foedere prophetice ac mediantibus figuris nuntiaret et ita adventum praepararet Filii sui, auctoris novi Foederis atque consummatoris fidei.[51]

Nunc vero, post revelationis consummationem, Ecclesia integrum mysterium salutis nostrae in Christo cum catechizandis communicare debet. Memor autem paedagogiae a Deo adhibitae, ipsa quoque paedagogia utitur, nova tamen quae novis sui nuntii requisitis respondeat. Curat nempe ut, hoc nuntio sine adulteratione aut mutilatione proposito, ipsum accommodet catechizandorum ingenio.

Ex una parte igitur ut exiguo quorumdam ingenio pareat, simplicius breviusque res exponit, adhibitis etiam summariis formulis aptis quae postea magis explicentur. Ex altera parte vero vividiorum aut valentiorüm ingeniorum exigentiis satisfacere satagit profundioribus adhibitis explicationibus.

Fidelitas Deo servanda et ratio habenda hominis

34. Ecclesia huiusmodi munus praecipue absolvit ope catecheseos.[52] Veritatem hauriens e verbo Dei et fideliter inhaerens securae expressioni huius verbi, catechesis contendit plena fidelitate hoc Dei verbum docere; attamen eius munus restringi nequit ad traditas formulas repetendas, sed postulat ut eaedem formulae intellegantur et, ubi res

[48] **Cfr. n. 35.**

[49] **Cfr. Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* 13; Decr. de institutione sacerdotali *Optatam totius,* 16.**

[50] **Cfr. Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* 12.**

[51] **Cfr. *Hb.* 12, 2.**

[52] **Cfr. Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* 24.**

ferat, etiam novis modis, fideliter exprimantur sermone audientium captui accommodato. Hic autem sermo diversus erit pro diversis aetatibus, socialibus hominum condicionibus, humanis culturis atque civilitatis formis.[53]

Testimonii ecclesialis necessitas

35. Catechesis denique sive a catechistis sive a tota communitate ecclesiali postulat testimonium fidei, quod coniunctum habeat authenticum christianae vitae exemplum, et ad sacrificium aptitudinem.[54]

Occursus enim hominis cum Christo non solum per sacrum ministerium evenit, sed etiam per singulos fideles eorumque communitates,[55] quibus proinde ofiicium incumbit testimonium exhibendi. Si testimonium huiusmodi deest, impedimentum acceptationi verbi Dei in auditoribus gignitur.

Catechesis fulciri debet testimonio communitatis ecclesialis. Nam catechesis efficacius loquitur de iis quae revera existunt in vita etiam externa communitatis. Catechista est quodammodo interpres Ecclesiae apud eos qui catechizandi sunt. Ipse legit et legere docet signa fidei, quorum praecipuum est ipsa Ecclesia.[56]

Hinc patet quam necessarium sit ut, ad mentem Ecclesiae et ducentibus Pastoribus eius, communitas ecclesialis removeat aut corrigat quae deturpent vultum Ecclesiae et impedimentum hominibus constituant ad fidem amplectendam.[57]

Catechistae itaque ofiicium habent non solummodo directe impertiendi catechesim, sed etiam auxilium suum praestandi ad communitatem ecclesialem animandam, ita ut ipsa testimonium genuine christianum praebere valeat.

Actio catechistica, igitur, inseritur in illam generalem actionem pastoralem, in qua apto ordine disponuntur et inter se colligantur omnia elementa vitae ecclesialis.[58]

[53] Cfr. Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum, 8;* Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* 14.

[54] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium, 12,* 17; Decl. *Nostra aetate,* 2.

[55] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 35.

[56] Cfr. Conc. Vat. I, Const. *Dei Filius,* Dz. - Sch. 3014.

[57] Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 19.

[58] Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 4, 7, 43.

PARS III

DE NUNTIO CHRISTIANO

Significatio ac finis huius partis

36. Fides, cuius maturano per catechesim promovenda est,[1] duplici modo considerari potest : vel tamquam plena hominis adhaesio Deo Sese revelanti sub influxu gratiae praestita *(fides qua),* vel tamquam materia revelationis et nuntii christiani *(fides quae).* Hi duo aspectus nequeunt separari natura sua et normalis maturatio fidei eorum cohaerentem progressionem supponit, tamen inter se distingui possunt ob rationes methodologicas.

In hac tertia parte sermo est de materia fidei, et quidem hoc modo : in priore capite indicantur normae seu criteria quae catechesis servare debet in invenienda et exponenda propria materia. In altero autem capite sermo erit de materia in se ipsa. Quod tamen minime ad hoc tendit ut singulas quasque christianas veritates exponat, quae fidei ac catecheseos obiectum constituunt; neque enumerationem quandam proponere cupit praecipuorum huius nostrae aetatis errorum aut illarum fidei veritatum quae hodie acrius negantur vel negliguntur. Ad hanc enim rem ordinarium et extraordinarium Ecclesiae Magisterium cum auctoritate providet suis publicis communicationibus.

Eoque minus in hoc capite ostendere praesumitur aptam viam ad componendas fidei veritates secundum organicam rationem in quadam synthesi quae aeque pendat obiectivam earundem hierarchiam vel quod summopere huius aetatis homines vehementius postulant; qui homines sive in eo quod ipsorum aetatem attinet, sive in eo quod institutionem socialem et culturalem respicit perspiciuntur. Hoc ad scientiam theologicam et ad varia christianae doctrinae expositionis genera pertinet.

In hoc altero capite e contra exponere opportunum visum est — illis globalibus formulationibus adhibitis quae ulteriores explanationes includant — quaedam praestantiora quae in nuntio salvifico continentur, organice sane inter se connexa, in iis potissimum peculiaribus lineamentis quae clarius manifestanda sunt in nova accommodata catechesi, fideliter suum finem per sequente.

[1] **Cfr. n. 21.**

Caput I

NORMAE SEU CRITERIA

Catecheseos materia relate ad varias vitae ecclesialis formas, relate ad dissimiles culturas atque dissonas hominum elocutiones

37. Revelatio est mysterii Dei eiusque salvificae actionis in historia manifestatio, quae per communicationem personalem ex parte Dei homini fit, et huius communicationis materia salutis nuntium omnibus hominibus praedicandum constituit.

Summum itaque et omnino necessarium prophetici Ecclesiae ministerii munus est huius nuntii materiam intelligibilem reddere hominibus omnium temporum, ut ad Deum per Christum convertantur, totam ipsorum vitam lumine fidei interpretentur, considerata peculiari rerum temporumque condicione in qua eadem vita evolvitur, et vivere valeant congruenter illi dignitati, quam nuntius salutis eis attulit atque fides eisdem revelavit.

Ad hunc finem assequendum catechesis, velut tempus sane praestantissimum prophetici Ecclesiae ministerii, non solum magnam assiduamque coniunctionem colere debet cum variis vitae rationibus ecclesialis communitatis, sed fovere quoque studet arctiorem appropinquationem inter possibiles formulationes divini nuntii et varias culturas et diversas gentium locutiones.

Meta catecheseos est ut tota materia proponatur

38. Materia nuntii salutis constat ex partibus quae inter se arcte cohaerent, etsi eius revelatio gradatim a Deo data est, olim per prophetas, novissime in Filio.[2] Cum finis catecheseos, ut dictum est, in eo sit ut tum singulos christifideles tum quoque communitates ad maturam fidem perducat, ipsa diligenter curare debet ut integrum thesaurum nuntii christiani fideliter proponat. Quod sane fieri debet iuxta exemplum paedagogiae divinae,[3] sed ratione habita plenitudinis revelationis divinitus communicatae, ut populus Dei ea nutriatur et ex ea vivat.

Catechesis igitur initium capit a simpliciore propositione structurae integrae christiani nuntii (formulis etiam summariis seu globalibus adhibitis), eamque proponit modo congruo cum variis condicionibus culturalibus et spiritualibus catechizandorum. Minime tamen ipsa haerere

[2] **Cfr. *Hb.* 1, 1.**
[3] **Cfr. n. 33.**

potest in hac propositione initiali, sed id quoque cordi habeat oportet ut materiam modo semper fusiore atque explicitiore proponat, ita ut singuli fideles et christiana communitas ad profundiorem semper atque vitalem christiani nuntii agnitionem perveniant atque concretas vitae humanae condiciones aut praxes sub lumine revelationis diiudicent.

Hoc non facile catecheseos ofiicium fiat necesse est sub ductu Ecclesiae magisterii, cuius est in tuto semper collocare nuntii divini veritatem praetereaque invigilare ut ministerium verbi debitis rationibus dicendi utatur prudenterque rationem habeat auxilii, quod inquisitio theologica et humanae scientiae afferre possunt.

Materia catecheseos corpus quoddam organicum ac vitale constituit

39. Obiectum fidei complectitur materiam sua natura complexam, scilicet : Deum in suo mysterio Eiusque salvificum interventum in historia; quae omnia nota sunt per ea quae ipse Deus de se suisque operibus revelavit. Momentum centrale sive in salvifico Dei interventu sive in Eiusdem hominibus manifestatione Christus obtinet. Propterea obiectum catecheseos sunt mysterium et opera Dei, scilicet opera quae Deus fecit, facit et facturus est propter nos homines et propter nostram salutem. Haec omnia apte atque arcte inter se cohaerent et oeconomiam salutis constituunt.

Catechesis quae talem materiae connexionem atque harmoniam neglegat, impar omnino evadere potest ad finem suum consequendum.

Christocentrismus catecheseos

40. Christus Iesus, Dei Verbum Incarnatum, cum suprema sit ratio qua Deus in mundo intervenit et Sese hominibus manifestat, est centrum nuntii evangelici in historiae salutis ambitu.

Ipse est «imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturae : quoniam in Ipso condita sunt universa)).[4] Ipse enim re et veritate unus potens mediator extat per quem Deus ad hominem accedit et homo ad Deum perducitur.[5] In Ipso Ecclesia suum fundamentum habet. In Ipso omnia instaurantur.[6] Res creatae itaque, hominum conscientia, genuini valores qui in ceteris religionibus inveniuntur, diversa temporum signa censenda viae et gradus sunt — etsi non univoce — quibus, sub gratiae

[4] ***Col.* 1, 15.**

[5] **Cfr. *1 Tim.* 2, 5.**

[6] **Cfr. *Eph. 1,* 10.**

influxu nec sine ordinatione ad Christi Ecclesiam, ad Deum accedi potest.[7]

Quare catechesis christocentrica necessario esse debet.

Theocentrismus trinitarius catecheseos

41. Sicut Christus est centrum historiae salutis, ita mysterium Dei est centrum a quo haec historia originem ducit et in quod velut in finem ultimum ordinatur. Christus crucifixus et resuscitatus ducit homines ad Patrem mittendo Spiritum Sanctum in populum Dei. Quare structura totius materiae catecheseos theocentrico-trinitaria esse debet : per Christum, ad Patrem, in Spiritu.

Per Christum: Tota oeconomia salutis suum sensum accipit a Verbo Incarnato, cuius adventum praeparavit, cuius regnum in terris, post Eius mortem et resurrectionem, exhibet atque extendit usque ad secundum gloriosum Eius adventum, qui opus Dei consummabit. Sic fit ut mysterium Christi universam catecheseos materiam illuminet. Diversa elementa — biblica, evangelica, ecclesialia, humana immo et cosmica — quae institutio catechetica assumere et explicare debet, ad Filium Dei Incarnatum referenda sunt.

Ad Patrem: Finis supremus Incarnationis Verbi et totius oeconomiae salutis in eo est, ut omnes homines ad Patrem perducantur. Quare catechesis, cum auxilium ferre debeat ad magis magisque intelligendum hoc consilium amoris Patris Caelestis, eo spectare debet, ut ostendat supremum vitae humanae sensum hunc esse : Deum agnoscere, glorificare, ipsius voluntatem faciendo, sicut Christus nos docuit verbis et exemplo vitae suae, et ita ad vitam aeternam pervenire.

In Spiritu: Cognitio mysterii Christi et iter ad Patrem fiunt in Spiritu Sancto. Catechesis igitur in exponenda materia nuntii christiani semper in lucem ponere debet hanc Spiritus Sancti praesentiam, qua homines iugiter permoventur ad communionem cum Deo et hominibus habendam et ad sua munera explenda.

Si catechesis caret tribus hisce elementis aut negligit arctam eorum coniunctionem, profecto nuntius christianus propriam suam indolem amittere potest.

Propter nos homines et propter nostram salutem

42. Finis theocentrico-trinitarius oeconomiae salutis separari nequit a suo obiecto, quod in eo est, ut homines, a peccato eiusque consectariis

[7] **Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 16.**

liberati, quantum fieri potest Christo configurentur.[8] Sicut Incarnatio Verbi, ita omnis veritas revelata est propter nos homines et propter nostram salutem. Diversarum christianarum veritatum prospectus in relatione cum ultimo hominis fine est una ex condicionibus ad earum fructuosissimam intellegentiam.[9]

Catechesis igitur clare ostendere debet arctissimam connexionem mysterii Dei et Christi cum existentia et fine ultimo hominis. Hac procedendi ratione minime contemnuntur fines terreni, ad quos privato aut communi conatu consequendos homines divinitus vocantur ; sed aperte docetur finem hominis ultimum non contineri his temporalibus finibus, quin potius eos superare supra omnem expectationem, modo quem solus amor Dei erga homines excogitare potuit.

Hierarchia veritatum in catechesi servanda

43. In salutis nuntio adest quaedam hierarchia veritatum,[10] quam Ecclesia semper agnovit, cum symbola vel compendia veritatum fidei confecit. Quae hierarchia non significat quasdam veritates minus quam alias ad ipsam fidem pertinere, sed quasdam veritates aliis tamquam principalioribus inniti et ab iis illuminari.

Catechesis in omnibus suis gradibus rationem habeat huius hierarchiae veritatum fidei.

Hae veritates colligi possunt secundum quattuor capita fundamentalia : mysterium Dei, Patris Filii et Spiritus Sancti, omnium creatoris; mysterium Christi, Verbi Incarnati, qui ex Maria Virgine natus, pro nostra salute passus et mortuus est atque resurrexit ; mysterium Spiritus Sancti, praesentis in Ecclesia eamque sanctificantis et dirigentis usque ad gloriosum adventum Christi, Salvatoris et Iudicis nostri ; mysterium Ecclesiae, quae Christi Corpus mysticum est, in qua Virgo Maria praestantissimum locum obtinet.

Mysterii salutis indoles historica

44. Salutis oeconomia perficitur in tempore : nam in tempore praeterito incepit, profecit ac in Christo apicem attigit, in tempore praesenti suam vim explicat, et consummationem in futurum expectat. Proinde praeteriti memoria, praesentis conscientia et futurae vitae spes in expositione materiae catecheseos omnino appareant oportet.

Quapropter catechesis recolit eventum supremum totius historiae

[8] **Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 39.**
[9] **Cfr. Conc. Vat. I, Const. *Dei Filius,* Dz.-Sch., 3016.**
[10] **Cfr. Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio,* 11.**

salutis, cum quo christifideles fide coniunguntur, scilicet Incarnationem, Passionem, Mortem et Resurrectionem Christi.

Praeterea catechesis christifideles aptos reddit ad cognoscendum quomodo mysterium Christi salvificum per Spiritum Sanctum et Ecclesiae ministerium hodie et in saecula operetur atque eos ducit ad agnoscenda eorum officia erga Deum, erga seipsos et erga proximum.

Catechesis denique corda rite disponit ad spem vitae futurae, quae est totius salutis historiae consummatio, in quam christifideles cum filiali fiducia, non tamen sine sancto iudicii divini timore, tendere debent. Per quam spem christifidelium communitas intima exspectatione eschatologica perfunditur, quae eidem facultatem praebet ut de humanis terrestribusque bonis recte sentiat, eadem ad suam proportionem revocando, quin tamen ea ut irrita despiciat.

Hi tres praecipui prospectus assidue efficienterque in catecheseos materiae expositione intuendi sunt.

Catecheseos fontes

45. Catecheseos materia invenitur in verbo Dei scripto vel tradito; profundius intelligitur et explicatur a populo credente sub ductu Magisterii, quod solum authentice docet; celebratur in Liturgia; elucescit in vita Ecclesiae, praesertim in iustis et Sanctis; necnon aliquo modo innotescit ex ipsis genuinis valoribus moralibus, qui Deo providente existunt in hominum societate.

Haec omnia sunt catecheseos fontes, sive principales, sive subsidiariae. Quae igitur minime sensu univoco accipienda sunt. In horum usu catechista imprimis et semper respicere debet indubiam revelationis scriptae vel traditae praestantiam necnon Ecclesiae magisterii auctoritatem in rebus cum fide connexis.

Praeterea quod attinet ad quamlibet partem materiae fidei exponendam, catechista bene notare debet quomodo mysterium Christi sit centrum huius partis exponendae; quomodo Ecclesia hanc partem interpretetur atque definitam declaret, et quomodo eam celebret, ad effectum deducat ac participet in Liturgia et in praxi vitae christianae. Denique catechista bene perpendere debet quomodo, auxiliante Spiritu Sancto, consilium Dei in hodierna aetate adimpleri possit.

Principium generale methodologiae catechisticae

46. Normae supraindicatae, quae pertinent ad expositionem materiae catecheseos, applicari debent in variis catecheseos formis: sci-

licet in catechesi biblica et liturgica, in compendio doctrinali, in interpretatione condicionum existentiae humanae, etc.

Ex eis tamen deduci nequit ordo servandus in materia exponenda. Fas est exordium sumere a Deo ut perveniatur ad Christum et e converso ; item licet initium capere ab homine ut perveniatur ad Deum et e converso, etc. Methodus paedagogica seligenda est ratione habita circumstantiarum in quibus versantur communitas ecclesialis vel singuli fideles ad quos catechesis dirigitur. Hinc oritur necessitas sedula cum diligentia investigandi ac reperiendi vias et rationes, quae variis rerum condicionibus aptius respondere possint.

Conferentiarum Episcopalium munus est in hac re normas pressius impertire ipsasque applicare ope directoriorum catechisticorum, catechismorum pro diversa aetate et condicione culturali, necnon ceterorum subsidiorum quae ad rem opportuna videantur.[11]

Caput II

NUNTII CHRISTIANI PRAESTANTIORA ELEMENTA

Mysterium unius Dei: Patris, Filii, Spiritus Sancti

47. Historia salutis idem est ac historia viae ac rationis qua Deus verus et unus : Pater, Filius, Spiritus Sanctus, Sese hominibus revelat eosque a peccato aversos sibi reconciliat et coniungit.

Vetus Testamentum, dum unitatem Dei in mundo polytheistico praeclare affirmat, iam quaedam mysterii Trinitarii praenuntia adumbrat, quae tamen plene explicantur in persona, in operibus et in verbis Iesu Christi. Qui quidem, dum se Filium Dei revelat, simul etiam Patrem et Spiritum Sanctum revelat. Intima Dei veri cognitio totum afficit animum divini Magistri, qui eam cum suis asseclis communicat, ipsos vocans ut filii Dei fiant per donum sui Spiritus filialis, quod iisdem dilargitur.[12]

In catechesi igitur occursus cum Deo Uno et Trino, primo et principaliter contingit cum Pater, Filius, Spiritus agnoscuntur tamquam auctores illius salutis consilii, quod suum culmen habet in morte et resurrectione Iesu.[13] Hoc modo, revelationi mysterii, ab Ecclesia transmissae, respondet augescens conscientia fidelium, qui in fide intelligunt suam vitam inde a baptismo consistere in intimiore familiaritate conse-

[11] **Cfr. infra partem** VI.

[12] **Cfr. *Io.* 1, 12; *Rom. 8,* 15.**

[13] **Cfr. Irenaei, *Demonst, praedic. apost.,* n. 6,** S. **Chr., 62, p. 39 ss.**

quenda cum tribus Personis divinis, quatenus ad earumdem divinam naturam participandam vocati sunt. Deum christiani oculis fidei per donum Spiritus Sancti iam contemplan et filiali amore prosequi possunt SS.mam Personarum Trinitatem, qualem in intima Dei vita ex aeternitate est.

Genuinus Dei cultus in mundo saecularizato

48. ((Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi »[14] est « Deus vivens » :[15] est Deus sanctus, iustus, misericors, est Deus auctor foederis cum hominibus, Deus qui videt liberat salvat, Deus qui amat ut pater, ut sponsus. Catechesis laetanter hunc Deum annuntiat, qui omnis spei nostrae fons est.[16]

Catechesis autem ignorare nequit haud paucos homines nostrae aetatis vehementer sentire longinquitatem, immo absentiam Dei. Hoc factum, quod pertinet ad eum saecularizationis processum, fidei sane periculum constituit, sed etiam nos impellit ut habeamus fidem magis puram atque magis humiles efficiamur coram Dei mysterio, ut oportet : ((Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel salvator ».[17] Sub hac luce fas est etiam facilius intellegere veram naturam cultus, quem Deus requirit et qui eum glorificat : cultus scilicet qui coniunctum habet propositum adimplendi Eius voluntatem in quolibet activitatis campo, **et** fideliter multiplicandi in caritate talenta a Domino tradita.[18] In sacra Liturgia fideles afferunt fructus cuiusvis actus caritatis, iustitiae et pacis, ut Deo eos humiliter offerant, atque exinde verba vitae et gratias percipiunt, quibus indigent ut in saeculo veritatem in caritate facere valeant[19] in communione cum Christo, qui suum Corpus et Sanguinem pro hominibus offert.

Cognitio Dei et caritatis testimonium

49. Id quo christifideles maxime adiuvare valent mundum atheum ut ad Deum accedat est testimonium eorum vitae conformis nuntio caritatis Christi atque fidei vivae et maturae, quae iustitiae et caritatis operibus manifestetur.[20]

[14] *Eph.* 1, 3.
[15] *Mt.* .16, 16.
[16] Cfr. *1 Petr.* 1, 3-4.
[17] *Is.* 45, 15.
[18] Cfr. *Mt.* 25, 14 ss.
[19] Cfr. *Eph.* 4, .15.
[20] Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 21.

Ne tamen negligatur usus rectus humanae rationis, quae, ut Ecclesia tenet ac docet,[21] Deum rerum omnium principium et finem e rebus creatis cognoscere potest. Quae Dei agnitio nedum humanae dignitati officiât, eam potius fundat et firmat.

Etsi finis Ecclesiae sit hominum salus aeterna, nihilominus fides in Deum vivum secumfert urgens ofiicium auxilium praestandi etiam ad quaestiones humanas solvendas :[22] hoc in campo christifideles de valore nuntii Domini suis operibus testimonium reddant oportet.

Iesus Christus, Filius Dei, primogenitus omnis creaturae et Salvator

50. Supremum fastigium operum Dei est Incarnatio Filii sui Iesu Christi. Primogenitus omnis creaturae, Ipse est ante omnes et omnia in Ipso constant.[23] In Ipso, per Ipsum et ad Ipsum condita sunt universa.[24]

Factus oboediens usque ad mortem, superexaltatus est ut Dominus omnium, manifestatus est nobis ex resurrectione Filius Dei in virtute.[25] Primogenitus ex mortuis, omnes vivificat :[26] in Ipso creati sumus homines novi ;[27] per Ipsum universa creatura liberabitur a servitute corruptionis.[28] « Non est in alio aliquo salus ».[29]

Creatio, initium oeconomiae salutis

51. Universus mundus ex nihilo creatus, est mundus in quo reapse perficitur salus et redemptio per Iesum Christum.

Iam in Vetere Testamento, veritas actionis creatricis Dei non proponitur veluti principium philosophicum abstractum; sed intrat in animos Israelitarum, ope notionis unitatis Dei, tamquam nuntium potentiae et victoriae Jahwe, tamquam argumentum quo demonstratur Dominum semper cum suo populo permanere.[30] Omnipotentia Dei creatoris eximie etiam manifestatur in resurrectione Christi, in qua revelatur « supereminens magnitudo virtutis eius)).[31]

Quare veritas creationis non est simpliciter proponenda velut veritas

[21] **Cfr. Conc. Vat. i, Const. *Dei Filius,* Dz.-Sch. 3004-3005, 3026.**
[22] **Cfr. *1 Io.* 4, 20-21.**
[23] **Cfr. *Col.* 1, 15-17.**
*[4] **Cfr. *Col.* 1, 15 ss.**
[25] **Cfr. *Rom.* 1, 4.**
[26] **Cfr. *1 Cor.* 15, 22.**
[27] **Cfr. *Eph.* 2, 10.**
[28] **Cfr. *Rom.* 8, 19-21.**
[25] ***Acta* 4, 12.**
[30] **Cfr. *Is.* 40, 27-28 ; 51, 9-13**
[31] ***Eph.* 1, 19.**

per se stans a ceteris avulsa, sed tamquam aliquid quod de facto ordinatur ad salutem a Iesu Christo patratam. Creatio visibilium et invisibilium, mundi et angelorum, est exordium historiae salutis;[32] creatio hominis[33] habenda est primum donum et prima vocatio quae ad glorificationem in Christo perducit.[34] Dum explanationem doctrinae circa creationem audit, christianus, praeterquam consideret primum actum quo Deus « creavit caelum et terram »,[35] mentem etiam convertat oportet ad omnia incepta salvifica Dei. Haec semper praesentia sunt in historia hominis et mundi et elucescent praesertim in historia Israel et ad supremum eventum resurrectionis Christi ducunt, et denique tandem consummabuntur in fine mundi cum caeli novi et terrae novae erunt.[36]

Iesus Christus, centrum totius oeconomiae salutis

52. In Iesu Christo fidelis sese coniunctum agnoscit cum tota historia et in communione cum omnibus hominibus. Media in historia mundi perficitur historia salutis, qua Deus suum consilium adimplet, ut populus Dei seu « Christus totalis » in tempore perficiatur. Christianus homo, cum simplicitate et sinceritate, agnoscat se partem habere in huiusmodi opere, quod Iesu Salvatoris virtute eo spectat, ut creatio quam maxime Deum glorificet.[37]

Iesus Christus, ut verus homo et verus Deus, in unitate Personae divinae existens

53. Hoc magnum mysterium, nempe Christus Caput et Dominus rerum universarum, « manifestatum est in carne »[38] hominibus. Homo Christus Iesus, qui inter homines habitavit, suis manibus ut homo laborans, mente humana cogitans, humana voluntate agens, corde humano diligens, est vere Verbum et Filius Dei, qui per Incarnationem quodammodo cum singulis hominibus sese coniunxit.[39]

Catechesis praedicare debet Iesum in sua existentia concreta et in suo nuntio: scilicet hominibus ita aditum patefacere debet ad mirabilem

[32] Cfr. Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum*, 3.

[33] Cfr. Pii XII, Enc. *Humani generis*, *A.A.S.* 42 (1950), p. 575; Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, 12, 14.

[34] Cfr. *Rom.* 8, 29-30.

[35] *Gen.* 1, 1.

[36] Cfr. *2 Pet.* 3, 13.

[37] Cfr. *1 Cor.* 15, 28.

[38] *1 Tim.* 3, 16.

[39] Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, 22.

Eius humanitatis perfectionem, ut ipsi mysterium Eius divinitatis agnoscere possint. Revera, Christus Iesus, assidua ac singulari precandi consuetudine cum Patre coniunctus, in arcta semper communione cum hominibus vixit. Bonitate sua omnes complexus est, iustos et peccatores, pauperes et divites, cives et alienigenas; si quosdam prae ceteris dilexit, huiusmodi praedilectio aegrotos, pauperes, humiles spectavit. Erga personam humanam tali se gessit reverentia atque sollicitudine, qualem nemo umquam ante ipsum manifestavit.

Catechesis debet cotidie defendere et corroborare fidem in divinitatem Iesu Christi, ut Ipse non tantummodo excipiatur propter admirabilem suam vitam humanam, sed Eum homines ex eius verbis et signis agnoscant Filium Dei unigenitum,[40] « Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri ».[41] Recta interpretatio mysterii Incarnationis in traditione christiana progressa est : per assiduam intelligentiam fidei, Patres et concilia nisus suos direxerunt ad notiones pressius determinandas, ad indolem propriam mysterii Christi altius exponendam, ad arcanas exquirendas necessitudines, quae Ipsi cum Patre caelesti atque hominibus intercedunt. Accessit vitae christianae de hac veritate testimonium, quod Ecclesia, decursu saeculorum, exhibuit : communio Dei cum hominibus, quae in Christo obtinetur, fons exstitit gaudii et inexhaustae spei. In Christo adest omnis plenitudo divinitatis, per Ipsum amor Dei erga homines manifestatur.

S. Ignatius ad Ephesios scribebat : « Medicus unus est, et carnalis et spiritualis, genitus et ingenitus, in carne existens Deus, in morte vita vera, et ex Maria et ex Deo, primum impassibilis et tunc passibilis, Iesus Christus Dominus noster ».[42]

Iesus -Christus Salvator et Redemptor mundi

54. Mysterium Christi apparet in hominum et mundi historia, peccato subiecta, non tantum ut Incarnationis sed etiam ut Salutis et Redemptionis mysterium.

Deus ita homines peccatores dilexit, ut Filium suum daret mundum sibi reconcilians.[43] Iesus igitur, tamquam primogenitus in multis fratribus,[44] sanctus, innocens, immaculatus[45] libere et filiali amore Patri

[40] **Cfr. *Io.* 1, 18.**
[41] **Dz.-Sch. 150.**
[42] ***RJ,* 39.**
[43] **Cfr. *2 Cor.* 5, 19.**
[44] **Cfr. *Rom. 8,* 29.**
[45] **Cfr. *Hb.* 7, 26.**

suo oboediens,[46] pro fratribus suis peccatoribus et tamquam eorum Mediator mortem, quae eis stipendium peccati est, suscepit.[47] Hac sua sanctissima morte genus humanum a servitute peccati et diaboli redemit et in ipsum Spiritum adoptionis effudit, novam humanitatem in Seipso condens.

Sacramenta, actiones Christi in Ecclesia, quae est sacramentum primordiale

55. Mysterium Christi continuatur in Ecclesia, quae Eius praesentia iugiter gaudet atque Ipsi ministratur, in specie signis illis, a Christo institutis, quae donum gratiae significant et producunt ac sacramentorum nomine proprie designantur.[48]

Ipsa autem Ecclesia, cum non sit tantum populus Dei, sed etiam in Christo veluti « signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis)),[49] consideranda est quodammodo tanquam sacramentum primordiale.

Sacramenta sunt actiones praecipuae et fundamentales, quibus Iesus Christus iugiter dilargitur fidelibus suum Spiritum, eos efficiens populum sanctum, qui, in Ipso et cum Ipso, sese praebet oblationem Patri acceptam. Sacramenta profecto habenda sunt bona inaestimabilia Ecclesiae, ad quam potestas ea administrandi pertinet; eadem tamen semper referenda sunt Christo, a quo suam efficaciam accipiunt. Revera Christus est qui baptizat. Non est tam homo qui Eucharistiam celebrat, quam ipse Christus; Ipse enim ministerio sacerdotum in sacrificio Missae Sese offert.[50] Actio sacramentalis est, imprimis, actio Christi, cuius ministri Ecclesiae sunt veluti instrumenta.

Sacramenta iuxta eorum integram rationem

56. Catechesi curae erit septem sacramenta exhibere secundum eorum integram rationem.

Primo, exhibenda sunt tanquam fidei sacramenta. Ipsa certe efficacem Christi Salvatoris voluntatem ex sese exprimunt; homines vero, pro sua parte, sinceram voluntatem respondendi Dei amori et misericordiae manifestare debent. Quapropter catechesis consulere debet in

[46] **Cfr. *PMl.* 2, 8.**
[47] **Cfr. *Rom.* 6, 23; Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 18.**
[48] **Cfr. Conc. Tridentinum, *Decretum de sacramentis,* Dz. - Sch., 1601.**
[49] **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 1.**
[50] **Cfr. Conc. Trid., *Doctrina de sacrificio Missae,* Dz. - Sch., 1743.**

debitis dispositionibus procurandis, in sinceritate et generositate excitanda ad dignam sacramentorum receptionem.

Secundo, sacramenta exhibenda sunt, certe unumquodque secundum suam naturam et finem, non solum tamquam remedia peccato eiusque consectariis, sed praesertim tamquam fontes gratiae in singulis et in communitatibus, ita ut tota dispensatio gratiae in fidelium vita ad oeconomiam sacramentalem quodammodo pertineat.

Catechesis de sacramentis

57. Baptismus hominem a culpa originali et ab omnibus peccatis personalibus abstergit, eum in filium Dei régénérât, Ecclesiae incorporât atque Sancti Spiritus donis sanctificat, charactere indelebili in anima impresso eum initiali modo Christi muneris sacerdotalis, prophetici et regalis participem facit.[51]

Confirmatio christianum perfectius Ecclesiae vinculat ac speciali Spiritus Sancti robore ditat, ut tamquam testis Christi in mundo vivat.

Cum autem christianorum vita, quae militia est super terram, tentationibus et peccatis sit obnoxia, via paenitentiae sacramenti eis aperitur, ut veniam a Deo misericordi consequantur atque cum Ecclesia sese reconcilient.

Ordo quosdam de populo Dei peculiari modo Christo Mediatori configurat eis sacram potestatem conferens, ut Ecclesiam pascant, verbo Dei fideles nutriant eosque sanctificent, atque in primis sacrificium Missae Christi personam agentes offerant convivioque eucharistico praesint.

((Sacra Unctione infirmorum atque oratione presbyterorum Ecclesia tota aegrotantes Domino patienti et glorificato commendat, ut eos alleviet et salvet ».[52]

In catechesi de sacramentis magnum momentum tribuatur explicationi signorum. Catechesis per signa visibilia christifideles perducat ad scrutanda invisibilia Dei salutaria mysteria.

Eucharistia, centrum totius vitae sacramentalis

58. Indubius est primatus Eucharistiae supra omnia sacramenta, nec non eius supereminens efficacia in Ecclesia aedificanda.[53]

In Eucharistia enim, prolatis verbis consecrationis, realitas pro-

[81] **Cfr. *1 Petr. 2,* 9; Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 31.**

[52] **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 11; cfr. *la.* 5, 14-16.**

[53] **Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium, 11,* 17; Instr. *Eucharisticum mysterium,* nn. 5-15.**

funda (non phaenomenalis) panis et vini convertitur in corpus et sanguinem Christi ; quae mirabilis conversio in Ecclesia nomen suscepit « transubstantiationis ». Proinde sub apparentiis (seu phaenomenali realitate) panis et vini, ipsa humanitas Christi, non tantum per suam virtutem sed per seipsam (id est substantialiter), coniuncta cum Eius divina Persona, ratione prorsus mysteriosa latet.[54]

Hoc autem sacrificium non est tantum ritus commemorativus praeteriti sacrifici. In ipso enim Christus, decursu saeculorum, sacrificium Crucis ministerio sacerdotum incruento modo perpetuat[55] atque fideles Seipso, pane vitae, nutrit ut amore Dei amoreque proximi imbuti magis magisque efficiantur populus Deo acceptabilis.

Victima sacrificii Crucis nutriti, fideles genuino et activo amore praeiudicia removeant quibus aliquando arguuntur de cultu sterili, qui eos a fraternitate et collaboratione humana avertit. Convivium eucharisticum natum est ad efficiendum ut fideles in frequenti oratione magis in dies cor suum Deo coniungant atque exinde alios homines fratres Christi Aliosque Dei Patris agnoscant et ament.

Sacramentum matrimonii

59. Hodie — servata praestantia quam nuntius christianus virginitati consecratae addicit —[56] peculiare momentum tribuendum est institutioni catechisticae de matrimonio, ab ipso Creatore instituto atque variis bonis, finibus et legibus praedito.[57]

Innixa verbis fidei et lege naturali, sub ductu magisterii Ecclesiae, cuius est et legem moralem et naturalem authentice interpretari,[58] simulque debitam habens rationem hodiernorum progressuum scientiarum anthropologicarum, catechesis in matrimonio fundamentum vitae familiaris ponere debet, quod attinet ad eius valores et divinam legem unitatis et indissolubilitatis, ad eius officia amoris, indole sua naturali, ad prolis procreationem et educationem ordinati. In procreatione regulanda castitas coniugalis iuxta doctrinam Ecclesiae servanda est.[59]

Cum Christus matrimonium, pro baptizatis, ad sacramenti dignitatem evexerit, coniuges, sacramenti administri in personali et irrevoca-

[54] **Cfr. Pauli VI, Litt. Encycl. *Mysterium fidei, A.A.S.* 57 (1965), p. 766.**

[55] **Cfr. Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* 47.**

[56] **Cfr. *1 Cor.* 7, 38; Concilium Tridentinum, *Canones de sacramento matrimonii,* Dz. - Sen., 1810.**

[57] **Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 48.**

[58] **Cfr. Litt. Encycl. *Humanae vitae,* n. 4, *A.A.S.* 60 (1968), p. 483.**

[59] **Cfr. Litt. Encycl. *Humanae vitae,* n. 14, *A.A.S.* 60 (1968), p. 490.**

bili consensu eliciendo, in gratia Christi viventes imitantur et quodammodo repraesentant amorem ipsius Christi erga suam Ecclesiam.[60] Coniuges christiani ad sui status officia obeunda et dignitatem servandam hoc peculiari sacramento roborantur et veluti consecrantur.[61]

Demum ad familiae vocationem pertinet ut communitas evadat quae etiam Ecclesiae et mundo pateat.

Homo novus

60. Homo, cum accipit Spiritum Christi, vitae rationem cum Deo instituit prorsum novam atque gratuitam.

Spiritus Sanctus, in anima christiani praesens, eum divinae naturae participem efficit, eumque Patri et Christo intime unit in communione vitae, quam ne mors quidem frangere potest.[62] Spiritus Sanctus hominem sanat quoad débilitâtes et infirmitates spirituales ; eum a servitute passionum et immoderati amoris sui liberat, virtutem ei donando ad legem divinam servandam ; spe et fortitudine roborat : illuminat in bono prosequendo ; fructus caritatis, gaudii, pacis, patientiae, benignitatis, bonitatis, longanimitatis, mansuetudinis, fidei, modestiae, continentiae, castitatis infundit.[63] Ex hoc fit ut Spiritus Sanctus invocetur hospes animae.

Iustificatio a peccato et inhabitatio Dei in anima est gratia. Cum homo peccator dicitur iustificari a Deo, vivificari a Spiritu Dei, possidere in se vitam Christi, vel habere gratiam, utimur locutionibus quae, mutatis verbis, unam eamdemque rem significant, nempe : mori peccato, per spiritum adoptionis consortes fieri divinitatis Filii, in intimam vitae communionem cum SS.ma Trinitate ingredi.

Homo historiae salutis est homo ad gratiam adoptionis filialis atque ad vitam aeternam ordinatus. Anthropologia christiana indolem suam propriam in gratia Christi Salvatoris invenit.

Libertas humana et christiana

61. Divina vocatio hominis postulat ab eo liberam responsionem in Iesu Christo dandam.

Homo non potest liber non esse. Ad eius dignitatem et officium maxime pertinet, ut actionum suarum dominium habens, legem morum ordinis naturae et ordinis gratiae observet, itaque adhaereat Deo qui

[60] **Cfr. *Eph.* 5, 25.**
[61] **Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 4S.**
[62] **Cfr. *Io.* 14, 23.**
[63] **Cfr. *Gal.* 5, 22-23.**

sese in Christo reveíavit. Hominis lapsi libertas ita vulnerata est, ut ne legis naturae quidem officia diu servare valeat sine auxilio gratiae Dei, sed accepta gratia eius libertas ita elevatur et roboratur ut quod vivit in carne, hoc sancte vivere valeat in fide Iesu Christi.[64]

Ecclesiae est defendere et promovere verum libertatis sensum eiusque rectum usum contra cuiusvis generis iniustam coactionem. Ipsa insuper tuetur eam contra eius negatores, qui hominis operositatem simpliciter submissam censent determinismo psychologico et conditionibus oeconomicis, socialibus, culturalibus aliisque huiusmodi.

Minime tamen ignorat Ecclesia libertatem, etiam divina gratia adiutam, obnoxiam esse gravibus difficultatibus psychologicis necnon influxui condicionum externarum in quibus unusquisque vivit, ita ut humana responsabilitas non raro imminuatur, immo in quibusdam casibus vix aut ne vix quidem servetur. Rationem quoque habet investigationum et hodierni progressus scientiarum anthropologicarum circa libertatis humanae usum et limites. Quare sollicita est tum de educanda et excolenda genuina libertate, tum etiam de procurandis, in campo psychologico, sociali, oeconomico, politico et religioso, condicionibus idoneis ut libertas vere et iuste exerceri possit. Christiani, igitur, sedulo ac sincere operam praestare debent in rerum temporalium ordine, ut, quantum fieri potest, condiciones optimae pro recto exercitio libertatis instaurentur. Ipsi hoc officium quidem commune habent cum universis hominibus bonae voluntatis, sciunt tamen se eodem officio obstringi validiore et urgentiore ratione : agitur, enim, non tantum de promovendo bono quod ad hanc terrenam vitam pertinet, sed de officio quod tandem ad inaestimabile gratiae et salutis aeternae bonum adipiscendum inservit.

Peccatum hominis

62. Condiciones historiae atque vitae non sunt tamen habendae praecipuum impedimentum libertati hominis; homo, cum libere adhaeret operi salutis, maximum impedimentum invenit in peccato.

((In iustitia a Deo constitutus, homo tamen, suadente Maligno, inde ab exordio historiae, libertate sua abusus est, seipsum contra Deum erigens et finem suum extra Deum attingere cupiens)).[65] « Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt ».[66] « Na-

[64] **Cfr. *Gal. 2, 20.***

[65] **Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 13.**

[66] ***Rom.* 5, 12.**

tura humana sic lapsa, gratiae munere destituta, quo antea erat ornata, in ipsis suis naturalibus viribus sauciata atque mortis imperio subiecta, omnibus hominibus traditur, qua quidem ratione omnis homo nascitur in peccato ».[67] Proinde peccatorum multitudo facta est dolenda hominum experientia et causa exstat etiam multiformis doloris et ruinae. Neque praetereunda est doctrina de natura et effectibus peccati personalis, quo homo, scienter et deliberate agens, actu legem moralem violat atque in re gravi etiam graviter Deum offendit.

Historia salutis est etiam historia liberationis a peccato. Omnes Dei interventus, sive in Vetere sive in Novo Testamento, eo quoque spectant ut homines in certamine contra vires peccati dirigantur; munus, quod in historia salutis Christo concreditum est, ad peccatum delendum refertur et per mysterium crucis absolvitur. Profundae considerationes, quae apud S. Paulum habentur[68] de realitate peccati et de consequenti « opere iustitiae)) Christi, inter capita praecipua fidei christianae sunt recensendae, quae fas non est silentio praeterire in catechesi.

Attamen, salus a Christo allata multo magis excellit quam redemptio a peccato, cum per eam adimpleatur consilium a Deo initum, ut in Iesu Sese communicet tali plenitudine, quae hominis captum prorsus transcendat; de consilio agitur, quod non cessat propter hominum delicta, sed confert gratiam superabundantem relate ad mortem a peccato allatam.[69] Hoc consilium ex amore profectum, vi cuius homines vocantur ad participandam vitam ipsam divinam per Spiritum Sanctum, semper vim habet et ad omnia pertinet tempora. Homo, etiamsi est peccator, semper permanet in unico ordine quem voluit Deus, in eo scilicet ordine in quo Deus Sese clementer cum nobis communicat in Iesu Christo, ac proinde, gratia motus, potest per paenitentiam salutem attingere.

Vita moralis christianorum

63. Christus suis apostolis commisit ut docerent servare omnia quaecumque Ipse mandaverat.[70] Catechesis igitur complecti debet non tantum ea quae credenda, sed etiam ea quae agenda sunt.

Vita moralis christianorum, quae est ratio agendi homine necnon

[67] **Pauli VI, *Professio Fidei,* n. 16, *A.A.S.* 60 (1968), p. 439.**
[98] **Cfr. *Rom.* 5.**
[69] **Cfr. *Rom.* 5, 15-17.**
[70] **Cfr. *Mt.* 28, 20.**

filio Dei adoptivo digna, officio respondet vivendi et crescendi sub ductu Spiritus Sancti in nova vita per Iesum Christum communicata.

Vita moralis christianorum gratia et donis Spiritus Sancti ducitur: «caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis».[71]

Docilitas, qua Spiritui Sancto obtemperandum est, secumfert etiam fidelem observantiam mandatorum Dei necnon legum Ecclesiae et iustarum legum civilium.

Libertas christiana adhuc necesse habet ut regatur et dirigatur in concretis vitae humanae condicionibus. Proinde conscientia fidelium, etiam virtute prudentiae informata, debet subici Ecclesiae magisterio, cuius est totam legem moralem auctoritative declarare, ut ordinem moralem obiectivum recte vereque exprimat.

Edoceri insuper debet ipsa christianorum conscientia normas etiam adesse absolutas, seu in omni casu et pro omnibus obligantes. Hac de causa, sancti per exercitium heroicarum virtutum Christum confessi sunt, immo martyres, ne Eum denegarent, etiam tormenta et mortem passi sunt.

Perfectio caritatis

64. Actio Spiritus Christi tunc bene illustratur, cum in luce ponitur nota propria doctrinae moralis christianae, cuius universa praecepta et consilia, tamquam ad animam suam, reducuntur ad fidem quae per caritatem operatur.[72]

Homo, vocatur ad libere in omnibus adhaerendum voluntati Dei: haec est « oboeditio fidei, qua homo se totum libere Deo committit ».[73] Iamvero, cum Deus caritas sit Eiusque consilium eo spectet, ut in Iesu Christo Ipsius amor communicetur et homines ad mutuum convocentur amorem, inde consequitur quod libere et perfecte adhaerere Deo Eiusque consilio idem est ac talem vivendi rationem inire, quae, in observantia mandatorum, amore regatur: scilicet idem est ac amplecti et in vitae actionem traducere, tamquam novum mandatum, praeceptum caritatis.

Homo igitur vocatur ad amplectendam, in fide, vitam caritatis erga Deum et alios homines; in hoc posita est maxima eius responsabilitas eiusque excelsa dignitas moralis. Hominis sanctitas, quaecumque sint eius vocatio et status vitae, nihil aliud est quam perfectio caritatis.[74]

[71] *Rom.* 5, 5.
[72] Cfr. *Gal.* 5, 6.
[73] Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* 5.
[74] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 39-42.

Ecclesia, populus Dei et institutio salvifica

65. Ecclesia, a Christo instituta, e morte et resurrectione Eius orta est. Ipsa est : novus populus Dei, praeparatus decursu historiae Israel, populus, quem Christus vivificat et amplificai per Spiritus effusionem atque suis donis hierarchicis et charismaticis perpetuo renovat ac dirigit ; « de unitate Patris et Filii et Spiritus Sancti plebs adunata)).[75]

Ecclesia, igitur, quatenus populus Dei, societas fidelium, communio hominum in Christo, opus est amoris salvifici Dei in Christo.

Principia, vero, quae christifideles générant et efformant ipsosque ut communitatem constituunt, nempe : depositum fidei, sacramenta, apostolica ministeria, in Ecclesia Catholica exstant, eidem commissa sunt, activitates ecclesiales gignunt. Aliis verbis, in Ecclesia sunt universa instrumenta necessaria ad ipsam congregandam et ad maturitatem perducendam qua communionem hominum in Christo. Opus hoc est fructus non solum actus transcendentis Dei, operationis Christi invisibilis Eiusque Spiritus, sed etiam Ecclesiae institutionum, munerum et actionum salvificarum. Ecclesia, ergo, praeterquam fidelium societas, est etiam, sua opera ministeriali et salutari, fidelium mater.

Ecclesia est populus Dei sanctus, qui de munere prophetico Christi participat[76] atque congregatus per verbum Dei, accipit et testificatur ipsum in universo mundo. Est populus sacerdotalis: ((Christus Dominus, Pontifex ex hominibus assumptus, novum populum "fecit ... regnum, et sacerdotes Deo et Patri suo ".[77] Baptizati enim, per regenerationem et Spiritus Sancti unctionem consecrantur in domum spiritualem et sacerdotium sanctum, ut per omnia opera hominis christiani spirituales offerant hostias, et virtutes annuntient Eius qui de tenebris eos vocavit in admirabile lumen suum ».[78] Ecclesia autem est essentialiter societas hierarchica : populus ductus a Pastoribus suis coniunctis cum Summo Pontifice, Christi Vicario, et sub ipsius moderamine,[79] ad quos christifideles respiciunt cum filiali amore et oboedienti obsequio. Est populus peregrinans ad plenitudinem mysterii Christi.

Praesentia Spiritus Sancti in Ecclesia, dum ex una parte in ipsa modo quidem indefectibili in tuto ponit condiciones obiectivas quae requiruntur ad ipsius sanctificantem occursum cum Christo, ex alia

[75] **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 4.**
[76] **Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium, 12.***
[77] ***Ap.* i,** 6.
[78] **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 10.**
[79] **Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium, 22.***

parte efficit ut ipsa in suis membris et propter sua membra ac in suis contingentibus structuris ad continuam purificationem et renovationem contendat.

Ecclesia ut communio

66. Ecclesia est communio : cuius veritatis ipsa pleniorem conscientiam adepta est in Concilio Vaticano II.

Ipsa est populus a Deo congregatus et arctis vinculis spiritualibus unitus. Structura eius postulat quidem diversitatem donorum et munerum; in ea tamen haec distinctio, licet possit esse non solum gradus sed etiam essentiae ut contingit inter sacerdotium ministeriale et sacerdotium commune fidelium, minime tollit radicalem et constitutivam aequalitatem personarum. « Unus est ergo populus Dei electus : " unus Dominus, una fides, unum baptisma " ;[80] communis dignitas membrorum ex eorum in Christo regeneratione, communis filiorum gratia, communis ad perfectionem vocatio, una salus, una spes indivisaque caritas ... Etsi quidam ex voluntate Christi ut doctores, mysteriorum dispensatores et pastores pro aliis constituuntur, vera tamen inter omnes viget aequalitas quoad dignitatem et actionem cunctis fidelibus communem circa aedificationem Corporis Christi ».[81]

In Ecclesia, igitur, quaelibet vocatio honore digna est et ad plenitudinem amoris, id est ad sanctitatem, appellat; quaelibet persona supernaturali sua excellentia gaudet, cui reverentia debetur; quaelibet munera et quaelibet charismata, etsi aliqua aliis obiective praestantiora,[82] conspirant ad bonum universorum membrorum provida quadam multiplicitate formarum, quas munus apostolicum discernere et coordinare debet.[83] Hoc dicendum est etiam de singulis ecclesiis particularibus; in unaquaque, enim, licet exigua et paupere vel in dispersione degenti, ((praesens est Christus, cuius virtute consociatur una, sancta, catholica et apostolica Ecclesia ».[84]

Fideles catholici de christianis seiunctis, qui in communione non plena cum Ecclesia catholica vivunt, solliciti sint oportet, pro illis orando, de rebus Ecclesiae cum illis communicando, primos gressus ad illos movendo. In primis vero, pro sua cuiusque condicione, sincero attentoque animo ea perpendere debent, quae in ipsa familia catholica

[80] ***Eph. 4,* 5.**
[81] **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 32.**
[82] **Cfr. *1 Cor.* 12, 31; T, 38.**
[83] **Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 12.**
[84] **Ccnst. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 26.**

renovanda et efficienda sunt, ut eius vita fidelius et clarius testimonium reddat de doctrina institutisque a Christo per apostolos traditis.[85]

Ecclesia ut institutio salvifica

67. Ecclesia non solum est communio inter fratres, quorum caput est Christus, sed sese exhibet etiam ut institutionem, cui missio salvifica universalis concredita est. Populus Dei, a Christo «in communionem vitae, caritatis et veritatis constitutus, ab Eo etiam ut instrumentum redemptionis omnium adsumitur, et tamquam lux mundi et sal terrae, ad universum mundum emittitur ».[86]

Hac de causa Ecclesia a Concilio Vaticano II exhibetur tamquam realitas, quae universam amplectitur historiam, omnes eius diversas culturas accipit et in Deum ordinat, et vi actionis Spiritus Christi constituta est « sacramentum universale salutis ». Item ipsa exhibetur tamquam Ecclesia quae dialogum cum mundo instituit; signa autem temporum observans detegit ea quae apud homines momentum habent et de quibus cum eis convenit; praeterea curat ut intelligatur et agnoscatur a mundo, studens a se removere eas externas formas, quae minus evangelicae videntur et in quibus nimis manifesta apparent vestigia aetatum, quae iam conclusae sunt.

Ecclesia non est quidem de hoc mundo, ((nulla ambitione terrestri movetur »,[87] et perfecta erit tantum in caelis, ad quos aspicit atque iter facit; nihilominus connectitur cum mundo et eius historia. Tamen « impensa sollicitudo, qua Ecclesia, Christi Sponsa, hominum necessitates prosequitur, hoc est eorum gaudia et exspectationes, dolores et labores, nihil aliud est nisi studium, quo ipsa vehementer impellitur, ut iis praesens adsit, eo quidem consilio, ut Christi luce homines illuminet, universosque in Illum, qui ipsorum unus Salvator est, congreget atque coniungat. Nunquam vero haec sollicitudo ita accipienda est, quasi Ecclesia ad res huius mundi se conformet, aut deferveat ardor, quo ipsa Dominum suum Regnumque aeternum exspectat ».[88]

Maria, Dei genitrix, mater et exemplar Ecclesiae

68. Ineffabili modo cum Domino coniungitur Maria, semper virgo Eius Mater, quae « in Sancta Ecclesia locum occupat post Christum altissimum nobisque maxime propinquum ».[89]

[85] Cfr. Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio*, 4, 5.
[86] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 9.
[87] Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, 3.
[88] Pauli VI, *Professio fidei*, n. 27, *A.A.S.* CO (1968), p. 444.
[89] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 54.

Donum Spiritus Christi in ipsa modo prorsus singulari manifestatur, quia Maria est « gratia plena »[90] et est « Ecclesiae typus ».[91] In ipsa, praeservata ab omni peccati originalis labe, libere et totaliter fideli erga Dominum, corpore et anima ad caelestem gloriam assumpta, Spiritus Sanctus plene munus suum iam manifestavit. Ipsa, enim, plene conformatur « Filio suo, Domino dominantium, ac peccati mortisque victori ».[92] Cum sit Mater Dei et « mater nobis in ordine gratiae »,[93] figura virginitatis et maternitatis totius Ecclesiae,[94] signum certae spei et solacii pro peregrinanti populo Dei,[95] Maria ((maxima fidei placita in se quodammodo unit et reverberat » et « ad Filium suum Eiusque sacrificium atque ad amorem Patris credentes advocat ».[96] Quare Ecclesia, quae in honore habet fideles et Sanctos, qui iam apud Dominum sunt et pro nobis intercedunt,[97] Matrem Christi matrem quoque suam peculiarissimo modo veneratur.

Finalis communio cum Deo

69. In Christo Iesu et per Eius mysterium, fideles iam in hac terrestri vita sperantes exspectant « Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformavit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae ».[98] Novissimae tamen realitates manifestae atque perfectae tunc tantummodo erunt, cum Christus adveniet cum potestate, iudex vivorum et mortuorum, ad historiam concludendam et populum suum Patri tradendum, ita ut ((Deus sit omnia in omnibus)).[99] Donec ((Dominus venerit in maiestate sua et omnes Angeli cum eo et, destructa morte, Illi subiecta fuerint omnia, alii e discipulis Eius in terris peregrinantur, alii hac vita functi purificantur, alii vero glorificantur intuentes clare ipsum Deum trinum et unum, sicuti est ».[100]

Tota Ecclesia, in die adventus Domini, ad suam perfectionem perveniet et in plenitudinem Dei ingredietur : in hoc positum est obiectum fundamentale spei et orationis christianorum (((adveniat regnum

[90] *Le.* 1, 28.
[91] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 63.
[92] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 59.
[93] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 61.
[94] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 63-65.
[95] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 69.
[96] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 65.
[97] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 49, 50.
[98] *Ph.* 3, 21; cfr. *1 Cor.* 15.
[99] *1 Cor.* 15, 24-28.
[100] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 49.

tuum »). Catechesis, quae de novissimis agit, dum ex una parte tradenda est sub signo consolationis, spei et salutaris timoris,[101] quibus homines nostrae aetatis tantopere indigent, ex alia parte ita est impertienda ut plena veritas observetur. Fas enim non est imminuere gravem responsabilitatem, quam unusquisque habet quod attinet ad suam futuram sortem. Catechesis silentio praeterire nequit nec iudicium singulorum hominum post mortem, nec poenas piaculares Purgatorii, nec tristem ac luctuosam realitatem mortis aeternae, nec finale iudicium. In die illo quilibet homo plene suam ipsius sortem assequetur, quia omnes nos manifestabimur « ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit sive bonum sive malum »,[102] et « procèdent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii)).[103]

PARS IV

ELEMENTA METHODOLOGIAE

Natura et finis huius partis

70. Nostro hoc saeculo catechistae penitus investigaverunt quaestiones methodologicas propositas a scientiis psychologicis, didacticis et paedagogicis. Etenim studia suscepta sunt circa methodum in lectione catechismi adhibendam ; indicatae sunt partes quae ad methodos activas spectant in catechesi tradenda ; in omnibus suis partibus actus catecheseos investigatus est secundum leges quae artem discendi moderantur (experientia, imaginatio, memoria, intelligentia) ; denique elaborata est methodologia differentialis, quae scilicet varia est secundum aetatem, condiciones sociales et gradum maturitatis psychicae catechizandorum.

Hic non omnia huiusmodi problemata considerantur sed exponuntur tantummodo quaedam puncta, quibus hodie magnum momentum tribuitur. Aggredi haec problemata modo convenienti ac specifico apud singulas Nationes opus erit variorum Directoriorum ceterorumque laboris instrumentorum.

[101] **Cfr. *1 Th.* 4, 18.**
[102] ***2 Cor.* 5, 10.**
[103] ***Io.* 5, 29; cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 48.**

Catechistae munus

71. Nulla methodus, quamvis usu valde comprobata, catechistam eximit a personali labore assimilandi et diiudicandi concretas circumstantias et a quadam accommodatione ad easdem. Optimae enim humanae et christianae qualitates catechistarum magis quam methodi selectae poterunt successus gignere.

Catechistae opus maioris momenti habendum est quam textuum aliorumque instrumentorum selectio.[1]

Praestantia autem atque magnitudo operae a catechistis praestandae non impedit quominus limites statuendi sint, qui partes catechistarum circumscribant. Ad ipsos cura spectat eligendi et creandi condiciones opportunas, quae necessariae sunt ut nuntius christianus quaeratur, accipiatur et profundius investigetur. Eo usque pervenit actio catechistarum, atque hic sistit. Nam adhaesio catechizandorum, quae est fructus gratiae et libertatis, a catechista ultimatim non pendet; et ideo actionem catecheticam oratio comitetur oportet. Haec adnotatio, quamvis per se pateat, nihilominus utiliter recolitur in hodiernis condicionibus, quia hodie multum requiritur ab ingenio et a genuino spiritu christiano catechistae, ac simul ipse urgetur ut quam maximam observantiam habeat erga libertatem et « creativitatem » catechizandorum.

Methodus inductiva et deductiva

72. Methodus, quae inductiva vocatur, magnas utilitates praebet.

Eius munus consistit in praesentatione factorum (cuiusmodi sunt eventus biblici, actus liturgici, vita Ecclesiae et vita cotidiana) atque in eorum contemplatione et examine, eum quidem in finem, ut in iisdem agnoscatur significatio, quam in mysterio christiano habent. Haec methodus congruit cum oeconomia revelationis atque cum illo, inter alios, fundamentali processu spiritus humani, qui a rebus visibilibus ad intelligibilia pervenit; necnon cum nota propria cognitionis fidei, quae est cognitio per signa.

Methodus inductiva non excludit, immo postulat quoque methodum deductivam, cuius est facta explicare et describere procedendo ab eorum causis. Sed synthesis deductiva ut plurimum suam plenam vim ostendit, cum processus inductivus iam peractus fuit.

[1] **Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 17.**

Formulae

73. Commoda methodi inductivae, quorum praecipua sunt actuosum spiritualium facultatum exercitium et iugis relatio ad res concretas in explicandis conceptibus intellectualibus, nullo modo perducere debent ad oblivionem necessitatis et utilitatis formularum.

Formulae sinunt ut mentis cogitata accurate exprimantur, aptae sunt ad rectam fidei expositionem et, memoriae mandatae, stabili veritatis possessioni favent. Denique efficiunt ut inter christifideles communis loquendi modus adhiberi possit.

Plerumque formulae tunc proponuntur atque explicantur, cum lectio aut investigatio ad synthesim pervenit.

Illae formulae prae ceteris sunt eligendae, quae, veritatem fidei fideliter exprimentes, captui audientium accommodantur. Obliviscendum non est formulas dogmaticas veram professionem doctrinae catholicae esse et proinde qua tales, sensu quo intellexit ac intelligit Ecclesia, a fidelibus accipiendas esse.[2] Formulae traditionales ad fidem profitendam atque ad orandum, ut Symbolum Apostolorum, oratio dominica, salutatio angelica aliaeque huiusmodi, sedulo docendae sunt.

Experientia

74. *a)* Experientia gignit sollicitudines atque quaestiones, spes atque anxitudines, reflexiones et iudicia, quae confluunt in quoddam studium moderandi humanam vivendi rationem.

Quare catechesis curam habere debet ut homines attentos reddat ad suas maioris momenti experientias, tam personales quam sociales ; itemque eius munus est sub luce Evangelii ponere quaestiones quae exinde oriuntur, ita ut in ipsis hominibus rectum excitetur desiderium transformandi propriam vitae rationem.

Hac ratione, experientia etiam efficit ut homo modo activo se gerat erga Dei donum.

d) Experientia favere potest christiani nuntii intellegibili tati.

Ipse Christus praedicavit Eegnum Dei, illustrando eius naturam cum parabolis ex humanae vitae experientia desumptis. In mentem revocavit quasdam humanas situationes (mercatorem qui bonum negotium gerit, servos qui data sibi talenta plus vel minus fructificant, etc.) ut realitates eschatologicas et transcendentes explicaret et exinde vivendi rationem doceret, quam realitates illae a nobis postulant.

» **Cfr. Conc. Vat.** I, **Const.** ***Dei Filius*, Dz.-Seh. 3020, 3043.**

Ita fit ut experientia inserviat ad explorandas et assimilandas veritates quae in deposito revelationis continentur.

c) Experientia, in se ipsa considerata, lumine revelationis illustranda est. Catechesis homines iuvare debet ad suas experientias explorandas, interpretandas, iudicandas, itemque ad sensum christianum propriae existentiae tribuendum, in mentem revocando actionem Dei qui nostram salutem operatur.

Sub hoc aspectu experientia se habet velut obiectum a catechista interpretandum et illuminandum. Hoc munus, etsi difficultatibus non careat, praetermittere non licet.

De activitate vel creativitate catechizandorum excitanda

75. Quaelibet hominis institutio et quaelibet vera communicatio hoc primum postulant, ut possibilis reddatur et excitetur interior actio in eo ad quem diriguntur. In catechesi igitur suscitanda est activitas fidei (spei quoque et caritatis) ; nam rectitudo et vigor iudicii, quae per activam institutionem excitanda sunt, hic inserviunt ad verbum Dei accipiendum. Fiducia, quae activam educationem inspirat, numquam inducere debet ad obliviscendum actum fidei conversionem subiecti necessario in vol vere.

His praemissis, patet hanc activam rationem catecheseos plene congruere cum oeconomia revelationis et salutis. Ars paedagogica quae faveat activae responsioni catechizandorum, congruit cum generali statu vitae christianae, in qua christifideles activo modo respondent dono Dei per preces, per sacramentorum et sacrae Liturgiae participationem, per munerum susceptionem in Ecclesia et in vita sociali, per caritatis exercitium.

Catechizandi, praesertim si adulti sint, activo modo operam conferre possunt ad progressum catecheseos. Quare ab iis quaeratur quo modo christianum nuntium intellegant et quo modo suis ipsorum verbis illud valeant explicare. Deinde comparatio fiat inter exitum huius inquisitionis et ea quae a Magisterio ecclesiastico docentur; atque ea tantum accipiantur, quae cum fide concordant. Hoc modo valida subsidia inveniri poterunt ad unicum et verum christianum nuntium efficaci expositione tradendum.

Coetus

76. Momentum coetus in catechesi magis magisque invalescit.

In catechesi puerorum, coetus munus habet favendi ipsorum edu-

cationi ad vitam socialem, sive agatur de pueris qui simul frequentant catechismi lectiones, sive agatur de iis, qui parvo numero adunati, nonnullis dedicantur activitatibus.

Pro adulescentibus et iuvenibus, coetus considerandus est tamquam vitalis necessitas. In coetu adulescens et iuvenis se agnoscunt, sustinentur, exstimulantur.

Si agitur de adultis, coetus hodie considerari potest tamquam condicio pro catechesi quae sibi proponat sensum christianae responsabilitatis fovendi.

Cum agitur de coetu qui complectitur adulescentes vel adultos, tunc catechesis indolem sumit investigationi communi propriam.

Huiusmodi investigatio communis eo spectat, ut explorentur mutuae relationes et necessitudines quae intercedunt inter materiam nuntii christiani, qui est semper norma credendi et agendi, et experientias coetus.

Catechista partem habere debet in communi investigatione, ita tamen ut in coetu peculiarem locum obtineat. Nomine enim Ecclesiae se gerit tamquam testem christiani nuntii, qui aliis ministrat, fructus propriae fidei maturae cum eis communicat communemque inquisitionem in finem consequendum sapienter ordinat.

Hoc munus testis nuntii non necessario postulat ut catechista coetui praeponatur tamquam director.

Coetus, qui in suo munere absolvendo ad altum perfectionis gradum pervenerit, suis membris praebere poterit non solum occasionem institutionis religiosae, sed etiam optimam vitae ecclesialis experientiam.

Catechesis hoc modo peracta iuvenibus ostendere poterit Ecclesiam minime esse aliquid suae ipsorum existentiae extrinsecum, sed potius magnam realitatem de qua omnes, secundum suam vocationem suumque ministerium, quamdam responsabilitatem habent.

PARS V

CATECHESIS SECUNDUM AETATES

Natura et finis huius Partis

77. Multiplices sunt viae ac rationes, quibus nuntius christianus diversis hominum necessitatibus accommodatur.

Si actio missionaria consideratur, habetur via evangelizationis, initiationis catechumenorum et neophytarum.

Si consideratur evolutio physica et psychica hominum catechizandorum, habetur catechesis secundum aetates.

Si considerantur condiciones sociologicae et culturales, in quibus homines vivunt, habetur catechesis secundum varios mentis habitus (catechesis ad opifices, technicos, etc.).

Si denique considerantur agendi modi, quibus baptizati sese gerere poterunt erga fidem, tunc habetur catechesis pro credentibus qui pleniorem et profundiorem notitiam de fidei veritatibus sibi comparare volunt, vel catechesis pro iis qui adhuc requirunt vera fidei fundamenta.

Omnes hae viae, quae invicem connectuntur et alia ab alia dependent, manifesto suum valorem et momentum habent.

Ad Directoria Catechistica nationalia vel regionalia pertinebit hac in re normas specificas et definitas impertire, iuxta concretas locorum condiciones et necessitates.

Hic, ad modum exempli, proponuntur tantum nonnulla elementa generalia, quae vim et momentum catecheseos secundum aetatem ostendere contendunt.

De infantiae condicione et momento

78. Initia vitae religiosae et moralis inde ab ipsis vitae humanae exordiis panduntur. In credentium familiis, primi vitae menses et anni, qui maximi sunt momenti ad futuri hominis aequilibrium, iam christianae personalitatis condiciones praebere possunt. Parvulorum baptisma integrum suum sensum sumit, quando christiana vita parentum, matris praesertim et non exclusive, praebet gratiae baptismali possibilitatem fructus gignendi. Parvulus enim, velut per « osmosis)) processum, agendi modos sensusque suorum familiarium in se recipit. Itaque in eo quasi conglobatur cumulus experientiarum, qui quoddam fundamentum erit illius vitae fidei, quae deinde paulatim explicitabitur ac manifestabitur.

Animi fidentis dispositio initio innititur in bona relatione inter parvulum et matrem, deinde etiam inter ipsum et patrem : nutritur communicatione laetitiae atque experientia peramantis auctoritatis. Virtutum theologalium expedita evolutio partim pendet a nascente illa dispositione, dum eodem tempore ipsae ad eamdem roborandam conferunt. Hoc enim tempore inchoatur affirmatio personalitatis, seu autonomia, quae requiritur ad virtutes morales acquirendas et ad vitam in communitate degendam. Ipsamet aequilibrium exigit inter firmitatem et tolerantiam. Deinde, paulatim oriri poterit aptitudo ad sponte agen-

dum, quae maxime necessaria erit ad vitam socialem ineundam necnon ad Dei Ecclesiaeque servitium promovendum et firmandum.

Hae acquisitiones coniunctam habere debent educationem ad precandum, ita ut infans addiscat invocare Deum qui nos diligit et servat; Iesum, Filium Dei et fratrem nostrum, qui nos ad Patrem ducit ; Spiritum Sanctum, qui in cordibus nostris inhabitat ; ita ut preces fiduciosas etiam dirigat ad Mariam, Matrem Iesu et Matrem nostram.

Si haec fundamenta desint, necesse est ut catechesis discernat an et quaenam insufficientiae inde exortae sint et quomodo compensari possint. Apti interventus parentum christianorum iuvandi sunt ope congruae formationis eis impertiendae : quae formatio, etsi simplex et accommodata ad eorum gradum culturalem, a competentibus educatoribus tradi debet. Neque hoc munus pastorum supererogatorium est; nam Ecclesia aedificatur, cum parentes adiuvantur ad sua munera recte exercenda. Id efficit ut etiam optima occasio detur catechizandi adultos.

De pueritiae condicione et momento

79. Cum scholas adit, puer ampliorem quam familiam societatem ingreditur et quidem modo intenso, qui magnam partem suarum virium ac sollicitudinum absorbet, initiatur societati adultorum. Sub scholae forma primam experientiam laboris facit.[1]

Antea familia pro puero mediationem ad Dei populum constituebat. Nunc vero ipse ad Ecclesiae vitae directam participationem ineundam iam idoneus est, et ad sacramenta admitti potest.

Pueri intelligentia gradatim evolvitur. Catechesis huic mentis progressui sese accommodare debet. Puer de adultorum vita religiosa sibi rationem reddere quaerit. Proinde vita genuine christiana communitatis adultae optimum quoddam auxilium praebet ad profundam efformationem pueris proponendam, et quidem modo vere didáctico, cum vita religiosa adultorum ac populi Dei activitates sub lumine historiae salutis apte explicantur.

Initialis laboris experientia non est consideranda quasi extranea a fine catecheseos. Laetitia agendi et quidem recte agendi, cum aliis cooperatio, disciplina perspicua ac rationalis quae exinde oritur : en permultae experientiae quae comparantur et quae utiles sunt non solum ad insertionem in societatem, sed etiam ad activam participationem vitae Ecclesiae.

[1] **Cfr. Decl. de educatione sacerdotali *Gravissimum educationis,* 5.**

His prae oculis habitis, paedagogia catechetica, quamcumque sequatur methodum, puerorum activitatem suscitare debet. Si in hoc deficiat, catechesis suum ofiicium absolvere non poterit educandi credentem ad responsionem magis magisque personalem dandam verbo et dono Dei. Talis paedagogia activa non tantum in expressionibus exterioribus, quantumvis utilibus, inhaereat, sed ad responsum cordis, ad orationis gustum educere contendat. Haec vero interior educatio difficilior, sed magis necessaria, efficitur ob indolem civilizationis nostri temporis, quae dispersioni favet.

Cooperatio inter catechistas et parentes (mutua communicatio propriae sententiae circa programmata, methodos, difficultates quae occurrunt) necessaria est ut educatio puerorum apta et concordia ratione procedat. Huiusmodi cooperatio utilis est etiam utrisque, qui exinde auxilium accipiunt in specificis suis muneribus exercendis.

Pueri qui scholas non frequentant

80. Adsunt etiam regiones extensae ac nonnumquam incolis redundantes, ubi scholae non sufficiunt. In his casibus oportet ut impensa actio pastoralis dirigatur ad ipsas familias et, quantum fieri poterit, promoveantur variae associationes quae de pueris curam habeant, et quae opportuna ratione instructae sint, ita ut locorum condicionibus et spiritualibus puerorum necessitatibus respondere valeant.

De pueris qui in familiis indifferentia religiosa laborantibus crescunt

81. Magis magisque animadvertitur difficultas impertiendi catechesim pueris, qui in familiis et locis vivunt ubi praxis religiosa deest vel prorsus insufficiens est. Quandoque dubia moventur circa ipsam possibilitatem et convenientiam catecheseos impertiendae.

Profecto, omittenda non est huiusmodi puerorum catechesis, sed potius ita concipienda et perficienda est, ut congruat cum rerum adiunctis et condicionibus. In his casibus requiritur ut instituantur relationes cum familiis, earum mentes et consuetudines investigentur, ita ut inveniri possint media quae viam ad dialogum aperiant. Requiritur etiam ut catechesis ea ratione materiam proponat, quae vere accommodata sit ad concretas puerorum possibilitates.

De adulescentiae ac iuventutis condicione et momento

82. Adulescentiae periodus et, largiore sensu, « iuventutis phaenomenon » ut aiunt, maximum momentum habent.[2] In societatibus prae-

[2] **Cfr. Decr. de apostolatu Laicorum *Apostolicam Actuositatem*, 12.**

industrialibus quae parvo tantummodo scholarum numero fruuntur, transitus a pueritia ad communitatem adultorum fit quasi directe. Hac nostra aetate magis magisque consuetudo invalescit extendendi tempus institutionis scholasticae pro adulescentibus et haec consuetudo creat in societate generationem labori directe fructuoso non insertam, quae, etsi vigore physico et intellectuali iam gaudeat, nullam aliam activitatem exercet extra studium et acquisitionem futurae professionis. Haec classis socialis magnum pondus in adultorum societate habet; quod haud leve problema secumfert.

Hoc problema etiam in Ecclesia invenitur et quamquam sub formis diversis nihilominus non minus grave evadit. Adulescentes et iuvenes minus subiacent periculo sese violenter opponendi Ecclesiae quam tentationi eamdem relinquendi. Hoc est in catechesi gravissimum problema, etiam ex eo quod saepe adultis difficile est agnoscere quid validum adulescentes iuvenesque afferre queant.

Iuvenes vero eo minus diffidentes erunt, quo maius catechistae capacitatem eorum partes comprehendendi et acceptandi demonstrabunt.

De praeadulescentiae, adulescentiae et iuventutis condicione et momento

83. Expedit ut Directoria Nationalia praeadulescentiam, adulescentiam et iuventutem distinguant.

Hic quidem tantum animadverti potest, in regionibus humanitate excultis ubi quaestio ponitur, difficultates propriae praeadulescentiae in praxi non satis nec semper agnosci. Educator in tentationem incidere potest considerandi praeadulescentes eadem ratione ac pueros atque ideo timendum est ne eorum attentionem sibi non conciliet; vel etiam eos considerare potest tamquam adulescentes, quo in casu eisdem themata laborisque methodos proponit, quae supponunt maturitatem personalitatis et experientiae nondum ab eis adeptam.

Praeadulescentiae aetas tamquam notam propriam habet laboriosum ortum subiecti vitatis. Quare necesse est ne hac aetate pergat institutio simplex et obiectiva, quae puerorum propria est ; sed etiam cavendum est ne proponantur problemata et themata quae ad adulescentiam pertinent.

Institutio concreta, quae vitam et opera Sanctorum hominumque bene meritorum illustret, necnon consideratio vitae actualis Ecclesiae catechizandis huius aetatis validum alimentum suppeditare possunt.

Iuventus stricte dicta, quae adulescentiam sequitur, est quoque vitae periodus parum adhuc studiis investigata, eiusque peculiares notae nondum satis cognoscuntur.

Quidam putant hac aetate inchoandam esse institutionem theologicam. Alii putant proponendas esse quaestiones humanas et sociales, additis explicationibus theologicis simplicibus et quibusdam notationibus ad christiane agendum. Via, quae optanda videtur, est agere de problematibus fundamentalibus ac typicis huius aetatis seria cum documentatione theologica atque humana et simul apta cum methodologia discussionis collectivae.

De vitae sensus inquisitione

84. Adulescens profundas immutationes physicas et psychicas in seipso animadverit. Ipse suum munus in societate quaerit. Suae infantiae religiositate non amplius contentus, nondum fidei maturitatem adulti propriam assecutus est; ideoque orientationem fundamentalem quaerit, qua denuo suam vitam ad unitatem reducere possit. Haec inquisitio tamen saepe ad crisim religiosam perducit.

Praecipuum munus catecheseos adulescentiae erit vitae sensum genuine christianum promovere. Ipsa christiani nuntii lucem effundere debet in realitates, quae magis adulescentem commovent, ut sunt corporalis existentiae sensus, amor et familia, norma in vitae cursu sequenda, labor et tempus liberum, iustitia et pax, etc.

De attentione convertenda ad genuinos valores

85. Adulescens suae vitae visionem, suum existentiae cursum secundum quosdam valores praecipuos ac primarios ordinare conatur. Iamvero hodie adulescens inter « valores » invicem oppositos sese immersum persentit. Hoc factum conflictum acuit in adulescente inter varios valores quos inquirit sibique persuadet ut illos valores reiciat, qui in vitae ratione adultorum non exprimuntur.

Catechesis illum iuvare debet ad genuinos valores magis magisque detegendos et ordinandos.

De personalitatis autonomia

86. Ut autonomiam, quam exoptat, adulescens attingat, sui ipsius affirmationem saepe exaggerat et ordinem vitae ab adultis acceptum nonnumquam reprehendit.

Adulti animadvertere debent adulescentes fidei adhaerere seseque in ipsa confirmare non vi cuiusdam identificationis cum adultis, sed ex propriis persuasionibus, gradatim exploratis.

Ex huiusmodi autonomia oritur illa, quae dici potest « tentatio naturalismi », qua adulescentes tendunt ad agendum et ad salutem

comparandam suis ipsorum viribus. Huiusmodi inclinatio eo fortior erit, quo magis personalitas prorumpit.

Catecheseos ideo est efficere ut adulescens ad illam personalem maturitatem perveniat, quae eum sinat, subiectivismo devicto, novam spem detegere in Dei fortitudine et sapientia.

Adulescentium coetus

87. Adulescentes, ad suam autonomiam obtinendam, consociationes inter se habere quaerunt, et quidem hac de causa, quo facilius suas ideas suamque indolem persequi possint et suam autonomiam ab adultorum coetibus protegant. In ambitu pariter horum coetuum, adulescens variis vitae valoribus impellitur et ad vivendum iuxta eos movetur. In cotidiana vitae praxi, adulescentes facilius cum iuvenibus eiusdem aetatis communicant quam cum adultis.

Catechesis munus habet agendi in his adulescentium consociationibus, quae medias se gerere possunt inter iuvenes et totam Ecclesiae communitatem.[3]

Adulescentium consociationes non semper valores positivos continent. Quare urget necessitas promovendi relationes inter ipsas et communitates christianas, ita ut harum valores humani et christiani ab adulescentibus debite agnoscantur et aestimentur.[4]

Exigentiae intellectuales

88. Adulescens ratiocinii usum « formalem » per se possidet. Ipse addiscit quomodo intellectu recte utendum sit, ac detegit culturam sibi propositam considerationem postulare et in sua vita applicandam esse.

Catechesis, ut experientiam vitae fidei suscitare possit, nullo modo neglegere potest efformationem religiosi modi cogitandi, qui connexionem mysteriorum inter se et cum hominis fine ultimo ostendat.[5] Ad interiorem huiusmodi religiosi cogitatus cohaerentiam firmam reddendam, testimonium non sufficit. Hodie ubique severitas scientifica postulatur ; catechesis proinde omni cum cura etiam fundamenta rationabilia fidei praebere debet.

Structura intellectualis fidei adulescentium nullo modo quasi quoddam complementum, sed ut essentialis necessitas vitae fidei haberi debet. Peculiare momentum habet modus docendi : catechista mentem adulescentis excitare debet, cum eo colloquens.

[3] **Cfr. Decl. dè apostolatu Laicorum *Apostolicam Actuositatem*, 12.**
[4] **Cfr. Decl. de apostolatu Laicorum *Apostolicam Actuositatem*, 12.**
[5] **Cfr. Conc. Vat. I, Const. *Dei Filius*, c. IV, Dz.-Sch. 8015-1020.**

Actio

89. Actio necessaria est progressui personalitatis adulescentis. Liberatio ab egocentrismo et subiectivismo exigit commercium cum rerum realitate, sive cum successu sive cum adversa fortuna.

Catechesis, quae favere debet personali experientiae fidei simulque ordinatae reflexioni de rebus religiosis, tunc perficitur, cum ad absolvenda christiana munera perducit. Catechesis christiana debet adulescentes educare ad fidei responsabilitates assumendas eosque gradatim idoneos reddere ad christianam professionem coram omnibus sustinendam.

Adulescentes qui scholas non frequentant

90. Iuvenes, numero vere ingentes, qui manuales vel professionales artes exercent, ad properatam suae personalitatis progressionem trahuntur. Haec personalitatis properata progressio modo fausto vel infausto, integro vel imperfecto evenire potest.

Necessitas inde consequitur ut peculiaris catechesis pro huiusmodi adulescentibus instituatur. Haec debebit immediata cotidianae vitae problemata considerare, iuvenes sustinere dum suum quisque laborem incipit, eosque adiuvare ut, pro sua cuiusque facultate, activitatem exerceat, collaborando cum catholicis consociationibus.

Praeterea, prout in iuvene operario permanent characteristicae et exigentiae quae adulescentium sunt propriae, catecheseos erit non tantum illuminare eius concretam activitatem, sed eum adducere ad amplectendum totum Dei consilium.

Pueri et adulescentes vitae condicionibus non aptati

91. Munus hoc ut secundarium vel vicarium censeri nequit. Pueri et adulescentes non aptati non exiguam civium partem constituunt. Hodiernae societatis condiciones non raro difficilem reddunt consonam iuvenum vitae progressionem atque eorum congruam societati accommodationem.

Catechesis his possibilitatem vivendi vitam fidei iuxta suum statum praebere debet. Hoc est munus eminenter evangelicum ac magni momenti testimonium, quod Ecclesia omni tempore prosecuta est.

Educatio horum iuvenum in fide valorem pastoralem habet, et quidem magni momenti etiam ex eo quod possibilitatem offert attingendi perplures familias.

Tandem, peculiaris difficultas huius muneris absolvendi ac necessi-

tas impertiendi huiusmodi iuvenibus elementa tantummodo essentialia, catechesi universae beneficium afferre possunt fruendi methodis et viis quas pro his iuvenibus investigatio paedagogica detegit et offert.

Aetas adulta

92. Hoc Directorium Generale instanter affirmat necessitatem catecheseos adultorum has ob causas :

a) Susceptio munerum in vita sociali, responsabilitates familiares, professionales, civiles, politicae postulant ab adultis, ut peculiari idoneaque ratione suam formationem christianam perficiant ad verbi Dei normam.[6] Opus est ut concors actio promoveatur inter eos qui in catechesim adultorum incumbunt et eos qui variis apostolatus laicorum formis dant operam.

b) Aptitudines et habilitâtes, quae perfectionem attingunt in adulta aetate, cuiusmodi sunt experientia vitae, maturitas personalitatis etc., per verbum Dei excolendae atque illuminandae sunt.

c) Adultus, praeterea, certa aetatis momenta discriminibus plena superare debet, quae etsi minus appareant quam quae adulescentes experiuntur, non minus tamen periculosa censenda sunt aut minus profunda ; istis temporibus eius fides sine intermissione illuminari, evolvi atque muniri debet.

Notae dynamicae adultae aetatis - Communio et solitudo

93. Cum homo ad adultam aetatem pervenit, ordinarie magis capax evadit communionem et mutuas rationes cum aliis habendi.

Huiusmodi aptitudo atque communionis necessitas exercentur intra ambitum officiorum familiarium et in relationibus vitae socialis; quae omnia interdum huius communionis instrumentum simul et impedimentum exstant.

Revera homines saepe nimis, praesertim in hodierna societate, solitudinem experiuntur.

Catechesis ostendere debet Deum, qui caritas est, auctorem revera esse communitatis fidei, Ecclesiae scilicet, ac simul desiderium accendere communionis cum quovis homine instituendae. Coniugibus commemorat intimam eorum unionem, virtute matrimonii sacramenti, mysterium unitatis et fecundi amoris inter Christum et Ecclesiam significare et participare.[7]

[6] **Cfr. Decr. de apostolatu Laicorum *Apostolicam Actuositatem,* 29-32.**
[7] **Cfr. *Eph.* 5, 32.**

Intra ambitum parvorum christifidelium coetuum, catechesis auxilium adultis praebebit ad christianam caritatem plene vivendam; quae quidem caritas, ut signum communis cuiusdam experientiae, efficit ut alter alterum in fide adiuvet.

Perfectio personalitatis

94. Aetas adulta praecipue distinguitur ob conscientiam integrae adeptae personalitatis.

Homo qui feliciter superavit singulos gradus suae evolutionis quique communionem cum aliis inire et creatricem activitatem exercere potuit, cum ad adultam aetatem pervenit, tunc conatur ad unitatem redigere omnes experientias suae vitae personalis, socialis atque spiritualis. Periculum in eo positum est, quod adultus, praesertim si pertinet ad societatem industrialem, putat se consequi posse hanc unitatem per meram sui ipsius adaptationem ad societatem, in qua versatur. Iamvero perfecta adeptio personalitatis non consistit in quodam tantum exteriore aequilibrio intra vitam personalem et ambitum socialem, sed praesertim spectat ad christianam sapientiam adipiscendam.

Quare catechesis eo contendere debet, ut hominem conducat ad servandum ordinem finium, id est ad plenius percipiendam veram significationem vitae et mortis, sub luce mortis et resurrectionis Christi.

De senectute

95. Senectutis momentum in ministerio pastorali non adhuc satis agnoscitur.

Nostris temporibus numerus senum magis magisque augescit. Ipsi vero ab hodierna societate non raro negleguntur; idque bene animadvertendum est, ad pastoralem activitatem quod attinet.

Iamvero senes haud parva commoda communitati praestare poterunt tum operositate sua, cuius aequa aestimatio non semper habetur, tum suae experientiae testimonio.

Praeterea ofiicium iustitiae est adiuvare ope catecheseos senes relate ad mortem, quae biologice proxima est, socialiter quadantenus iam est in actu, quia fere nihil iam expectatur ex eorum activitate.

Catechesis senes educare debet ad spem supernaturalem, vi cuius mors consideratur tamquam transitus ad veram vitam et occursus cum divino Salvatore. Senectus hoc modo fieri potest signum praesentiae Dei, immortalis vitae et futurae resurrectionis. Quod quidem testimonium eschatologicum erit, quod senes,praebere poterunt per patientiam erga se ipsos et erga alios, per benevolentiam, per preces effusas ad

laudandum Deum, per paupertatis spiritum et fiduciam in Deo collocatam.

Procul dubio gravis esset Ecclesiae iactura, si multitudo senum baptizatorum non ostenderet suam christianam fidem clariore luce resplendere, morte appropinquante.

Peculiares formae catecheseos pro adultis

96. Dantur rerum adiuncta atque circumstantiae quae peculiares formas catecheseos postulant.

a) Adest catechesis initiationis christianae vel catechumenatus adultorum.

d) Adest catechesis pro iis qui peculiari modo apostolatui laicorum addicti sunt. Patet in his casibus catechesim curare debere profundius studium nuntii christiani.

c) Adest catechesis quae impertienda est occasione praecipuorum vitae eventuum, quae sunt matrimonium, filiorum baptisma, prima communio et confirmatio, periodi difficiliores in filiorum educatione, alicuius infirmitas, etc. Haec sunt momenta in quibus homines quam maxime impelluntur ad veram vitae significationem quaerendam.

d) Adest catechesis quae impertienda est occasione alicuius mutationis in vitae condicionibus, scilicet occasione ingressus in laborem, vitae militaris, migrationis, mutationis professionis vel status socialis. Hae mutationes possunt quidem bona animi augere, sed possunt etiam animos perturbare et spem eripere. Communitatis christianae munus est necessaria subsidia fraterno amore eis suppeditare. Verbum Dei, quod in his casibus quandoque promptiore animo excipitur, lux et auxilium esse debet.

e) Adest catechesis quae spectat ad christianum temporis liberi usum, necnon quae tempore itinerum recreationis causa susceptorum facienda est.[8]

/) Adest catechesis quae facienda est occasione eventuum peculiarium qui vitam Ecclesiae vel societatis respiciunt.

Hae speciales formae catecheseos nullo modo imminuunt necessitatem instituendi cyclos catecheseos, in quibus opera datur systematico studio totius nuntii christiani. Haec formatio organica atque ordinata non est profecto reducenda ad simplicem seriem conferentiarum atque sermonum.

[8] **Cfr. *Directorium Generale pro ministerio pastorali quoad « turismum »*, n. 19, 25.**

Munera peculiaria catecheseos pro adultis

97. Catechesis pro adultis ut semper idonea evadat ad respondendum urgentioribus necessitatibus nostri temporis debet :

a) *Educare ad mutationes sociologicas atque culturales hodiernae societatis sub lumine fidei recte aestimandas.* Christianus populus magis magisque animadvertit necessitatem perscrutandi quonam perducere possit hodiernus progressus societatis et discernendi sive vera bona sive pericula praesentis humanae civilitatis. Ipse exoptat ut adiuvetur in aestimandis mutationibus quae continuo fiunt et vult illuminari circa agendi modos, quos potest ac debet suos facere.

b) *Explanare hodierna quaesita de rebus religiosis atque moralibus.* Catechesis sua facere debet nova quaesita, quae homines huius aetatis sibi proponunt. Exempli gratia, hodie magnum momentum tribuitur quaestionibus, quae ad relationes sociales spectant. Homo desiderat novam formam imprimere societati, in qua vivit. Huiusmodi renovationis conatus, in quo manifesto patent responsabilitates atque limites hominis,[9] sollicitudinem catecheseos effugere nullo modo potest.

c) *Illustrare relationes, quae inter actionem temporalem et actionem ecclesialem intercedunt.* Ad catechesim pertinet christianos educare ad percipiendas mutuas relationes, quae inter munera temporalia et munera ecclesialia intercedunt. Catechesis clara in luce ponere debet perfunctionem munerum temporalium utiliter innuere posse in ipsam ecclesialem communitatem, cum ipsam magis consciam reddat sui finis transcendentis et suae in mundo missionis, ac perfunctionem munerum ecclesialium vertere in commodum ipsius humanae societatis.[10]

d) *Evolvere fundamenta rationalia fidei.* Ecclesia semper tuita est rationalia fidei fundamenta contra fideismum. Catechesis magis magisque evolvere debet rectam intelligentiam fidei, qua ostendatur actum fidei et veritates credendas cum exigentiis humanae rationis conformes esse. Catechesis monstrare debet Evangelium semper actuale et pertinens esse. Promovenda est igitur actio pastoralis de doctrina et de cultura christiana.

[9] Cfr. Litt. Encycl. *Populorum Progressio, A.A.S.* 59 (1967), pp. 257-299.

[10] Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 40-45.

PARS VI

DE ACTIONE PASTORALI MINISTERII VERBI

Actio pastoralis

98. Ex iis quae exposita sunt circa actum catechisticum et materiam catecheseos, ortum habet iter actionis pastoralis, cuius summa capita in hac parte considerantur.

Huiusmodi actio postulat organa idonea in ambitu nationali a Conferentiis Episcopalibus statuenda, quae sive deliberationem, sive investigationem et executionem spectent. Generatim haec organa complectuntur : *a)* commissionem episcopalem pro catechesi, in qua operam praestant membra ex officio cooptata et periti; *b)* organum executivum permanens (officium, centrum, etc.).

Ut actio pastoralis ministerii verbi, ope horum organorum, modo efficaci ac coordinato peragi possit, necessarium est ut :

1) apparetur relatio circa reales rerum et loci condiciones et circa ea quae possibilia sunt in his condicionibus, ad ministerium verbi quod attinet;

2) in vulgus edatur programma actionis peragendae ;

3) cura ponatur in efformandis atque instruendis iis qui de hac re responsabilitatem habent ;

4) recte dirigantur et apparentur apta instrumenta laboris;

5) promoveantur aptae catecheseos structurae;

6) coordinetur actio pastoralis catechetica cum ceteris pastoralis laboris campis ;

7) curetur investigatio ;

8) faveatur cooperationi internationali.

Indicationes et suggestiones in hac parte propositae non semper et simul adimpleri possunt in omnibus Ecclesiae partibus. In iis nationibus aut regionibus, ubi actio catechetica nondum satis progressa est, huiusmodi suggestiones et indicationes metas gradatim assequendas indicare volunt.

Caput I

ANALYSIS SITUATIONIS

Finis

99. Necessarium est ut, intra Conferentiae ambitum, cognitio clara habeatur situationis, in qua ministerium verbi exercetur.

Haec analysis eo spectat, ut appareat quanam mensura Ecclesiae actio evangelizationis propositum sibi finem assequatur. Quare attenta consideratione investigandum est, qua ratione ministerium verbi exercitum sit et quinam effectus — quantum humana cognitione percipi possunt — obtenti sint per catechesim vel per alias formas quibus nuntium christianum proponitur. Examini subicienda sunt incepta Ecclesiae, quomodo recepta sint, ubi et a quibus personis, quibus fructibus, etc.

Obiectum

100. Obiectum huius investigationis multiplex est ; complectitur enim examen actionis pastoralis et analysim situationis religiosae necnon condicionum sociologicarum, culturalium et oeconomicarum, quatenus haec facta vitae collectivae magnum influxum habere possunt in processum evangelizationis.

Modi

101. Quoniam agitur de opere satis arduo, necessarium est ut duo pericula vitentur, scilicet cavendum est :

a) ne tamquam certa habeantur elementa et indicia quae non satis explorata vel comprobata sint;

b) ne exigatur studium tali perfectione scientifica peractum, quae attingi nequit.

Probe etiam animadvertendum est investigationes technicas, per modum quaestionum vel consultationum institutas, parum prodesse, nisi praevia habeatur diligens consideratio circa varias formas pastoralis actionis, quae eligi possint. Quod ergo pro Conferentiis Episcopalibus videtur necessarium, est situationis integra visio, quae acquiri potest consulendo peritos vere doctos in documentorum existentium perscrutatione atque deducendo conclusiones ex eadem actione pastorali iam inchoata. Ad hoc studia monographica auxilium valde utile afferre poterunt.

Ad studium situationis tota communitas christiana operam conferre debet, ut conscia fiat quaestionum et ad agendum disponatur.

Effectus

102. Huiusmodi investigatio non est sibimet finis, sed in lucem ponere activitates validiores et ad eas suscipiendas viam sternere debet, tum incrementum dando operibus et inceptis quorum efficacia iam com-

probata sit, tum alia promovendo. Agitur enim de praevisione et de praeparatione earum rerum, quae necessario agenda sunt tempore futuro.

Huiusmodi investigatio persuadere etiam debet iis, qui in ministerium verbi dant operam, situationes humanas ambivalentes esse, quod attinet ad actionem pastoralem. Quare Evangelii operarii oportet ut discant possibilitates detegere, quae suae actioni in nova ac diversa situatione panduntur. Periculum adest, ne cognitio difficultatum ad concludendum inducat actionem pastoralem impossibilem esse. E contra, persuasum sibi quisque habeat realitates culturales non esse elementa inertia, immutabilia, univoca, ita ut circa eas gratia et activitas pastoralis quasi ad impotentiam redigantur. Semper enim transformationis processus possibilis est, qui aditum ad fidem patefacere valeat.

Caput II

PROGRAMMA ACTIONIS

Programma actionis

103. Postquam diligenter explorata est situatio, necesse est ut procedatur ad evulgandum programma actionis, ope potissimum Directorii Catechistici. Hoc programma proposita, instrumenta actionis pastoralis catecheticae et normas, quae eamdem actionem dirigunt, determinat, ita quidem ut, cum propositis et normis Ecclesiae universalis omnino consona, loci necessitatibus plene respondeant.

In programmate actionis proponendo, bene prae oculis habeantur munera quae exercere possunt instituta stricte ecclesialia, cuiusmodi sunt : paroeciae, peculiares fidelium communitates, consociationes apostolatui addictae; institutum familiae; instituta educativa, ut schola tum christiana tum neutra; ac quaelibet alia forma coetuum socialium vel culturalium.

Metae assequendae et media adhibenda habeantur veluti cardo cuiusvis programmatis actionis.

Metae assequendae

104. Metae assequendae in campo pastoralis actionis gradus et modos varios suscipere possunt, secundum locorum et necessitatum diversitatem. Omnes tamen spectare debent ad progressum fidei et morum apud christifideles et ad incrementum relationum, quas ipsi habent cum Deo

et cum proximo. Ut exempla afferantur, spectare debent ut adulti fidei maturitatem adipiscantur, ut christiana doctrina ad scientificus et technicos coetus perveniat, ut familia sua christiana munera exercere possit, ut praesentia christiana vim habeat in opere transformationis socialis.

Quoniam vero metae generatim multiplices sunt, expedit omnino ut opportuno tempore eaedem decernantur, et quidem secundum ordinem prioritatis propositorum, quae sunt assequenda.

Opportunum etiam est, ut metae pastorales statutae pro quadam regione, opportune comparentur cum illis, quae statutae sunt a Conferentiis Episcopalibus magis proximis ratione territorii vel culturae.

Media adhibenda

105. Media adhibenda in primis sunt : instituta catechistica promovenda vel sustentanda, programmata, textus,[1] instrumenta laboris, instructiones circa methodos,[2] etc. Ambitus investigationis circa media, practice circumscribi nequit. Attamen bene semper id est attendendum, ut media quae proponuntur semper apte respondeant finibus spiritualibus, qui assequendi sunt.

Normae

106. Normae, quae de catechesi tradi possunt, multiplices sunt, et variant iuxta fines consequendos. Prae ceteris peculiare momentum habent normae quae respiciunt catechesim pro fidelibus ad sacramenta praeparandis, cuiusmodi sunt : normae spectantes catechumenatum adultorum, initiationem sacramentalem puerorum, praeparationem familiarum ad baptismum infantium.

Ut huiusmodi normae efficaces evadant, expedit ut paucae ac simplices sint et criteria externa potius quam interna definiant.

Uti patet, nulla norma particularis, sine Apostolicae Sedis beneplacito, legibus generalibus Ecclesiae et praxi communi derogare potest.

Distributio et Promotio responsabilitatum

107. In primis opera danda est ut perspicua atque efficax munerum et responsabilitatum distributio habeatur. Magni momenti est, verbi gratia, ut illustrentur et in sua luce ponantur responsabilitates familiarum christianarum, communitatum fidelium, cleri, catechistarum.

[1] **Cfr. caput 5 huius partis.**
[2] **Cfr. Partem IV.**

Attamen satis non est ut in virium iam exsistentium distributione sistatur; necessarium etiam est, ut prorsus omnium christifidelium opera magis magisque excitetur atque promoveatur. Etenim curandum est, ut communitas christiana in dies conscia fiat sui muneris, quod in eo positum est, ut ipsa sit signum sapientiae et dilectionis Dei, nobis in Christo manifestatae. Quam ad rem expedit ut tum tota communitas tum singuli christifideles, quantum fieri potest, tempestive semper certiores fiant de iis, quae agenda sunt, itemque omnes invitentur ad activam partem habendam in inceptis suscipiendis, in decisionibus capiendis et in iis exsequendis quae statuta sunt.

In apparandis activitatis catechisticae programmatibus, id bene recolendum est, quod varia incepta quandoque incommoda et contentiones gignere possunt. Difficultates, verbi gratia, oriri possunt e mutationibus quae habentur in loquendi modo necnon in novis sententiis circa relationem educati vam et apostolicam. In his casibus, omnibus viribus vitanda sunt ea omnia, quae animos indebite conturbare possunt.

Denique necessarium est ut omnes activitates catechisticae praeditae sint opportunis subsidiis oeconomicis.

Caput III

FORMATIO CATECHISTICA

Formatio catechistica

108. Quaelibet activitas pastoralis, ad quam absolvendam praesto non sint personae vera formatione ac praeparatione praeditae, necessario in irritum cadet. Ipsa laboris instrumenta efficacia esse nequeunt, nisi adhibeantur a catechistis rite formatis. Quare congrua catechistarum formatio antecedere debet renovationem textuum et solidiorem catecheseos tradendae organizationem.

In primis necessarium est ut cura habeatur de iis formandis, qui in campo nationali activitates catechisticas absolvunt. Hoc munus proprium est Conferentiarum Episcopalium. Formatio, tamen, eorum qui in campo nationali activitatibus catechisticis praesunt, coniunctam habere debet, tamquam suum naturale complementum atque continuationem, formationem catechistarum qui in ambitu regionali ac dioecesano hanc activitatem peragunt. Hoc alterum munus pertinet ad Conferentias Episcopales regionales, ubi exsistunt, et ad singulos Episcopos.

Instituta superiora et scholae catechisticae

109. Fovenda vel condenda sunt instituta superiora pastoralis catechisticae, hac de causa, ut catechistae praeparentur idonei ad moderandam catechesim in campo dioecesano vel intra ambitum activitatum, quibus addictae sunt Congregationes religiosae. Haec superiora instituta esse poterunt nationalia, vel etiam internationalia. Ipsa similitudinem prae se ferre debent studiorum universitatum, quod attinet ad curriculum studiorum, ad tempus assignatum cursibus peragendis et ad condiciones admissionis.

Condantur etiam scholae catechisticae intra fines singularum dioecesium vel saltem Conferentiarum regionalium, quae eo spectent, ut, per curriculum studiorum inferioris quidem gradus sed tamen efficax, personae praeparentur quorum activitas officio catechizandi pleno tempore dedicetur.

Formatio permanens

110. Formatio permanens complectitur modos et gradus diversos. Ea protrahatur necesse est per totum temporis spatium, quo catechistae addicti manent suis muneribus. Quare respicit tum moderatores catecheseos tum communes catechistas.

Formatio permanens demandari non potest unice officiis centralibus ; sed de ea curam gerere debent etiam minores communitates christianae, hanc quoque ob causam, quod condiciones et necessitates catecheseos variare possunt pro locorum diversitate. Clerus iique omnes, ad quos pertinent responsabilitates in catechesi moderanda ac dirigenda, ofiicium habent curandi formationem permanentem suorum in catechesi cooperatorum.

Finis formationis catechisticae

111. Formationis catechisticae culmen et centrum positum est in aptitudine et habilitate nuntium evangelicum communicandi. Ipsa igitur postulat formationem theologico-doctrinalem, anthropologicam et methodologicam accuratam, pro gradu scientiae attingendo. Cognitiones doctrinales tamen non sunt terminus formationis. Nam formatio est completa cum catechista idoneus evadit ad seligendam rationem aptiorem nuntii evangelici communicandi coetibus et personis, qui versantur in condicionibus semper diversis et singularibus.

Formatio theologico-doctrinalis, anthropologica, methodologica

112. a) *Doctrina.* Per se patet necessitas adipiscendi validum patrimonium doctrinale, quod semper complecti debet adaequatam cognitionem doctrinae catholicae et gradum theologiae scientificae attingere debet apud instituta catechistica superiora. Totius huius formationis Sacra Scriptura sit veluti anima.

Utcumque sit, doctrina tali modo possideri debet, ut catechista valeat non solum nuntium evangelicum exacte tradere, sed etiam ipsos catechizandos capaces reddere ad recipiendum idem nuntium activo modo necnon discernendi in itinere spirituali catechizandorum id quod cum fide concordat.

b) *Scientiae humanae.* Nostra aetas permagno scientiarum de homine incremento signatur et distinguitur. Eaedem iam non solum viris doctis et peritis reservantur; ipsaemet hominis moderni conscientiam, quam de se ipso habet, penetrant. Eaedem afficiunt relationes sociales atque veluti texturam culturalem hodiernae humanitatis etiam mediocriter excultae efformant.

Magisterium scientiarum humanarum gignit arduas quaestiones quoad earum selectionem et methodum eas docendi, cum amplissimus sit numerus et diversitas harum disciplinarum. Quoniam agitur de instruendis non viris peritis in psychologia, sed catechistis, norma sequenda haec est, ut secernatur et deligatur id quod directe eos iuvare potest ad sibi comparandam communicandi capacitatem.

c) *Formatio methodologica.* Suapte natura methodologia nihil aliud est nisi attenta consideratio mediorum, quae experientia comprobata sunt. Quare maius momentum tribuendum est exercitiis practicis quam institutioni theoricae paedagogiae. Nihilominus institutio theorica necessaria est ad iuvandum catechistam, ut ipse variis situationibus apte obveniat, ad vitandam formam empiricam tradendi catechesim, ad percipiendas mutationes quae habentur in relationibus educativis, ad recte dirigendum futurum laborem.

Bene animadvertendum est, quod attinet ad formationem catechistarum communium (qui nempe prima catecheseos elementa tradunt), supra memoratas cognitiones melius acquiri posse, si tradantur eodem tempore quo labor absolvitur (v.g. tempore sessionum, in quibus parantur et ad trutinam revocantur lectiones catecheseos).

Modus artem catecheticam discendi

113. Requiritur talis catechistae praeparatio ut bene interpretari queat reactiones alicuius coetus vel personae, ut valeat eorum capacitates spirituales discernere et modum eligere, quo nuntius evangelicus fructuose et efficaciter recipi possit. Quam ad rem plures dari possunt methodi : exercitia practica, labores absolvendi in communi, analysis casuum, etc. Cardo totius quaestionis in eo est, ut bene perpendatur et percipiatur capacitas communicativa nuntii christiani. Catechesis, quae est praxis Ecclesiae, non addiscitur modo mere theorico. Ex experientia, e magistrorum peritorum ductu, ex ipso muneris exercitio acquiritur ars catechesis impertiendae, ad quam efformandam simul conferunt aptitudo ad apostolatum, cognitio fidei, hominum et legum quae dirigunt progressus sive singulorum hominum sive communitatum.

Vita spiritualis catechistarum

114. Munus catechistae concreditum ab eo postulat intensam vitam sacramentalem et spiritualem, orationis consuetudinem, sensum profundum praestantiae nuntii christiani eiusque efficaciae ad vitam transformandam, ac studium caritatis, humilitatis et prudentiae, quae sinant ut Spiritus Sanctus in catechizandis fecundam suam operam perficiat.

Formatio catechistarum

115. Necessarium est ut auctoritates ecclesiasticae aestiment formationem catechistarum tamquam munus maximi momenti.

Haec formatio dirigitur ad omnes catechistas,[3] tum laicos tum religiosos, et etiam ad parentes christianos, qui exinde validum auxilium sumere possunt ad peragendam catechesim initialem et occasionalem, quae ad ipsos pertinet. Dirigitur diaconis et, peculiari modo, presbyteris. Ii, enim, « vi sacramenti Ordinis, ad imaginem Christi, summi atque aeterni Sacerdotis[4] ad Evangelium praedicandum fidelesque pascendos et ad divinum cultum celebrandum consecrantur, ut veri sacerdotes Novi Testamenti ».[5] Revera in singulis paroeciis verbi Dei praedicatio maxime committitur coetui sacerdotum, qui tenentur thesauros sacrae scripturae christifidelibus aperire atque, per anni litur-

[3] **Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 17, 26.**

[4] **Cfr. *Hb.* 5, .1-10; 7, 24; 9, 11-28.**

[5] **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 28.**

gici cursum, fidei mysteria et normas vitae christianae homiliis exponere.[6] Quare magni momenti est ut accurata praeparatio catechetica in seminariis et scholasticatibus alumnis impertiatur, eademque postea praefata formatione permanenti[7] perficiatur.

Denique dirigitur ad religionis magistros in scholis publicis, quae tum ad Ecclesiam tum ad Rempublicam pertinent. Ad obeundum tam gravis momenti munus seligendi ii tantummodo sunt, qui ingenio, doctrina et spirituali vita praestent.[8]

Valde optandum est ut in hac formationis provincia vera cooperatio habeatur inter varias activitates apostolicas et catechesim, quippe quae, etsi sub aspectu diverso, commune absolvunt munus nuntium christianum communicandi.

Caput IV

INSTRUMENTA LABORIS

Instrumenta laboris

116. Inter praecipua catecheseos instrumenta haec recensentur :
— directoria Conferentiarum Episcopalium ;
— programmata;
— catechismi;
— textus didactici;
— media audiovisiva.

Directoria Catechistica

117. Directoria eo spectant ut promoveatur et coordinetur actio catechistica in territorio alicuius regionis vel nationis, vel etiam plurium nationum quae ad eamdem aream socio-culturalem pertinent. Antequam promulgentur, audiantur singuli locorum Ordinarii eaque approbationi Sedis Apostolicae subiciantur.[9]

Programmata

118. Programmata statuunt iuxta aetates vel loca vel tempora determinata fines educativos attingendos, criteria methodologica adhibenda et materiam in catechesi tradendam. Curandum omnino est ut mysteria

[6] **Cfr. Const. de** S. **Liturgia** ***Sacrosanctum Concilium,*** **51, 52.**
[7] **Cfr. n. 110.**
[8] **Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis** ***Gaudium et spes,*** **5.**
[9] **Cfr. n. 134.**

fidei, a fidelibus adultis credenda, in programmatibus pro catechismis puerorum et adulescentium modo eorum aetati adaptato iam indicentur.[10]

Catechismi

119. Summum momentum tribuendum est catechismis ab auctoritate ecclesiastica publicatis. Eorum finis est praebere per compendium et modo practico documenta revelationis traditionisque christianae et elementa praecipua quae inservire debent ad actuositatem catechisticam, id est ad personalem fidei educationem. In debita igitur aestimatione habeantur documenta traditionis et maxima diligentia cavendum est ne proponantur tamquam doctrina fidei peculiares interpretationes, quae nonnisi opiniones privatae vel sententiae alicuius scholae theologicae sunt. Ecclesiae doctrina fideliter referenda est. Hoc in loco applicandae sunt normae expositae in capite I tertiae partis.

Attentis gravibus redactionis difficultatibus necnon peculiari horum documentorum momento, summe expedit ut :

a) adhibeatur socia opera plurium in re tum catechetica tum etiam theologica peritorum ;

ö) consulantur viri periti in aliis disciplinis tum religiosis tum humanis necnon ceterae pastorales organizationes;

c) singuli locorum Ordinarii consulantur et de eorum sententiis ratio attente habeatur ;

d) experimenta particularia praecedant definitivam publicationem ;

e) certo temporis spatio transacto, hi libri debite recognoscantur.

Hi catechismi, antequam promulgentur, examini et approbationi Sedis Apostolicae subiciendi sunt.[11]

Textus didactici

120. Textus didactici sunt subsidia oblata communitati christianae, quae in catechesim incumbit. Nullus textus substituere potest vivam nuntii christiani communicationem. Nihilominus textus magnum momentum habent, quia inserviunt ad diffusiorem explicationem documentorum traditionis christianae et elementorum quae favent catecheticae actuositati. Pro redactione quoque horum textuum requiritur ut adhibeatur socia opera plurium in re catechetica peritorum atque consulantur alii viri periti.

[10] **Cfr. n. 134.**
[11] **Cfr. n. 134.**

Libri ad usum catechistarum

121. Hi libri complecti debent :

— explanationem nuntii salutis (iugis relatio fieri debet ad fontes, et bene distinguendum est inter ea quae ad fidem et ad doctrinam tenendam pertinent et ea quae sunt merae opiniones theologorum) ;

— consilia psychologica et paedagogica ;

— suggestiones ad methodum spectantes.

Praevideantur etiam libri seu scripta pro exercenda inquisitione et activitate catechizandorum. Haec scripta poterunt inseri in ipsis libris ad usum catechizandorum vel evulgari ut libelli distincti.

Cura denique habeatur ut libri in usum parentum edantur, si agitur de catechesi pueris impertienda.

Media audiovisiva

122. Media audiovisiva adhibentur praesertim :

a) ut documenta ad institutionem catechisticam elementis obiectivis ditandam; hoc in casu excellere debent veracitate, diligenti notitiarum selectione et perspicuitate didactica ;

b) ut imagines ad sensibilitatem et imaginationem recte educandas ; hoc in casu prae se ferre debent notas pulchritudinis et efficaciae in animis commovendis.

Haec sunt munera necessaria quoad haec media :

— promovere studia circa criteria quae dirigere debent creationem et selectionem horum mediorum, congruenter ad peculiares aspectus nuntii christiani qui proponendi sunt et ad peculiares coetus hominum quibus destinantur;

— instruere catechistas ad rectum usum horum mediorum (saepe enim contingit ut catechistae nesciant naturam propriam locutionis per imagines ; multo saepius fit etiam ut media audiovisiva male adhibita perducant ad se gerendum non active sed passive; etc.).

« Mass media »

123. « Mass media)) quae dicuntur, inter alia id efficiunt, ut notas realitatis et actualitatis tribuant factis, institutis et ideis, de quibus loquuntur, et, e contra, imminuant in communi aestimatione momentum earum rerum, de quibus iacent.

Nuntius ergo salutis locum habere debet inter media communicationis socialis.[12] Quare satis non est ut perficiantur media, quibus Ecclesia

[12] **Cfr. Decr. de instr, communicationis socialis *Inter mirifica,* 3.**

iam gaudet in hoc campo, sed necessarium etiam est ut promoveatur cooperatio inter productores, scriptores et scaenicos artifices qui in hunc finem operam praestant. Huiusmodi cooperatio postulat ut in ambitu nationali et internationali instituantur coetus virorum peritorum, qui veram utilitatem afferre possint, si consulantur circa programmata activitatum, quae religionem respiciant.

Item munus catecheseos est educare christifideles ad discernendam naturam atque valorem earum rerum, quae per « mass media » proponuntur. Hoc tamen, uti patet, requirit praeviam cognitionem technicam locutionis propriae horum mediorum.

« Instructio iuxta programmata))

124. In ambitu mediorum audiovisivorum, quae catechesis adhibere potest ac debet ut suum finem melius consequi possit, neglegenda non est illa nova ac hodie magis magisque invalescens methodus, quam in rei didacticae campo ((instructionem iuxta programmata » (« Istruzione programmata ») appellant.

Hac in re, tamen, debita ratione habita difficultatum quae oriuntur tum ex veritatibus docendis tum ex fine ipsius catecheseos, caveantur extemporales explicationes ; sed tum in apparandis programmatibus tum etiam in veritatibus ope imaginum exprimendis, coniuncta advocetur opera hominum peritorum in sacra theologia, in catechesi, in arte didactica audiovisiva.

Caput V

CATECHESEOS ORGANIZATIO

Catecheseos organizatio

125. Intra ambitum cuiusvis Conferentiae Episcopalis, organizatio catecheseos potissimum complectitur structuras dioecesanas, regionales, nationales.

Fines praecipui harum structurarum sunt :

a) promovere activitates catechisticas;

b) cooperari cum ceteris inceptis et operibus apostolicis (v.g. cum commissione liturgica, consociationibus apostolatus laicorum, commissione oecumenica, etc.), quia hae omnes activitates Ecclesiae partem habent, etsi modo diverso, in ministerio verbi.

Structurae dioecesanae

126. Decreto *Provido sane*[13] statutum est Officium Catechisticum dioecesanum, cuius munus est totam organizationem catechisticam moderari. Huiusmodi Officium dioecesanum complecti debet coetum personarum, quae specifica competentia praeditae sint. Amplitudo et diversitas quaestionum, de quibus est agendum, postulant ut responsabilitates distribuantur inter plures, qui vere sint periti.

Officium dioecesanum promovere quoque debet ac dirigere laborem earum organizationum (uti sunt centrum catechisticum paroeciale, confraternitas doctrinae christianae, etc.), quae sunt veluti cellulae fundamentales actionis catechisticae.

Centra permanentia ad catechistas formandos condenda sunt a communitatibus localibus. Hoc modo manifeste patet apud populum christianum opus evangelizationis et actionem docendi nuntium salutis ad omnes pertinere.

Officium Catechisticum igitur, quod ad Curiam dioecesanam pertinet, est instrumentum quo Episcopus, caput communitatis et magister doctrinae, utitur ad universas activitates catechisticas dioeceseos dirigendas ac moderandas.

Nulla dioecesis proprio Officio Catechistico carere potest.

Structurae regionales

127. Expedit ut variae dioeceses propriam actionem coniungant, in communem utilitatem conferentes experimenta et incepta, officia et subsidia; ut dioeceses melius instructae auxilium afferant ceteris et ut programma communis actionis apparetur quod universam regionem attingat.

Structurae nationales

128. Necessarium omnino est ut Conferentia Episcopalis, ac magis directe Commissio Episcopalis pro catechesi, organo quodam permanenti instruatur.

Hoc Officium vel Centrum Catechisticum Nationale sibi duplex munus proponit:

— inservire necessitatibus catechisticis quae ad totam Nationem pertinent. Huc spectant scripta typis edita quae momentum habeant in tota Natione, congressus nationales, relationes cum « mass media »,

[13] Cfr. *A.A.S.* 27 (1935), pp. 151 ss.

et generatim ea omnia opera et incepta quae facultates singularum dioecesium vel regionum excedunt;

— inservire dioecesibus et regionibus ut evulgentur notitiae et incepta catechistica, actio coordinetur et auxilium afferatur dioecesibus minus in re catechetica maturis.

Praeterea pertinet ad Officium vel Centrum Nationale etiam coordinare propriam actionem cum actione ceterorum institutorum pastoralium nationalium, itemque cooperari cum universo motu catechistico internationali.

Caput VI

COORDINATIO ACTIONIS PASTORALIS CATECHISTICAE CUM UNIVERSA ACTIONE PASTORALI

Catechesis et actio pastoralis

129. Cum quilibet actus, qui momentum habeat in Ecclesia, ministerium verbi participet, et cum catechesis semper relationem habeat cum universa vita ecclesiali, hinc sequitur actionem catechisticam necessario coordinationem postulare cum generali actione pastorali. Finis huius cooperationis in eo positus est, ut communitas christiana congrua ordinataque ratione crescat atque evolvatur, quippe quae, etsi variis specificis muneribus distinguatur, nihilominus ad unicam fundamentalem metam contendit.

Necessarium igitur est, ut catechesis cum ceteris activitatibus pastoralibus consocietur,[14] hoc est cum motu biblico, liturgico, oecumenico, cum apostolatu laicorum, cum actione sociali, etc. Praeterea prae oculis habendum est hanc cooperationem necessariam esse inde ab initio, hoc est inde a tempore, quo studia et rationes organizationis laboris pastoralis inchoantur.

Catechumenatus adultorum

130. Catechumenatus adultorum, qui simul est catechesis, participatio liturgica et vita communitaria, praeclarum exhibet exemplum talis instituti, quod gignitur e cooperatione diversorum munerum pastoralium. Eius finis enim est dirigere iter spirituale hominum, qui ad baptismatis receptionem sese praeparant, eorum mentis habitus et morum mutationem moderari. Est schola praeparatoria vitae christia-

Cfr. Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* 17.

na e, introductio ad vitam religiosam, liturgicam, caritativam et apostolicam populi Dei.[15] Universa communitas christiana per patrinos, qui eius vicem gerunt, non autem solum sacerdotes vel catechistae, in hoc opus incumbit.

Caput VII

NECESSITAS PROMOVENDI INVESTIGATIONEM SCIENTIFICAM

Investigatio scientifica

131. Attenta celeri evolutione culturae hodiernae, motus catechisticis, investigatione scientifica destitutus, progredi nullo modo poterit.

Quare necessarium est ut organa nationalia Conferentiarum Episcopalium investigationes consociatas promoveant. Opus scilicet est ut decernatur programma quaestionum investigandarum ; ut cognitio habeatur quaestionum, quarum studium iam in cursu est, et opportunae ineantur rationes cum viris peritis qui in eas incumbunt; ut studium instituatur quaestionum nondum investigatarum, collatis hanc ad rem necessariis subsidiis oeconomicis.

Occurrere possunt argumenta investigationum, quorum momentum universale est : v. g. relationes quae intercedunt catechesim inter et exegesim hodiernam, catechesim et anthropologiam, catechesim et « mass media », etc. Natura atque difficultates harum investigationum saepe cooperationem internationalem suadent.

Caput VIII

COOPERATIO INTERNATIONALIS ET RELATIONES CUM SEDE APOSTOLICA

Cooperatio internationalis

132. Collegium Apostolicum modo solidali munere suo fungitur.[16] Pluries in hac Directorii parte considerata sunt consectaria, quae orta ex hac solidarietate catechesim attingunt (v.g. : caput II : comparatio metarum pastoralium inter nationes magis próximas ; caput III : erectio institutorum superiorum ; caput IV : elaboratio instrumentorum communium laboris; caput VII: inquisitio scientifica).

[15] Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 13-14; Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* 65; Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* 14.

[16] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 22-23; Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 38; Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus, 2,* 4.

Cooperatio internationalis requiritur etiam in iis quae pertinent ad ministerium verbi directum ad emigrantes.

Munus absolvendum duplex est. Ex una parte necessarium est ut migrantibus verbum Dei praebeatur. Cum diversa sint lingua, cultura, consuetudines, id postulat mutuum commercium sive notitiarum sive personarum inter ecclesias nationum unde migrantes proveniunt et ecclesias nationum quae eos excipiunt. Ex altera parte necessarium est ut ministerium verbi valeat reddere christianos nationum, quae hospitium dant, conscios problematum quibus migrantes premuntur, et promptos ad eos fraterno amore excipiendos.

Cooperatio internationalis requiritur etiam pro catechesi « turistarum ». Constat enim « turismum », quem vocant, magis magisque inter omnes nationes propagari.[17]

Cooperatio internationalis observantiam ostendere debet erga munera et condiciones ecclesiarum localium. Quare nationes quae magis progressae sunt quoad personas, bona oeconomica et investigationem scientificam, auxilium afferant ceteris nationibus minus progressis, neque exigant ut suae cogitandi agendique rationes suaeque methodi adhibeantur.

Sancta Sedes

133. Sicut Petrus constitutus est caput Collegii Apostolorum et fundamentum super quod aedificatur Ecclesia, ita Successor Petri, Romanus nempe Pontifex,[18] est caput visibile Collegii Episcoporum totiusque populi Dei. Ipse suum universale munus docendi atque regendi adimplet ut Vicarius Christi et totius Ecclesiae Pastor[19] semper ad utilitatem spiritualemque progressionem populi Dei. Potest autem hoc suum munus secundum necessitates Ecclesiae libere adimplere, sive modo personali, sive modo proprie collegiali, una scilicet cum Ecclesiae universae Episcopis. Modum autem personalem exercet vel propriis actis vel per acta ministerialia, in primis Dicasteriorum suae Romanae Curiae.

Sacra Congregatio pro Clericis

134. Responsabilitas centralis catecheseos territoriorum iuris sic dicti communis Sacrae Congregationi pro Clericis (Officio Secundo) commissa est. Ipsa munere fungitur adlaborandi, coordinandi et moderandi in iis fovendis quae spectant praedicationem verbi Dei et apostolatus

[17] **Cfr. *Directorium Generale pro ministerio pastorali quoad « turismum »*, passim.**

[18] **Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 22.**

[19] **Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 22.**

opera ; notitias evulgandi collaborationemque inter varias nationes, prout fieri potest, promovendi.

Operam impendit in incrementum et moderamen officiorum quae catechesi praeficiuntur.

Recognoscit et approbat directoria de catechesi, catechismos atque programmata praedicationis verbi Dei a Conferentiis Episcoporum confecta. Congressus catechisticos nationales fovet vel internationales probat aut cogit.[20]

ADDENDUM

DE PRIMO ACCESSU AD SACRAMENTA PAENITENTIAE ET EUCHARISTIAE

Inter alia catecheseos munera praeparatio puerorum ad sacramenta paenitentiae et Eucharistiae magnum momentum habet. Ad rem quod attinet opportunum retinetur quaedam principia in memoriam revocare et quaedam animadvertere de quibusdam experientiis, quae in aliquibus Ecclesiae regionibus aut locis novissimis his temporibus peractae sunt.

De aetate discretionis

1. Aetas apta ad horum sacramentorum receptionis initium faciendum, censetur aetas quae in Ecclesiae documentis appellatur rationis seu discretionis. Haec aetas « tum ad confessionem tum ad communionem ea est in qua puer incipit ratiocinari, hoc est circa septimum annum, sive supra, sive infra. Ex hoc tempore incipit obligatio satisfaciendi utrique praecepto confessionis et communionis ».[1] Laudabile est hanc aetatem, quae per gradus se evolvit, quae variis condicionibus submittitur et quae in singulis pueris propriam indolem praebet, investigationibus psychologiae pastoralis scrutari atque describere. Caveatur tamen ne tempus in quo praeceptum confessionis et communionis per se obligare incipit extra praedictos limites, ceterum non rigidos, extendatur.

De conscientiae moralis puerorum formatione et incremento

2. In puero, dum pedetentim ratiocinandi capacitas evolvitur, etiam conscientia moralis excolitur, id est facultas actiones suas relate ad normam moralem diiudicandi. Ad hanc conscientiam moralem pueri

[20] **Cfr. Const. Apost. *Regimini Ecclesiae universae,* 69; Litteras Secretariae Status diei 20 augusti 1969, n. 143741.**

[1] **Decr. *Quam singulari,* I, *A.A.S.* 2 (1910), p. 582.**

efformandam varia concurrunt elementa et adiuncta : familia eiusque indoles et disciplina, quae in primis vitae pueri annis inter alias educationis causas eminet; cum aliis consuetudo necnon opera et testimonium communitatis ecclesialis. Catechesis, vero, munus suum institutionis et efformationis fidei christianae exsequens, haec varia educationis elementa ordinat, eisque favet et coniunctim cum eis agit. Hoc tantum modo ipsa poterit iter pueri ad coelestem Patrem opportune dirigere atque defectiones aut non rectas orientationes vitae, quae evenire poterunt, corrigere. Absque dubio hac aetate pueris loquendum est modo quantum fieri potest simplici : de Deo ut Domino et Patre nostro, de Eius erga nos amore, de Iesu, Filio Dei, qui pro nobis factus est homo, mortuus est et resurrexit. Dilectionem Dei considerans, puer poterit gradatim percipere malitiam peccati, quod semper Deum Patrem Iesumque offendit, quodque adversatur caritati qua proximum et nosmetipsos diligere debemus.

De momento sacramenti paenitentiae pueris explicando

3. Puer, qui incipit Deum peccato offendere, incipit quoque affici desiderio veniae assequendae non tantum a parentibus aut propinquis sed etiam a Deo. Catechesis illum adiuvet in hoc eius desiderio salubriter colendo eique inculcet sanctam aversionem a peccato necnon necessitatem emendationis et potissimum amoris in Deum. Peculiare munus catecheseos, ad hoc quod attinet, in eo est ut idoneo modo explicet confessionem sacramentalem esse medium veniae suscipiendae Ecclesiae filiis oblatum, immo per se et necessarium, cum quis in grave peccatum inciderit. Profecto parentes christiani et educatores religiosi ita puerum instituant oportet, ut in primis satagat progredi in intimiorem Domini Iesu dilectionem et genuinum proximi amorem. Doctrina de sacramento paenitentiae proponenda est in amplo ambitu purificationis et profectus spiritualis conquirendi cum magna fiducia in Dei amore et misericordia. Hoc modo pueri non solum paulatim exquisitum conscientiae sensum acquirere possunt, sed nec animum demittunt, cum in quid minus rectum inciderint.

Eucharistia est apex et centrum totius vitae christianae. Ad communionem recipiendam, praeterquam quod status gratiae requiritur, magna animae puritas plane convenit. Sedulo tamen cavendum est ne pueris videatur necessariam esse confessionem ante susceptionem Eucharistiae, etiam cum quis, Deum sincere diligens, a via divinorum mandatorum non graviter discessit.

De quibusdam novis experientiis

4. Novissimis his temporibus in quibusdam Ecclesiae regionibus, ad primum accessum ad sacramenta paenitentiae et Eucharistiae quod attinet, experimenta facta sunt, quae tamen dubium et perplexitatem movent.

Ad apte anticipandam puerorum communionem, ad vitandas futurae vitae christianae psychologicas perturbationes quae ex festinato confessionis usu provenire possunt, ad fovendam denique meliorem educationem spiritus paenitentiae necnon validiorem praeparationem catecheticam ad ipsam confessionem, visum est nonnullis pueros admittendos esse ad primam communionem absque praevia susceptione sacramenti paenitentiae.

Verumtamen accessus ad sacramentum paenitentiae inde ab initiis aetatis discretionis, dummodo, ut par est, benignam prudentemque praeparationem catecheticam sequatur, per se animos puerorum non laedit. Spiritus autem paenitentiae, institutione catechetica etiam post primam communionem protracta, amplius evolvi poterit; ac pari modo crescere poterit cognitio et aestimatio magni doni quod Christus hominibus peccatoribus sacramento veniae ab ipsis accipiendae reconciliationisque cum Ecclesia largitus est.[2]

Haec non impediverunt quin in quibusdam locis introducta sit praxis qua aliquot anni de more intercedant inter primam communionem et primam confessionem. In aliis vero locis innovationes cautiores factae sunt, sive quia prima confessio non adeo procrastinata est, sive quia ratio habetur iudicii parentum qui malunt ut pueri ante primam communionem ad sacramentum paenitentiae accedant.

Praxis communis vigens magni facienda

5. Summus Pontifex Pius X declaravit : « Consuetudo non admittendi ad confessionem pueros, aut numquam eos absolvendi, quum ad usum rationis pervenerint, est omnino improbanda ».[3] Vix autem consuli potest iuri quod pueri baptizati habent peccata sua confitendi, si ineunte aetate discretionis ad sacramentum paenitentiae non praeparantur suaviterque adducuntur.

Prae oculis etiam habenda est utilitas confessionis, quae virtutem suam retinet, etiam cum circa peccata tantum venialia versatur et quae gratiae et caritatis augmentum confert, bonas pueri dispositiones

[2] **Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 11.**

[3] **Decr. *Quam singulari,* VII, *A.A.S.* 2 (1910), p. 583.**

ad Eucharistiam accipiendam auget et ad christianam vitam perficiendam iuvat. Videtur proinde utilitatem confessionis excipi non posse nomine illarum formarum paenitentialium aut ministerii verbi, quibus apte virtus paenitentiae in pueris excolitur, quae tamen fructuose peragi possunt una cum paenitentiae sacramento, apta catechesi praeparato. Experientia pastoralis Ecclesiae, quae compluribus testimoniis etiam hodiernis illustratur, eam docet quantopere aetas, quae discretionis dicitur, idonea sit ad efficiendum ut gratia baptismalis puerorum ope receptionis bene praeparatae sacramentorum paenitentiae et Eucharistiae primos fructus, postea utique cum auxilio prolatae catecheseos augendos, edat.

Omnibus perpensis, prae oculis habita praxi communi et generali quae per se derogari nequit sine Sedis Apostolicae beneplacito, auditis Conferentiis episcopalibus, eadem Sancta Sedes expedire iudicat ut vigens in Ecclesia consuetudo praemittendi confessionem primae communioni servetur; quod minime impedit quin variis modis haec consuetudo perficiatur verbi gratia ope celebrationis paenitentialis communis quae praecedat aut sequatur accessum ad sacramentum paenitentiae.

Peculiares diversarum regionum rationes et adiuncta, Sancta Sedes non negligit, sed hortatur Episcopos ut in hoc non levi negotio ab usu vigenti non discedant, nisi sermone prius cum ipsa inito in spiritu hierarchicae communionis. Neque ipsi ullo modo sinant ut parochi aut educatores aut religiosa instituta usum vigentem derelinquere incipiant aut pergant.

In regionibus autem ubi novae praxes iam introductae sunt quae a pristina notabiliter discedunt, Conferentiae episcopales ista experimenta novo examini subicere velint; quod si deinde eadem longius protrahere cupiant, id ne faciant, nisi sermone cum Sede Apostolica prius habito atque cum eadem Sede, quae eas libenter audiet, animo uno.

Hoc Directorium Generale una cum Addendo Summus Pontifex Paulus Papa VI, Litteris suae Secretariae Status n. 177335 diei 18 Martii 1971, approbavit et auctoritate sua confirmavit et publici iuris fieri iussit.

Romae, die 11 aprilis 1971, in Resurrectione Domini.

IOANNES I. Card. WRIGHT, *Praefectus*

SS Petrus Palazzini, *a Secretis*

An. et vol. LXIV 31 Martii 1972 N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

EPISTULAE

I

Ad Exc.mum P. D. Stanislaum Brzana, Ogdensburgensem Episcopum, centesimo expleto anno ex quo ea dioecesis condita est.

We are pleased to learn that the Diocèse of Ogdensburg will soon celebrate the hundredth aniiiversary of its foundation and we extend our cordial greeting to you, its Bishop, and to all your people.

Anniversaries are occasions for joy, gratitude and resolution. This is particularly true when the anniversary is that of a Christian community. There is joy when we realize that Christ has been brought to his people and lives with them through the constant preaching of his Word and through his sacramental grâces. He is présent in the Church and his présence is part of the lives of those who have received him. We rejoice that so many générations in your diocèse have known this salvine présence of the Savior. "The Word became flesh and made his dwelling among us, and we have seen his glory : the glory of an only Son coming from the Father, fìlled with enduring love

The joy of an anniversary manifests itself in gratitude. Thanks are given, first of all, to God. He it is who has sown the seed and given the harvest. T o him the füllest measure of thankfulness is due. We recali with admiration those whom God has chosen to be his instruments throughout the years in the building up of his kingdom in your midst—the bishops, priests, religious and laity whose generosity and

[1] *John* 1:14.

sacrifiées have demonstrated great faith and love. We thank those who are still in the vineyard, those to whom has fallen the task of contiriuing the work and of bringing it to an even fuller flowering. We are gràteful to them for what they have done and for what they will do for Christ in his Church.

Finally, an anniversary is a time of résolve. All are nrgently called to continue the work of faith, striving with ever greater intensity to make Christ's présence more effective. His is the Avork we do; his is the glory that we seek.

We assure you and the entire People of God in Ogdensburg of our prayerful remembrance and, as a sign of our deep affection in Christ, we impart to all of you our special Apostolic Blessing.

From the Vatican, February 10, 1972.

PAULUS PP. VI

II

Ad Rev.mum P. Benedictum Calati, Congregationis Monachorum Eremitarum Camaldulensium Priorem Generalem, novies centenaria redeunte memoria pientissimi obitus Sancti Petri Damiani, Ecclesiae doctoris.

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Incliti caelitis Ecclesiaeque doctoris Petri Damiani sollemne, quod sacra Liturgia in suo recolit ordine, auctis hoc anno peragetur laetitiis, novies centenaria redeunte memoria eius pientissimae mortis, quae Faventiae, ad Benedictinum coenobium S. Mariae *foris portam,* die xxm mensis Februarii anno MLXXII evenit. Equidem novimus tanti nominis Viro honorando f estas apparari celebrationes tum a religiosa, quam moderaris, familia Monachorum, tum a delecto hominum coetu, Hamleto Ioanne Cardinali Cicognani praesidente; neque hisce inceptis deesse multorum praesentiam eruditorum, qui novissimis praesertim temporibus, praeter suas de re religiosa deque compositis doctrinis opiniones, in hunc ipsum Sanctum impensiora usque studia contulerunt, eius momentum in humanarum rerum cursu agnoscentes eundemque veluti singularem magistrum consalutantes, qui inter primores antiquae illius aetatis est merito adscribendus. Quae honoris officia haud parum animi culturam provehent atque amplificabunt, cum quae S. Petrus Damianus senserit et effecerit, ea omnia ad scientiarum latissimam provinciam spectent, et historiae disciplinas, spiritualium motuum

vices, cogitata illa unde humani pendent eventus, ipsas denique societatis formas et immutationes complectantur, quae neque per violentiam armorumque vim, neque per politicorum rationes soleant induci.

Porro liberae historicorum investigationi permittentes plura copiosaque argumenta, ex quibus Petri Damiani opus sat longo spatio undecimi saeculi constat, in praesenti unum tantum Nos iuvat recogitare, quod sane et aptiori cognitioni favere et in intimum paene secretum eius personae deducere potest : is enim — ut se ipse appellavit — fuit *ecclesiasticus vir,*[1] homo nempe Ecclesiae. Revera in Ecclesia atque pro Ecclesia sub annum MXXXV, cum duodevicesimum aetatis suae annum ageret, monachus et eremita esse voluit, postquam iuvenile aevum Ravennae, in natali urbe, transegerat ingeniumque suum Faventiáe et Parmae ad excultam humanitatem informaverat, quam postmodum, munere suscepto docendi, frugifere confirmavit et auxit. Verum haec non mera fuit institutio, sed quasi quaedam vocatio ad litteras artesque scriptoris addiscendas : eam enim, monachus factus, perpolivit atque cum Divinorum studiis Librorum coniunxit, in quos totus incubuit subtiliore sentiendi vi usus vigilique sua conscientia ecclesiastici viri impulsus.

Genus autem, quod ipse elegit ut sese ad Deum converteret, id est vitam religiosam amplecteretur, fuit contemplationis opus, prout vigebat in eremo a Sancta Cruce Fontis Avellanae, haud ita pridem a beato Ludulfo, Sancti Romualdi Abbatis discípulo, ibi constitutum. Prudens quidem fuisse consilium non ambigitur, quoniam ita S. Petro Damiano pernobilem consuetudinem monasticam Ecclesiae ingredi licuit, quae vivax in eadem familia totaque Ravennatium regione erat, uberesque id temporis fructus edebat ex studio perfectionis anachoreticae et ex ipsis domibus a S. Romualdo conditis, ceterisque eiusmodi vitae institutis, quae tum in Italia florebant : ardens quidem fervor, quem et antiquissimae formae et Christianorum mores Orientalium mutua inter se efficacitate aiebant. Fuit igitur monachus et eremita ob firmissimum propositum, quod eum penitus tenuit, adeoque fidelitatem servavit erga praeclarum illud genus vivendi, ut eremum solummodo germanum sui domicilium existimaret eodemque reverti expeteret, depositio episcopali munere et purpurati Patris dignitate, quae a Summo Pontifice acceperat; redire enim voluit *ad dilectam solitudinem/* in

[1] **S. Petri Damiani... *Opera omnia.* Op. II, 1; *PL* 145, 41 B.**

[2] **Op. XX, *Praef.; PL* 145, 443 O.**

qua fontem spiritualis pietatis invenire et *dulcía eremi secreta* [3] iterum posset degustare.

Haec sacri solitudo recessus tantum aberat ut quoddam mundi effugium vel aliqua spiritus recreatio haberetur, ut ei reapse esset — quemadmodum poeta christianus sui acie ingenii perspexit — *servigio di Dio ... ne' pensier contemplativi.*[4] Quod ministerium constanter exsecutus est in intima communione cum Ecclesia, de qua altissime sensit secundum theologicam doctrinam, quam ex traditione Ss. Patrum scriptorumque mediae, quae dicitur, aetatis largiter hauserat. Ut ipse scribit, Ecclesia est tabernaculum Dei,[5] sacrarium Sancti Spiritus, eius donis repletum,[6] est Christi sponsa sine macula et ruga,[7] est corpus Christi.[8] In primis vero Ecclesiae unitatem et universalitatem praedicat, quae singulari prorsus modo in Eucharistico mysterio significantur idque simul eificiunt ut *una in multis et tota in singulis* [9] ipsa sit. Quapropter quilibet monachus, quamvis remotus longeque disiunctus, *praesentissima* [10] adest Ecclesiae eiusque vitam plene ac verissime participat.

Qui « ecclesialis » sensus vitae monasticae atque eremiticae adiuvat, ut in clarissima spiritualis disciplinae et theologiae luce partes illae ponantur, quas Petrus Damianus in gravissimis Ecclesiae aetatis suae vicissitudinibus egit, necnon vis et impulsus, quem ad huiusmodi eventus ipse contulit. In id est ille advocatus, quoniam fama eius uti religiosi sodalis, coenobia ab eo exstructa, visitationes monasteriorum celebrium, et imprimis contionandi virtus et navitas litterata ipsi conciliaverunt favorem benevolentiamque populi atque civium optimatium summam aestimationem : *solitudo tales viros saeculo commodat,* de eo dixit Franciscus Petrarcha, egregie perstringens naturam ac munus vitae contemplativae in Ecclesia.[11] Verumtamen non quidem invitatu vel rogatu alicuius Petrus Damianus adductus est, ut in se primas partes reciperet vitae Ecclesiae sui temporis; etenim probe intellegebat quam opus esset Ecclesiae *ecclesiasticis viris,* qui in ea

[3] Ioannes Land., *Vita i>. Petri Damiani,* c. XVIII; *PL* 144, 137 C.

[4] Dante, *Paradiso* XXI, vv. 114-117.

[5] *Op.* III, *qu.* 10; *PL* 145, 60 C.

[6] *Sermo 65; PL* 144, 888 O.

[7] *Sermo 69; PL* 144, 897 O.

[8] *Sermo 49; PL* 144, 779 O.

[9] *Op.* XI, e. 10; *PL* 145, 235-236.

[10] *Op.* XI, c. 10; *PL* 145, 239 B.

[11] F. Petrarca, *De vita solitaria,* 1, II, tract. IV, 3; ed. A. Altamura, Napoli 1943, p. 102.

interiorem perficerent renovationem, quae vicissim eam restitueret in Christi sponsam sine macula et sine ruga. Hanc vero renovationem ex ipsa rei natura et ante omnia clerum attingere oportebat, qui adeo in saecularis vitae formam ac rationem dilapsus erat, ut eius ofiicium in Ecclesia omnino impediretur, sacerdotum dignitate atque honestate deiecta. Duobus scilicet vulneribus sive aegritudinibus clerus conflictabatur, quae fortasse non graviora quam alias eo tempore erant, tamen acrius sentiebantur acerbiusque reprehendebantur ab ecclesiasticae renovationis fautoribus, quos inter ipse numerabatur Petrus Damianus; hae nempe plagae erant simonia vel largitio ad munera ecclesiastica consequenda, et violatio praescripti canonici de continentia. Ambae reapse erant pestes in Ecclesia, quarum altera venale faciebat regimen Ecclesiae;[12] altera autem clericos viros depellebat ab eorum officio ((adhaerendi *specialiter* Christo magis quam reliqua omnia Ecclesiae membra » tum. etiam ab officio « praedicandi *specialiter* nomen Dei ».[13] Ipsa ergo Ecclesiae sanctimonia postulabat, ut clerus erigeretur. Simul autem contra alias plagas erant repugnandum (avaritiae, neglegentiae, ignorantiae), cum Petrus Damianus maximam officii sacerdotalis excellentiam in eo reponeret, quod corpus et sanguinem Redemptoris consecraret : « Nullus plane mortalium, ut existimo, maius aliquid in divinis peragit sacramentis, quam ipsi quoque, qui saecularis sunt ordinis sacerdotes ».[14]

Petri Damiani iudicio, clerus eripi poterat et liberari plagis illis, quae eius officia impediebant dignitatemque offendebant, tantummodo duobus adhibitis remediis, necessariis quidem et inter se conexis : reditu ad Ecclesiae traditionem et Apostolicae Sedis interventu. Traditio ab eo habetur optima forma et regula, qua continenter Ecclesia se ipsa metiri debet ut se inveniat, profecta a primis initiis, a *forma primitime Ecclesiae,* quae fuit Apostolorum Ecclesia. Neque hoc satis erat ; suum pondus etiam habent *testimonia patrum* et *corpus canonum,*[15] quae efficiunt illa *decreta,* quae observanda sunt et usurpanda, ut Ecclesia suam sanctitatem recuperet atque conservet. Eadem fontium et traditionis appellatio impellit Petrum Damianum ad Summi Pontificis auctoritatem advocandam, ut Ecclesiae renovatio suscipi et perfici valeat. Ipse Iesus Christus potestatem concessit Ecclesiae Romanae

[12] ***Ep.* V, 13; *PL* 144, 364 O.**
[13] ***Ep.* V, 4; *PL* 144, 344 D.**
[14] ***Op.* XXVI, c. 1; *PL* 145, 500 B.**
[15] ***Ep.* V, 13; *PL* 144, 360 D.**

per illas facultates Petro collatas eiusque in sede Romana successoribus, qui auctoritatem suam exserere debent adversus praesentia Ecclesiae mala : ((Tu domine mi, venerabilis papa — sic alloquitur Meolaum PP. II in *De coelibatu sacerdotum* opusculo — qui Christi vice fungeris, qui summo pastori in apostolica dignitate succedis, noli pestem hanc per ignaviam ad incrementa perducere, noli connivendo et dissimulando grassanti luxuriae frena laxare».[16]

Quas vero christiaane renovationis vias Petrus Damianus ostenderat — scilicet *Ss. Patrum canonum auctoritatem*[17] atque *cathedram Beati Petri*[18] — eas Ecclesia ingressa est saec. xi ad collapsam cleri erigendam disciplinam et ad interiorem suam restaurationem perficiendam. In id strenue adlaborans, sanctus hic Vir tamquam *egregium bellatorem*[19] se praestitit, plane persuasum habens totis prorsus viribus contendendum esse, ut illis temporibus *christianae religionis eversio*[20] propulsaretur. Quod tamen bene est animadvertendum, eius vitae exempla paenitentiae operibus caelestiumque rerum contemplatione praeclara, eiusque praecellens doctrina Sacrarum Scripturarum et Ss. Patrum sapientia penitus imbuta, magis quam ipsius indefatigata opera, apud aequales profecto valuerunt ad illam morum excitandam renovationem, quae bonorum omnium erat in votis.

Haec sunt praecipua Petri Damiani vitae ac doctrinae capita, quae per saecularis huius commemorationis decursum Nobis placuit ad meditandum imitandumque proponere. Quamvis diversa sint temporum adiuncta, quibus ipse vixit, putamus nihilominus non tam turbulentae aetati suae, quam christianae omnium temporum communitati emendandae sanctum hunc Caelitem divinitus fuisse datum. Scilicet non minus quam illius aetate, hodie Ecclesia talibus indiget ecclesiasticis viris, qui eadem vitae austeritate sanctitateque fulgeant, quique eodem flagrent incensissimo erga Ecclesiam amore; ita quidem, ut ab iis ductum et incitamentum suscipiens, Populus Dei salutare illud renovationis opus, quod per Concilium Vaticanum II feliciter incohatum est, alacri studiò prosequi pergat*

Ad hoc igitur, dilecte Fili, conferant saecularia sollemnia, quae celebraturi estis, opitulante precibus et patrocinio suo S. Petro Damiano.

[16] *Op.* XVII; *PL* 145, 386 B.
[17] *Vita Petri Damiani,* c. XVI; *PL* 144, 135 D.
[18] *Op.* V, *Praef.; PL* 145, 89 B.
[19] *Vita Petri Damiani,* c. XVI; *PL* 144, 133 A.
[20] *Vita Petri Damiani,* c. XVI; *PL* 144, 135 B.

Ac fore confidimus, ut praesertim vos, qui eius religiosae vitae formam amplexi estis, eius imaginem in vos referre eiusque sanctitatis nitore omni ope vestros conformare mores conitamini.

Qua suavissima spe freti, cum tibi, dilecte Fili, tum universae monasticae familiae tuae, Nobis sane carissimam, iisque omnibus qui sacris hisce celebrationibus quoquo modo operam dabunt, caelestium gratiarum auspicem, Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xvi mensis Februarii, anno MCMLXXII, Pontificatus Nostri nono.

PAULUS PP. VI

NUNTII GRATULATOMI

I

Ad E.mum P. D. Iosephum S. R. E. Cardinalem Slipyi, Archiepiscopum Maiorem Leopolitanum Ucrainorum, octogesimum natalem peragentem.

Mox tibi, Venerabilis Frater Noster, fugaces temporis vices afferent opportunitatem quae, cum haud saepius detur, ampla et praeclara iure merito esse aestimatur : octogesimum enim tuum perages natalem.

Benevolentiae caritas quaenam et quanta pectori Nostro inesset, crebris tibi patuit testimoniis. Nunc mirifica huiusmodi occasio sane poscit, ut tibi natalitia celebranti ea denuo declaretur et apertior patefiat.

Profecto Divinae Sophiae, e cuius scaturigine et fonte cuncta bona defluunt, ut desursum haec delapsa ad suum redeant principium, indeque vitali circulo descendant, iuges gratiarum actiones agendae sunt, eaeque in singularibus hisce adiunctis rerum per te effusiores sunt referendae. Nos autem tecum coniungentes observantiam pietatis, Deo hymnum persolvimus laudis, quod dedit tibi per tam longa emensa spatia vitae in famulatu fideli Ecclesiae salutaria cogitare, ardua moliri et fortiter etiam pati, quod quidem christianae virtutis insignis est nota et illustris praerogativa.

Etenim religiosum et philosophicum animum tuum nihil earum rerum, quae tristes reputantur, frangere potuerunt. Quin etiam haec

cum gaudio suscepisti, pro certo sciens sacerdotes Christi, cum consortes fiunt Christi Passionis, in evangelicae iustitiae agone effïcientiores et validiores procurrere.

Quapropter in fidei plenitudine stabilis, spe alacer, actuosus, semper aequa mensura et moderatione in prospiciendo usus, ora et labora, Evangelii gloriae amplificandae totus addictus. Itaque habens fiduciam in introitu sanctorum, in sanguine Christi, quam initiavit nobis viam novam et viventem per velamen, id est per carnem suam,[1] in senecta uberi, quasi redintegratae iuventae viribus florens, sensu catholicae unitatis et oboedientiae praeditus, operam tuam in emolumentum et decus Ecclesiae impendere perge. Quod est spes fiat prosperrimo exitu res, auspice Beatissima Deipara Virgine Maria, cuius maternae tutelae te tuaque amantibus votis confidimus.

Haec imo e pectore ominatis, nihil Nobis restat, Venerabilis Frater Noster, nisi ut tibi atque universis, qui prope vel procul octogesimi natalis tui piarum celebritatum erunt participes, Apostolicam Benedictionem, superni auxilii et praesidii pignus, peramanter impertiamus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxvin mensis Ianuarii, anno MCMLXXII, Pontificatus Nostri nono.

PAULUS PP. VI

II

Ad E.mum P. D. Leonem Stephanum S. R. E. Cardinalem Duval, Archiepiscopum Algeriensem, quinque condentem lustra a suscepta ordinatione episcopali.

Sacratissimo Natali Domini vertente festo, tibi, Venerabilis Frater Noster, grato animo affecti de sapienti opera, quam in superiore Synodo Episcopali impendisti, bene ominando gavisi sumus tibi significare? quaenam et quanta in te esset Nostrae benevolentiae caritas, tot insignibus meritis in famulatu Ecclesiae partis.

Nova nunc sufficitur tibi scribendi occasio, vicesimus quintus scilicet episcopatus tui natalis, eaque, praeclara quidem, renovat Nobis, id, quod iam experti sumus, dulce exspectatum oblectamentum temet non ore, sed scripto adeundi ac tecum amabiliter colloquendi.

[1] **Cfr. *Hebr.*, 10, 10-20.**

Hanc miram nacti temporis opportunitatem, quae sacrorum Antistitibus semper fausta esse censetur, tunc prompta vota renovamus, quin etiam tunc expressa sincero animo multiplicamus. Quidquid igitur est salutare, candidum, tibi et ministerio, cui sedulo vacas, qualibet ex parte profuturum a Deo, auctore et largitore omnium bonorum, pio oratu invocamus.

Nec laudis tibi nunc desit oportet iteratum praeconium. Enimvero per tot annorum curriculum in Africanis oris emensum, inter dura et aspera discrimina rerum, te praebuisti in exemplum sollertem pastorem, Catholicae Ecclesiae, matris et magistrae gentium, dignum Episcopum, cui Evangelium Christi est gloria spei et salutis, atque austera actio vitae cunctis, quibus potius prodesse quam praeesse contendis, spectabilis disciplina morum.

Quotquot te norunt nequit feliciter fieri, quin in te respectent et venerentur virum virtutum laudibus exornatum. Quas quidem nobiles animi dotes putamus esse quandam imaginem Sabaudiae, dulcis patriae tuae terrae, montanis verticibus arduae et caeruleo Lemanni nitore splendidae. Cum autem fortitudo et bonitas ibi solido foedere iunctae praeemineant, biblicum effatum ad te referri licet, semperque liceat : « De forti egressa est dulcedo ».[1]

In eo, quod teris, praeclaro itinere fac pergas securus, omnipotenti Dei auxilio confisus, Altissimi in umbra inhabitans. Deus pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ovium in sanguine testamenti aeterni, aptet te in omni bono, ut beneplacita voluntatis suae semper adimpleas,[2] privatim et publice in universos profundendae, maxime in christiani nominis dignitate conspicuos.

Deipara Virgo Maria, quae aeternae sapientiae est sedes et omnium nostrum est mater, te clientem suum diligentissimum tueatur, protegat et ad meliora, patrocinio suo nisum, servet.

Haec imo e pectore ominatis, nihil Nobis restat, Venerabilis Frater Noster, nisi ut tibi, actuoso Antistiti Auxiliari tuo et Christi gregis ovibus, moderamini tuo concreditis, Apostolicam Benedictionem, supernae munificentiae pignus peramanter impertiamus.

Ex Aedibus Vaticanis die III mensis Februarii, anno MCMLXXII, Pontificatus Nostri nono.

PAULUS PP. VI

[1] ***Iudic,* 14, 14.**
[2] **Cfr. *Hebr.* 13, 21.**

III

Ad E.mum P. D. Alfredum Vincentium S. R. E. Cardinalem Scherer, Archiepiscopum Portalegrensem in Brasilia, quinque condentem lustra ex quo episcopalem suscepit ordinationem.

Insignis ad memoriam mox tibi, Venerabilis Frater Noster, continget celebrandus eventus : quinque enim exacta decurrent lustra, ex quo ipse ordinationem episcopalem suscepisti.

Cum vir tu sis egregie cordatus, numquam ab illa gravissima et certa sententia discedis, primo referendam esse gratiam Deo : « est enim huiusmodi gratiae vis, ut et cum refertur, habeatur; et habendo referatur».[1]

Quapropter potissimum hisce in sollemnibus temporis adiunctis religioso cum mentis obsequio exsolves bonorum omnium Auctori et Largitori debitum hymnum laudis ob innumera beneficia, quibus hactenus emensa vitae tuae spatia ornavit, conspersit; et ad pia expromenda gaudia clerum et christifideles archidioecesis Portalegrensis in Brasilia, cui digne praees, invitabis.

Quibus coetibus decet, ut in auctum communis laetitiae vox tibi insonet Nostra, quae salutariter ominantibus votis meritum adiungat de bene dictis et gestis praeconium. Pro comperto sane est Nobis te observantia pietatis spectabilem, ingenio facilem, hominum verumque usu instructum, in ministerii tibi crediti perfunctione fructuose vacasse.

ascoltare l'eco della voce del Signore in chi ci parla in nome del Signore, come fa il Vescovo, e così il maestro di spirito, o qualche amico buono e illuminato; ascoltare anche la voce del Popolo di Dio, quando ci richiama ai nostri doveri, o chiede talvolta da noi qualche servizio conforme al nostro ministero, (ma ciò con la dovuta prudenza, necessaria in simile contingenza, essendo facile in questo campo l'esaltazione, la pretesa pubblicitaria, o l'insinuazione d'interessi o di metodi profani). Ascoltare mediante lo studio della scienza sacra, (spesso i professionisti laici nel campo proprio sono più informati nelle materie di loro competenza, che non noi nelle dottrine religiose).[22] Ascoltare finalmente mediante l'orazione mentale, la meditazione : bene sappiamo come essa abbia ragione di alimento per la nostra vita personale e spirituale.[23] Davvero ripetiamo con Gesù : *beati qui audiunt verbum Dei et custodiunt illud.*[24]* E poi, per essere veri discepoli : *imitare!* Quanto vi sarebbe da dire su quest'altra conseguenza del fatto che noi siamo della scuola di Cristo, proprio in questo tempo in cui siamo assaliti dalla secolarizzazione, e dal tentativo di far perdere al Clero i suoi connotati esteriori e, purtroppo, anche quelli interiori. Il così detto « rispetto umano », che ha fatto cadere perfino Pietro, potrebbe tentare anche noi a simulare ciò che non siamo, e a farci dimenticare l'esortazione di S. Paolo : *nolite conformari huic saeculo!*[25] mentre l'« imitazione di Cristo » dev'essere lo studio pratico per la nostra condotta. Non diciamo ora di più su tema così conosciuto e così aderente alla esigenza intrinseca dell'identità sacerdotale. Vi è ancora una nota essenziale, nel pensiero di Gesù, per la nostra identità. Ed è che da discepoli Egli ci ha promossi *apostoli.* State a sentire, quasi in sintesi di ciò che andiamo dicendo, l'evangelista S. Luca : Cristo *vocavit discipulos suos et elegit duodecim ex ipsis, quos et apostolos nominavit.*[26] Non ci pare abusiva; servatis servandis, 1'applicazione di questo sovrano titolo di apostoli ai Sacerdoti; anzi, la ricerca in questo titolo stesso delle potestà e delle funzioni proprie del Sacerdote di Cristo.

Ciascuno di noi può dire : sono *apostolo.* Apostolo, che cosa vuol dire? Vuol dire inviato, mandato. Mandato da chi? e mandato a chi?

[22] Cfr. *Lc.* 16, 8.
[23] Cfr. *Io.* 8, 31.
[24] *Lc.* 8, 21; cfr. 11, 28.
[25] *Rom.* 12, 2.
[26] *Lc.* 6, 13.

La risposta all'una e all'altra domanda ce la dà Gesù stesso, la sera della sua risurrezione : *sicut misit me Pater, et Ego mitto vos.*[27] Pensate. Vi è davvero di che rimanere sbalorditi : donde viene il mio Sacerdozio e dove tende? e che altro è se non un tramite di vita divina, il quale serve, per estensione della missione salvifica, divino-umana di Cristo, a comunicare i misteri divini all'umanità? Così ci si consideri, dirà San Paolo, come *dispensatores mysteriorum Dei.*[28] Siamo ministri di Dio.[29] Cioè servitori; non avremo mai dato sufficiente pienezza di significato a questo termine, relativo tanto alla nostra persona ed ancor più alla nostra missione, come Cristo volle definire la sua,[30] e com'Egli volle fosse la nostra, in profonda umiltà, in perfetta carità : ... *et vos debetis alter alterius lavare pedes!*[31] Ma insieme quale dignità, quali potestà comporta tale servizio : è quello d'un ambasciatore! *Pro Christo... legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos.*[32] E con i poteri sacramentali che faranno di noi strumenti dell'azione stessa di Dio nelle anime. Non è più la sola nostra attività umana che ci caratterizza, ma è l'investitura della virtù divina operante nel nostro ministero. Compreso il senso ed il valore sacramentale del nostro ministero, cioè del nostro apostolato, una collana di altre definizioni possono dare spirituale, ecclesiale ed anche sociale figura al Sacerdote cattolico, così da identificarlo unico fra tutti, sia dentro che fuori della società ecclesiastica. Egli è non solo il Presbitero che presiede al momento religioso della comunità, ma è veramente l'indispensabile ed esclusivo ministro del culto ufficiale, compiuto *in persona Christi* ed insieme *in nomine populi,* l'uomo della preghiera, il solo operatore del sacrificio Eucaristico, il vivificatore delle anime morte, il tesoriere della grazia, l'uomo delle benedizioni. Egli, il Sacerdote-apostolo, è il teste della fede, egli è il missionario del Vangelo, egli è il profeta della speranza, egli è il centro di promozione e di recapito della comunità, egli è il costruttore della Chiesa di Cristo fondata su Pietro. Ed ecco poi il suo titolo proprio, umile e sublime : egli è il Pastore del Popolo di Dio, è l'operaio della carità, il tutore degli orfani e dei piccoli, l'avvocato dei poveri, il consolatore dei soffe-

[27] ***Io.* 20, 21.**
[28] ***1 Cor.* 4, 1.**
[29] ***2 Cor.* 6, 4.**
[30] **Cfr. *Ut.* 20, 28.**
[31] ***Io.* 13, 14.**
[32] ***2 Cor.* 5, 20.**

renti, il padre delle anime, il confidente, il consigliere, la guida, l'amico per tutti, l'uomo « per gli altri », e, se occorre, l'eroe volontario e silenzioso. A ben guardare nel volto anonimo di questo uomo solitario, senza focolare proprio, si scorge l'uomo che non sa più amare come uomo, perché tutto il suo cuore lo ha dato, senza più nulla ritenere per sé, a quel Cristo che ha dato se stesso fino alla croce per lui,[33] e a quel prossimo ch'egli s'è prefìsso d'amare alla misura di Cristo ;[34] è questo infatti il senso della sua intensa e beata immolazione celibataria, in una parola, è un altro Cristo. Questa finalmente è l'identità del Sacerdote ; l'abbiamo udito ripetere tante volte : è un altro Cristo. Allora : perché dubitare? perché temere?

XIII

Ad Excellentissimum Virum Stane Kolman, liberis cum mandatis Foederatarum Reipublicae Iugoslaviae Civitatum Legatum, qui Summo Pontifici Litteras commissi muneris fidem facientes tradidit. *

Monsieur l'Ambassadeur,

Nous remercions Votre Excellence de ses aimables paroles et Nous sommes heureux de lui souhaiter la bienvenue en cette circonstance solennelle où elle nous présente les Lettres qui l'accréditent comme Ambassadeur extraordinaire et plénipotentiaire de la République Socialiste Federative de Yougoslavie auprès du Saint-Siège.

Nous savons la longue expérience que vous avez eu l'occasion d'acquérir et de mettre en œuvre dans les postes diplomatiques qui vous furent confiés. Celui auquel vous accédez maintenant présente un caractère assez particulier dans le concert des nations. Votre mission, à laquelle Nous souhaitons le meilleur succès, s'ouvre sous d'heureux auspices, au lendemain d'une période qui a enregistré de notables développements dans les relations mutuelles entre votre pays et le Saint-Siège.

Nous agréons avec satisfaction les sentiments dont Son Excellence Monsieur le Président de la République vous a chargé d'être l'interprète. Nous sommes loin d'oublier sa visite, et Nous vous confions le

[33] **Cfr. *Gal.* 2, 20.**
[34] **Cfr. *Io.* 13, 15.**

*** Die 28 mensis februarii a. 1972.**

soin de lui exprimer les vœux sincères que Nous formons pour lui comme pour la prospérité et le bonheur de toutes les populations yougoslaves. Celles-ci, vous le savez, nous demeurent bien chères à plusieurs titres. Nous avons grande estime pour leur histoire passée, si riche de valeurs humaines, culturelles et religieuses; et Nous avons aussi très présents à l'esprit les événements qui marquent leur vie présente. Il Nous est bien agréable, en cette circonstance, de manifester, par-delà votre personne, l'estime et la bienveillance que Nous éprouvons à leur endroit.

Nous sommes très attentif aussi aux préoccupations de votre Gouvernement, notamment en ce qui concerne le règlement pacifique des conflits et l'établissement d'une paix durable entre les nations. Il est évident qu'une telle paix ne peut se fonder que sur la justice, dans le respect des droits imprescriptibles des personnes et des minorités, et avec le souci d'harmoniser l'épanouissement de chacun avec le bien commun du pays, de l'Europe ou de l'ensemble des peuples.

Parmi ces droits et ces éléments de paix, l'Eglise est soucieuse avant tout du respect des consciences et des communautés religieuses. C'est d'ailleurs notre conviction et notre expérience : la paix religieuse qui résulte d'un tel respect constitue un signe, un stimulant et un facteur important de progrès dans tous les domaines, puisqu'elle est liée, de la façon la plus profonde, à la dignité, à la liberté et au dynamisme intime des personnes.

De la même façon, tout ce qui est bon et grand, tout ce qui est honnête et juste, tout ce qui a contribué et contribue aujourd'hui au véritable développement humain, sur le plan économique, social, culturel, artistique, moral, spirituel, intéresse vraiment l'Eglise : elle est prête à le défendre, à le valoriser, à le promouvoir. En ce sens, elle invite ses fils, les croyants, à coopérer loyalement avec tous les hommes de bonne volonté pour la construction d'un monde toujours meilleur, plus juste et plus fraternel. Pour elle, dans une civilisation digne de ce nom, toutes les personnes et tous les éléments constitutifs des peuples trouvent leur place, apportent librement leur part originale de travail, de responsabilité, d'humanisme, de culture et de foi, et sont associés à l'œuvre commune. C'est dans cet esprit que Nous formons des vœux cordiaux pour la paix et le bien-être de chaque nation, et de chaque association internationale en attendant de voir cette coopération féconde s'étendre et se réaliser aux dimensions mêmes de l'univers, selon le plan du Créateur sur la famille humaine.

Telles sont, Votre Excellence le sait, les préoccupations constantes du Saint-Siège, tel est l'idéal qui nous anime dans nos relations avec ceux qui tiennent en mains le destin des peuples, et avec leurs représentants. Heureux de la compréhension que Nous avons déjà rencontrée auprès des autorités de votre pays, Nous ne doutons pas, Monsieur l'Ambassadeur, que votre mission ne contribue à instaurer des rapports toujours plus fructueux pour la République Socialiste Federative de Yougoslavie comme pour l'Eglise catholique. Et en vous redisant nos meilleurs souhaits, Nous appelons les bienfaits de Dieu sur votre personne, ceux qui vous sont chers et toutes les populations yougoslaves.

NUNTIUS RADIOTELEVISIFICAS

Catholicarum Scholarum in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus alumnis, ad illorum excitandam caritatem in egentes quarundam Orbis regionum pueros. *

Dear Children,

On this the first day of Lent, as we begin the liturgical season of sacrifice and self-denial in préparation for Easter, we ask each and every one of you to remember millions of needy, homeless and hungry children in other countries around the world. They dépend so much for help upon your annual donations to the Catholic Relief Overseas Aid Fund.

Over the years, your offerings have made it possible for the American Bishops' overseas Organization, Catholic Relief Services, to bring food, clothing and medicines to poor children in many countries. For many of thèse boys and girls, this is their only source of aid.

We are especially alarmed today with the situation in India and Pakistan. Millions of human beings have lef t their homes in East Pakistan and have gone in search of refuge in India. They have travelled long miles without food. They have arrived in refuge camps weak and sick, owning only what they could carry on their backs or in their arms.

*** Die 16 mensis februarii a. 1972.**

Life in thèse refugee camps is harsh. There is little to eat. Disease and death are ever présent. We fear that as this terrible situation continues, the hardships of the refugees will increase. There are so many hundreds of thousands, that further help must come f rom around the world. We are most fearful that many children will die f rom malnutrition.

Your own Catholic Relief Services and its staff have been working in the refugee camps since this crisis began last year. From the United States, your Organization has sent vaccine, shelter, food, medicines, and other relief supplies. In India, millions of loaves of bread are being baked to feed young and old alike; clothing has been bought and distributed, as well as tents and medicines. Many of you have already helped to make this aid possible when you answered our appeal in October for a special day of prayer, fasting and almsgiving.

Sadly, the suffering continues and there seems to be no early end to the problem. We are asking you, therefore, to continue to show Christian love.

At the same time, we cannot forget the poor of other lands in Asia, in Africa and Latin America. Your Catholic Relief Services is at work in all the deprived áreas of the world. It gives the young the basic necessities of life and furnishes them schools for an éducation. It helps them learn a trade or develop better farms to grow more of their own food. It teaches mothers how to prevent disease and malnutrition in infants.

Your part has been most important in making Catholic Relief Services a vital and effective agency for the Church in her role to help abolish poverty and social injustices. As you begin to make your Lenten sacrifices, you should think of how each little donation may keep some child alive or make his future a better one.

Our Blessed Lord has asked us to feed the hungry, clothe the naked, heal the sick, shelter the homeless and give drink to the thirsty. When you help the work of the Catholic Relief Overseas Aid Fund, you are doing God's work. You are showing your love for your neighbor and for Christ himself.

In his name we thank you for your efforts and your generosity. T o you and to your parents and br other s and sisters we affectionately impart our special Apostolic Blessing.

NUNTIUS RADIOPHONICUS

Christifidelibus Brasilianis cum annuum ibidem Fraternitati Conciliandae Coeptum initium habuit. *

Amados Filhos do Brasil,

Mais urna vez estamos convosco, ao começar nova fase da *Campanha da Fratemidade,* no vosso imenso e belo País.

Sentimo-Nos feliz neste encontró !

Ele se realiza em Cristo : por Ele, nos tornamos filhos de Deus ; com Ele, e em Seu nome, queremos contribuir para um mundo mais fraterno; e, por isso, n'Ele nos achamos hoje unidos, em virtude do amor do Seu Espirito, que nos foi dado.

Com Ele, por Ele e n'Ele, vos saudamos com afeto, rendemos graças ao Pai que está nos céus, e Lhe pedimos luzes e calor para os trabalhos e iniciativas desta Campanha, que se propos o tema auspicioso : *Desondra a felicidade de servir.*

Servir: palavra mágica e galvanizante, sobretuto para os jovens; e o Brasil é urna naçjâo onde predominam os jovens. Por toda a parte se nota, entre a juventude, sede de ideal, numa procura, às vezes impulsiva, de um sentido para a existencia.

Pois bem : onde encontrar esse sentido? — Cristo fornece urna pista, com o Seu exemplo : « Aquêle que entre vos quiser ser grande, seja o vosso servo. E quem de entre vos quiser ser o primero, seja o vosso servo. Do mesmo modo que o Filho do hömern, que nao veio para ser servido, mas para servir e dar a Sua vida como resgate por muitos ï).[1]

E come servir? — Imitando Cristo e observando o « mandamento novo » que d'Eie recebemos : « quem ama a Deus, ame também o seu irmâo »,[2] demonstrando-lhe esse amor por todos os meios ao seu alcance. E isso exige renuncias, identificaçâo, de algum modo, com a pessoa amada, e muita generosidade.

Olhai ainda para Cristo: Eie, para nos promover, o que fez? — ((Despojou-se)) do melhor que tinha, a condiçâo divina ; depois, colocou-se no nosso lugar, assumindo a « condiçâo de servo » ; e levou a Sua generosidade até ao ponto de humilhar-se a Si mesmo, « até à

*** Die 21 mensis februarii a. 1972.**

[1] ***Mt.* 20, 26-28.**

[2] ***1 Jo.* 4, 21.**

morte e morte de cruz ».[3] E foi com este amor, posto em pràtica, que nos tornamos nada menos que fìlhos de Deus.

Depois, considerai o que o mesmo Cristo ensina, sobre aqueles a quem devemos servir e que encontramos por toda a parte — ñas cidades, nos campos, nos suburbios e ñas favelas ; eles sâo os « mais pequeninos)), a estender-nos a mäo, a solicitar a nossa ajuda e o nosso amor. Mas têm urna dignidade, que há-de ser respeitada : « o que fizestes a um dêstes meus irmâos, mais pequeninos, a mim o fizestes)).[4]

Este respeito, até à identificaçâo de sentimentos, cria o clima de simpatia, onde desabrochará em obras de misericòrdia, espirituais e temporais, o amor desinteressado, o único que constrói a autèntica fraternidade.

((Todos os homens sâo meus irmâos ». Por isso, há que promovê-los, levar os « mais pequeninos » a comungar, na verdade e no amor, os bens da familia humana. Isso é o alicerce de toda a justiça e equidade, que garante a nossa propria felicidade, na paz e na alegria.

E nos, cristâos, se queremos descobrir e viver, com Cristo, a felicidade de servir, temos que morrer com Cristo, para o individualismo, para o egoísmo e para o isolamento, a firn de ressuscitar com Cristo, para as alegrías da Páscoa : « Fazei-vos servos uns dos outros, pela caridade ».[5]

Que a isso vos anime a força de Deus, que, para todos vos, imploramos, ao abençoar-vos :

Em nome do Pai £ß e do Filho **£B** e do Espirito Santo £g Amén!

PAULUS PP. VI

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Australasiae Episcopis, annua, quadragesimali tempore, ea in regione stipe collecta.

Lent is a time to pause and reflect—a time to prepare for the special célébration of Christ's passion, death and résurrection.

The Lord's paschal mystery was motivated by love for his Father and for mankind and there is no better préparation for the Easter

[3] **Cfr.** ***Filp.*** **2, 7-8.**
[4] ***Mt.*** **25, 40.**
[5] ***Gal.*** **5, 14.**

feast than a renewed commitment to the love that inspired Christ to lay down his lite and to take it up again.[1]

Love is indeed the greatest of the virtues and true love of God must always find expression in love of neighbour; of necessity it means service r ender ed to others in the name of Christ.

We see in "Project Compassion" a wonderful means for all our beloved sons and daughters in Australia to join together in a spirit of fraternal sharing for the benefit of their followmen and thus to fulfil the will of Christ, who said : " In so far as you did this to one of the least of these br others of mine, you did it to me ".[2]

We are confident that the response to this Annual Lenten Family Campaign will once again be eloquent proof of how the Catholics of Australia understand the aspirations of the poor and needy. Through their sharing your people hopefully will pursue Christ's mission of uplifting mankind to the level of human development and dignity befitting ail G od's children.

On this occasion we encourage you and your faithful—ali the clergy, religious and laity of Australia—to continue their many works inspired by Christian love and rendered possible by Project Compassion and by the self-discipline that it supposes for each member of each family.

And while we express deep gratitude for ail that you have already done and will do to show forth Christ's love, we implore for ail of you a full sharing in his paschal mystery and most cordially impart our Apostolic Blessing.

From the Vatican, 30 October 1971.

PAULUS PP. VI

[1] **Cfr. *Jn* 10:17.**
[2] ***Mt* 25-40.**

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

DECLARATIO

ad fidem tuendam in mysteria Incarnationis et Sanctissimae Trinitatis a quibusdam recentibus erroribus.

1. Mysterium Filii Dei, qui homo factus est, et mysterium Sanctissimae Trinitatis, quae ad intima Revelationis pertinent, Christifidelium vitam incorrupta sua veritate illuminent necesse est. Cum autem recentibus erroribus haec mysteria concutiantur, Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei traditam de eisdem mysteriis fidem recolere tutarique statuit.

2. *Fides catholica in Filium Dei, qui homo factus est.* — Iesus Christus, cum in terris versaretur, variis modis, verbo et opere, significavit adorabile suae personae mysterium. Postquam autem « obediens usque ad mortem »[1] factus est, gloriosa resurrectione divinitus exaltatus fuit, sicut conveniebat Filio « per quem omnia »[2] a Patre condita sunt. De eo S. Ioannes sollemniter pronuntiavit: « In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum et Deus erat Verbum ... Et Verbum caro factum est))[3].

Ecclesia mysterium Filii Dei, qui homo factus est, sancte servavit atque ((aetatum ac saeculorum gradibus »[4] sermone magis explicato ad credendum proposuit. In Symbolo enim Constantinopolitano, quod usque in hodiernum diem recitatur in celebratione eucharistica, ipsa confitetur « Iesum Christum, Filium Dei unigenitum et ex Patre natum ante omnia saecula, ... Deum verum de Deo vero, ... consubstantialem Patri, ... qui propter nos homines et propter nostram salutem, ... ho-

[1] Cfr. *Phil*, 2, 6-8.

[2] *1 Cor.* 8, 6.

[3] *Io.* 1, 1. 14 (cfr. 1, 18).

[4] Cfr. Conc. Vat. I: Const. dogm. *Dei Filius,* c. 4; *Conc. Oec. Decr.,* Herder, 1962, p. 785; Dz.-Sch., 3020.

me- factus est ».[5] Concilium Chalcedonense confitendum decrevit Filium Dei ante omnia saecula de Patre genitum esse secundum deitatem, ac in tempore genitum esse ex Maria Virgine secundum humanitatem.[6] Insuper hoc Concilium unum eumdemque Christum Filium Dei nuncupavit personam seu hypostasim, eius autem deitatem necnon eius humanitatem nuncupavit naturam ; atque per haec nomina docuit in unam Redemptoris nostri personam inconfuse, immutabiliter, indivise et inseparabiliter convenire utramque eius naturam, divinam et humanam.[7] Simili modo Concilium Lateranense IV credendum profitendumque docuit unigenitum Filium Dei, coeternum Patri, factum esse verum hominem ac unam in duabus naturis esse personam.[8] Ea est catholica fides, quam nuper Concilium Vaticanum II, constanti totius Ecclesiae Traditioni inhaerens, pluribus in locis perspicue expressit.[9]

3. *Recentes errores circa fidem in Filium Dei hominem factum.* — Huic fidei aperte adversantur opiniones iuxta quas nobis revelatum notumque non esset Filium Dei ab aeterno in mysterio Deitatis subsistere distinctum a Patre et Spiritu Sancto; itemque opiniones secundum quas evacuanda esset notio unius personae Iesu Christi, genitae a Patre ante saecula secundum divinam naturam et in tempore ex Maria Virgine secundum naturam humanam ; ac denique assertio secundum quam humanitas Iesu existeret, non ut assumpta in personam aeternam Filii Dei, sed potius in seipsa ut persona humana, ideoque mysterium Iesu Christi in eo consisteret quod Deus se revelans summo modo praesens esset in persona humana Iesu.

Qui ita sentiunt, a vera fide in Christum longe remanent, etiam cum asserunt singularem Dei praesentiam in Iesu efficere ut ipse summum ultimumque culmen sit divinae Revelationis ; neque veram fidem in Christi divinitatem recuperant, cum addunt Iesum dici posse Deum, eo quod, in eius humana, quam dicunt, persona, Deus summe praesens sit.

[5] *Missale Romanum,* ed. typica, Typis Polyglottis Vaticanis, 1970, p. 389; Dz.-Sch., 150. Cfr. etiam Conc. Nie. I: *[Expositio fidei]; Conc. Oec. Decr.,* p. 4s; Dz.-Sch., 125s.

[6] Cfr. Conc. Chale: *[Definitio]; Conc. Oec. Decr.,* p. 62; Dz.-Sch., 301.

[7] Cfr. ibid. ; Dz.-Sch., 302.

[8] Cfr. Conc. Lat. IV: Const. *Firmiter credimus; Conc. Oec. Decr.,* p. 206; Dz.-Sch., 800 s.

[9] Cfr. Conc. Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* nn. 2, 3; Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* nn. 2, 3; Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 22; Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio,* n. 12; Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. i; Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 3. Cfr. etiam Paulus Pp. VI, *Sollemnis professio fidei,* n. 11, *A.A.S.* 60 (1968), p. 437.

4. *Fides catholica in Sanctissimam Trinitatem ac speciatim in Spiritum Sanctum.* — Cum derelinquitur mysterium personae divinae et aeternae Christi Filii Dei, veritas de Sanctissima Trinitate quoque pessumdatur et, cum ea, veritas de Spiritu Sancto qui a Patre Filioque, seu ex Patre per Filium,[10] ab aeterno procedit. Ideo, attentis erroribus recentibus, quaedam de fide in Sanctissimam Trinitatem ac speciatim in Spiritum Sanctum recolenda sunt.

Secunda Epistola ad Corinthios desinit admirabili illa formula : ((Gratia Domini Iesu Christi et caritas Dei et communicatio Spiritus Sancti cum omnibus vobis » .[11] Mandatum autem baptizandi, in Evangelio S. Matthaei consignatum, Patrem et Filium et Spiritum Sanctum nominat uti tres qui ad mysterium Dei pertinent et in quorum nomine novi fideles regenerentur oportet.[12] Denique in Evangelio S. Ioannis, Iesus de adventu Spiritu Sancti dicit : « Cum autem venerit Paraclitus quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me».[13]

Divinae autem Revelationis indicationibus innixum, Magisterium Ecclesiae, cui soli concreditum est « munus authentice interpretandi verbum Dei scriptum vel traditum »,[14] confessum est in Symbolo Constantinopolitano « Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem, ... qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur ».[15] Pariter Concilium Lateranense IV credendum profitendumque esse docuit « quod unus solus est verus Deus ... Pater et Filius et Spiritus Sanctus: tres quidem personae, sed una essentia, ... : Pater a nullo, Filius a Patre solo ac Spiritus Sanctus pariter ab utroque, absque initio semper ac sine fine ».[16]

5. *Recentes errores de Sanctissima Trinitate ac speciatim de Spiritu Sancto.* — A fide igitur deerrat opinio secundum quam Revelatio nos incertos relinqueret de aeternitate Trinitatis et speciatim de aeterna existentia Spiritus Sancti ut personae, in Deo, a Patre Filioque distinctae. Verum est Sanctissimae Trinitatis mysterium nobis revelatum esse in

[10] Cfr. Conc. Flor. : Bulla *Laetentur caeli; Conc. Oec. Decr.*, p. 501 s. ; Dz.-Sch., 1300 s.

[11] *2 Cor.* 13, 13.

[12] Cfr. *Mt.* 28, 19

[13] *Io.* 15, 26.

[14] Conc. Vat. II: Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum*, n. 10.

[15] *Missale Romanum*, loc. cit.; Dz.-Sch., 150.

[16] Cfr. Conc. Lat. IV: Const. *Firmiter credimus; Conc. Decr.*, p. 206; Dz.-Sch., 800.

oeconomia salutis, maxime in Christo, qui a Patre in mundum missus est et qui cum Patre mittit in Populum Dei Spiritum vivificantem. Sed hac Revelatione credentibus aliqua cognitio data est etiam vitae intimae Dei, in qua ((Pater generans, Filius nascens et Spiritus Sanctus procedens » sunt ((consubstantiales et coaequales, coomnipotentes et coaeterni ».[17]

6. *Mysteria Incarnationis et Trinitatis fideliter servanda et illustranda.* — Ea quae in allatis Conciliorum documentis exprimuntur de uno eodemque Christo Filio Dei, genito ante saecula secundum naturam divinam et in tempore secundum naturam humanam, necnon de aeternis personis Sanctissimae Trinitatis ad immutabilem fidei catholicae veritatem pertinent.

Hoc sane non impedit quominus Ecclesia sui officii esse existimet nisus non intermittere ut, spectatis novis quoque modis cogitandi hominum, supradicta mysteria etiam atque etiam inspiciantur contemplatione fidei et indagatione theologorum aptaque ratione amplius explicentur. Sed dum necessarium investigandi ofiicium usurpatur, diligenter cavendum est ne arcana illa mysteria unquam ab illo sensu detorqueantur quem « intellexit et intelligit Ecclesia ».[18]

Horum mysteriorum incorrupta veritas ad totam Revelationem Christi maxime interest, cum ad huius centrum ita pertineant, ut, si labefactentur, reliquum Revelationis thesaurum etiam adulteretur. Eorumdem mysteriorum veritas ad rationem christianam agendi non minus interest, tum quia nihil tantopere manifestat Dei caritatem, cui tota vita christiana respondeat oportet, quam Incarnatio Filii Dei, Redemptoris nostri,[19] tum quoniam « homines per Christum, Verbum carnem factum, in Spiritu Sancto accessum habent ad Patrem et divinae naturae consortes efficiuntur ».[20]

7. Circa veritates ergo quas praesens Declaratio tuetur, Ecclesiae Pastorum est unitatem in profitenda fide requirere a populo suo ac speciatim ab eis qui ex mandato a Magisterio accepto scientias sacras

[17] **Cfr. ibid.**

[18] **Conc. Vat. I: Const. dogm. *Dei Filius,* c. 4, can. 3; *Conc. Oec. Decr.,* p. 787; Dz.-Sch. 3043. Cfr. Ioannes XXIII, *Alloc, in S. Conc. Vat. II inaugurat ione, A.A.S.* 54 (1962) p. 792, et Conc. Vat. II: Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 62. Cfr. etiam Paulus Pp. VI, *Sollemnis professio fidei,* n. 4, *A.A.S.* 60 (1968), 434.**

[19] **Cfr. *1 Io.* 4, 9 s.**

[20] **Cfr. Conc. Vat. II: Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* n. 2; cfr. *Eph.* 2, 18; *2 Petr.* 1, 4.**

docent aut verbum Dei praedicant. Hae partes Episcoporum pertinent ad munus illis divinitus creditum « depositum fidei)) in communione cum Petri Successore « purum et integrum servandi » atque ((Evangelium indesinenter annuntiandi)) ;[21] quo ex munere etiam tenentur minime pati ut ministri verbi Dei, a sana doctrina deflectentes, eam corruptam aut mancam tradant.[22] Populus enim curis Episcoporum commissus, ((de quo » ipsis ((Deo est ratio reddenda »,[23] ((iure sacro, de quo cedere nequit, fruitur accipiendi verbum Dei, totum scilicet verbum Dei, quod altius cognoscere Ecclesia non desinit ».[24]

Christifideles autem — et in primis theologi, pro eorum magno munere necessarioque in Ecclesia servitio — fideliter confiteantur necesse est mysteria quae hac Declaratione recoluntur. Pariter, movente ac illuminante Spiritu Sancto, Ecclesiae filii toti doctrinae fidei inhaereant oportet sub ductu suorum Pastorum et universae Ecclesiae Pastoris,[25] « ita ut in tradita fide tenenda, exercenda profitendaque singularis fiat Antistitum et fidelium conspiratio ».[26]

Declarationem hanc ad fidem tuendam in mysteria Incarnationis et Sanctissimae Trinitatis a quibusdam recentibus erroribus .^wmws *Pontifex PAULUS div. Prov. Pp. VI in Audientia concessa infrascripto Praefecto Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei, die 21 februarii a. 1ÏÏ12 ratam habuit, confirmavit atque evulgari iussit.*

Datum Romae, ex aedibus S. Congr. pro Doctrina Fidei, die xxi mensis februarii, in festo S. Petri Damiani, a. D. MCMLXXII.

FRANCISCUS Card. SEPBR, *Praefectus*

SB Paulus Philippe, Archiep. tit. Heracleopolitanus, *a Secretis*

[21] **Cfr. Paulus Pp. VI, Adhortatio apostolica *Quinque iam anni,* in *A.A.S.* 63 (1971), p. 99.**

[22] **Cfr. *2 Tim.* 4, 1-5. Cfr. Paulus Pp.** VI, ***ibid.,*** **p. 103 s. Cfr. etiam *Synodus -Episcoporum* (1967): *Relatio Commissionis Synodalis constitutae ad examen ulterius peragendum circa opiniones periculosas et atheismum,* II, 3: *De pastorali ratione agendi in exercitio Magisterii,* Typis Polyglottis Vaticanis, 1967, p. 10s.; *(L'Oss. Rom.* 30-31 oct. 1967, p. 3).**

[23] **Paulus Pp. VI, ibid., p. 103.**

[24] **Cfr. Paulus Pp. VI, ibid., p. 100.**

[25] **Cfr. Conc. Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* nn. 12, 25; *Synodus Episcoporum* (1967): *Relatio Commissionis Synodalis...* II, 4: *De theologorum opera et responsabilitate...* p. 11; *(L'Oss. Rom.,* loc. cit.).**

[26] **Conc. Vat. II: Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* n. 10.**

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 3 Ianuarii 1972. — Titulari episcopali Ecclesiae Belalitanae praefecit R. D. Henricum von Soden-Fraunhofen, parochum in civitate vulgo Landshut archidioecesis Monacensis et Frisingensis, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Iulii S. R. E. Cardinalis Döpfner, Archiepiscopi Monacensis et Frisingensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vageatensi R. D. Franciscum Schwarzenbek, consiliarium Curiae Metropolitanae Monacensis et Frisingensis, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Iulii S. R. E. Cardinalis Döpfner, Archiepiscopi Monacensis et Frisingensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Dionysianensi R. D. Rodulfum Schmid, canonicum Capituli Cathedralis Ecclesiae Augustanae Vindelicorum, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Stimpfle, Episcopi Augustani Vindelicorum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Iubaltianensi R. D. Manfredum Müller, sacerdotem dioecesis Augustanae Vindelicorum, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Stimpfle, Episcopi Augustani Vindelicorum.

die 7 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Nanceiensi Exc. P. D. Ioannem Bernard, hactenus Episcopum tit. Vicoturrensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thasbaltensi R. D. Ioannem Gurda, Canonicum Cathedralis Ecclesiae Kielcensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Jaroszewicz, Episcopi Kielcensis.

die 20 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Ruremondensi R. D. Ioannem Baptistam M. Gijsen, sacerdotem eiusdem dioecesis.

die 21 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Buxentinae R. D. Desiderium Elsum Collino, curionem paroeciae Ecclesiae Cathedralis Rosariensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Villelmi Bolatti, Archiepiscopi Rosariensis.

die 31 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Camplensi R. **P.** Celsum Pereira de Almeida, sodalem Ordinis Fratrum Praedicatorum,

quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Alani Mariae du Noday, Episcopi Portus Nationalis.

die 2 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Oornubiensi R. P. D. Iacobum McGuinness, Vicarium Generalem Nottinghamensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Eduardi Ellis, Episcopi Nottinghamensis.

die 3 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Elnensi Exc. P. D. Enricum L'Heureux, hactenus Episcopum tit. Celenensem.

die b Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Pauzerensi R. P. Iosephum Augustinum Ganuza Garcia, sodalem Ordinis Recollectorum S. Augustini, Praelatum Buccae Taurinae.

die 8 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Armeniensi R. D. Libar - dum Ramírez Gómez, e clero dioecesis Garzonensis-Neivensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Basticensi R. P. D. Carolum Alexandrum Riempa, e clero dioecesis Veszprimiensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Clypiensi R. D. Arpad Fabian, e clero dioecesis Vaciensis, moderatorem Pontifici Instituti Ecclesiastici Hungarici in Urbe.

— Titulari episcopali Ecclesiae Girensi Tarasii R. D. Ladislaum Lekai, e clero dioecesis Veszprimiensis, parochum in oppido vulgo Badacsonitomaj.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sitabensi R. D. Ladislaum Kadar e clero archidioecesis Agriensis, Notarium Tribunalis eiusdem archidioecesis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ladislai Lekai, Episcopi tit. Girensis Tarasii, Administratoris Apostolici dioecesis Veszprimiensis.

die 19 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Beirensi Exc. P. D. Altinum Ribeiro de Santana, hactenus Episcopum Sadabandeiropolitanum.

— Cathedrali Ecclesiae Belopolitanae Exc. P. D. Felicem Niza Ribeiro, hactenus Episcopum Tetiensem.

— Cathedrali Ecclesiae Novae Lisbonae Exc. P. D. Americum Henriques, hactenus Episcopum Lamacensem.

— Cathedrali Ecclesiae Sadabandeiropolitanae Exc. P. D. Enricum Dias Nogueira, hactenus Episcopum Cabralopolitanum.

— Cathedrali Ecclesiae Tetiensi R. P. Augustum Caesarem Alves Ferreira da Silva, C. M., moderatorem Provinciae Lusitanae Congregationis Missionis.

die 23 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Elvensi R. D. Raimundum Bouchex, sacerdotem dioecesis Anneciensis, Magistrum

S. Theologiae in Seminario maiori interdioecesano eiusdem dioecesis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Caroli de Provenchères, Archiepiscopi Aquensis in Gallia.

die 1 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Bellicastrensi R. D. Iosephum Gottardi, e Societate S. Francisci Salesii, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Henrici Laurentii Cabrera Urdangarin, Episcopi Mercedaniani.

— Titulari episcopali Ecclesiae Birthensi R. P. Carolum Mullin, e Societate Iesu, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Edmundi Quaglia Martínez, Episcopi Fodinensis.

SACRA CONGREGATIO
DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

INSTRUCTIO

De quibusdam emendationibus circa normas in processu super matrimonio rato et non consummato servandas.

Dispensationis matrimonii rati et non consummati petitionibus, a Christifidelibus Sedi Apostolicae porrectis, in dies percrescentibus, opportunum visum est Sacrae Congregationi de disciplina Sacramentorum, ad magis animarum bono favendum per sollicitiorem huiusmodi processuum instructionem et definitionem, a Summo Pontifice petere ut normis a iure statutis quaedam afferrentur emendationes.

Summus Pontifex, qui plenam habet potestatem dissolvendi vinculum matrimonii rati et non consummati,[1] postquam vota Dicasterii ac instantias nonnullorum animarum Pastorum sedulo consideravit, eadem Plenario Coetui Patrum praefatae Congregationi praepositorum examinanda commisit.

Rogationibus autem in Plenario Coetu diligenter examinatis et

[1] **Can. .1119; Pius XII, Motu proprio *Crebrae allatae,* 22 febr. 1949, can. 108.**

Episcopatu Catholico audito, Summus Pontifex ea quae sequuntur statuere dignatus est :

I. DE FACULTATE GENERALI CONFICIENDI PROCESSUM SUPER MATRIMONIO RATO ET NON CONSUMMATO

Ad S. Congregationem de disciplina Sacramentorum exclusive[2] cognoscere spectat de facto inconsummationis matrimonii non tantum inter partes catholicas, sive ad latinum ritum sive ad orientales ritus pertineant, verum etiam inter partem catholicam et acatholicam baptizatam atque inter partes baptizatas acatholicas, necnon de iustae seu proportionaliter gravis causae existentia pro concessione pontificiae gratiae dispensationis.

Vi huius Instructionis omnes Episcopi dioecesani,[3] pro suo cuiusque territorio, facultate generali processum conficiendi super matrimonio rato et non consummato fruuntur a die a quo haec Instructio vigere incipit usque ad C.I.C. recogniti promulgationem, ita ut ipsam non amplius a Sede Apostolica postulare debeant.[4] Qua facultate utentes, iidem Episcopi, prae oculis habitis artt. 7 et 8 *Regularum Servandarum,* praescripta quae sequuntur sedulo servent :

a) Processus super matrimonio rato et non consummato non est iudicialis, sed administrativus, ac proinde differt a processu iudiciali pro causis nullitatis matrimonii. In processu, enim, super rato per supplicem petitionem imploratur gratia ex benigna Summi Pontificis concessione obtinenda. Nihilominus, propter rei gravitatem, facti sc. inconsummationis matrimonii, his in processibus veritas non minus

[1] **Cann. 249 § 3, 1962; Pius XII, Motu praprto *Cleri sanctitati,* 2 iun. 1957, can. 196 § 3; Pius** XII, **Motu proprio *Sollicitudinem Nostram,* 6 ian. 1950, can. 470; Paulus** VI, **Const. Ap. *Regimini Ecclesiae Universae,* 15 aug. 1967, n. 56 § 1: *A.A.S.* 59 (1967), p. 904.**

Summus Pontifex, Sui Pontificatus exordio, confirmare solet S. E. Rotae Decano habitualem facultatem pertractandi, Turno id postulante, causas super matrimonio rato et non consummato, si et quatenus exoriantur e causis nullitatis matrimonii quae ad idem Tribunal fuerint legitime delatae, atque ad effectum ac finem praebendi Ipsi Summo Pontifici dispensandi consilium.

[3] **Episcopi dioecesani intelleguntur non solum Episcopi residentiales, sed etiam alii ipsis in iure aequiparati: cfr. Conc. Vat. II, Decr. de past. Episc, munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 21: *A.A.S.* 58 (1966), p. 683. Ad Episcopos rituum orientalium specifice quod attinet cfr. Paulus** VI, **Litt. Ap. *Episcopalis potestatis,* 2 maii 1967, n. 11: *A.A.S.* 59 (1967), p. 387.**

*** Can. 1963 § 1; *Sollicitudinem Nostram,* can. 471 § 1; S. C. de disciplina Sacramentorum, *Regulae Servandae,* 7 maii 1923, art. *2: A.A.S.* 15 (1923), p. 392; S. C. pro Ecclesia Orientali. Instr. *Quo facilius,* 10 iun. 1925, art. 4: *A.A.S.* 27 (1935), p¡. 334.**

religiose ac sedulo inquirenda est quam in negotiis proprie iudicialibus, ut Summus Pontifex, re probe cognita, sua suprema potestate uti valeat.

Instructoris rite deputati, igitur, est in huiusmodi processibus probationes colligere, quibus constare possit de inconsummationis matrimonii facto et de iustae seu proportionaliter gravis causae exsistentia pro gratiae concessione. Si autem ex actorum processus examine probationes collectae sufficientes non inveniantur, Congregatio, si casus ferat, Episcopo suggerere poterit ut ipsae, per opportunas instructiones, compleantur.

d) Soli coniuges petere queunt dispensationem super matrimonio rato et non consummato;[5] potest autem illam petere sive uterque coniux, sive alteruter, invita etiam altera parte.[6]

Quamvis cuilibet fideli integrum sit petitionem, quae tamen semper Summo Pontifici erit inscribenda,[7] directe ad Sedem Apostolicam mittere, expedit vero et semper suadendum est ut eadem ad Episcopum porrigatur qui, omnibus in Domino perpensis, processum conficiendum curabit. Quoties autem unius tantum partis exstiterit petitio, altera quoque pars extraiudicialiter est audienda, antequam processus instruatur, nisi, peculiaribus in casibus, aliter opportunum videatur.

c) Episcopus, antequam processus instruatur, de iuridico precum fundamento ac de opportunitate conficiendi processum se certiorem reddere debet; idem pariter agere ne omittat, causis aversionis et animorum dissociationis remotis, ut coniugum reconciliationi, quantum fieri possit, faveatur, nisi rerum et personarum adiuncta huiusmodi experimentum inutile esse suadeant.[8]

d) Casus vero inconsummationis matrimonii implicatos atque peculiaribus difficultatibus ordinis iuridici vel moralis aggravatos Episcopus Congregationi deferat, quae, omnibus mature diligenterque perpensis, quid et quomodo agendum sit cum eodem Episcopo communicabit.

e) Si fieri contingat ut ex petitionis dispensationis super rato et non consummato examine prudens quoque dubium oriatur circa ipsius matrimonii validitatem, tunc Episcopi erit aut parti oratrici consilium dare ut viam ineat iudiciariam ad nullitatis matrimonii, ad normam

[5] **Can. 1973; *Sollicitudinem Nostram,* can. 480; *Regulae Servandae, art.* 5; *Quo facilius,* art. 1.**

[6] **Can. 1119; *Crebrae allatae,* can. 108.**

[7] ***Regulae Servandae,* art. 6 § 1; *Quo facilius,* art. 1.**

[8] ***Regulae Servandae,* art. 10; *Quo facilius,* art. 3.**

iuris, declarationem obtinendam, aut, dummodo preces de matrimonii inconsummatione firmo ac iuridico fundamento nitantur, permittere ut processus instruatur super rato et non consummato.

Cum autem causa de nullitate matrimonii agitata fuerit ex capite impotentiae et ex actis et probatis, Tribunalis iudicio, non impotentiae sed nondum consummati matrimonii emerserit probatio, tunc accedente petitione unius vel utriusque partis de Apostolica dispensatione imploranda, acta omnia, una cum vinculi defensoris animadversionibus ac voto Tribunalis et Episcopi, argumentis firmato sive in iure sive praesertim in facto, ad Congregationem transmittantur ad causam super rato et non consummato definiendam. Ad votum vero quod attinet, nihil obstat quominus Episcopus sequatur ipsius Tribunalis votum, huic subscribendo, in tuto positis exsistentia iustae seu proportionaliter gravis causae pro dispensationis gratia et scandali fidelium absentia.

Quodsi, Tribunalis iudicio, probationes de non secuta matrimonii consummatione hactenus collectae, non sufficientes habeantur iuxta *Regulas Servandas* diei 7 Maii 1923, eaedem ab iudice instructore compleantur et acta plene instructa ad Congregationem cum vinculi defensoris animadversionibus ac voto Tribunalis et Episcopi, transmittantur.

Quatenus vero de alio nullitatis capite agatur (ex. gr. de defectu consensus, de vi et metu etc.) et, eiusdem Tribunalis iudicio, matrimonii nullitas evinci non possit, *sed incidenter* dubium valde probabile emerserit de non secuta matrimonii consummatione, tunc integrum est alterutri aut utrique parti petitionem porrigere Summo Pontifici de Apostolica dispensatione a matrimonio rato et non consummato et instructori ius est causam instruendi iuxta normas in praefatis *Regulis Servandis* definitas. Acta omnia deinde, ut supra, sc. cum suetis vinculi defensoris animadversionibus et voto Tribunalis et Episcopi, ad Congregationem transmittantur.[9]

/) Episcopus vero vigilanti animo prospicere debet ne partes in causa aut testes aut periti quandoque falsum deponere vel veritatem reticere audeant. Scit enim, et per ipsum sciant omnes quorum interest, dispensationis gratiam concedi non posse nisi duo constent : matrimonium revera consummatum non fuisse et iustam seu proportionaliter gravem exstare causam; uno aut altero deficiente, rescriptum

[9] **Can. 1963 § *2; Sollicitudinem Nostram,* can. 471 §§ 2 et 3; S. C. de disciplina Sacramentorum, Instr. *Provida Mater Ecclesia,* 15 aug. 1936, art. 206: *A.A.S. 28* (1936), pp. 553-554; *Quo facilius,* art. 4.**

gratiae, utpote obreptionis vitio affectum, impetranti minime suffragari.[10] Pontificiam- autem dispensationem nunquam in rem definitam transire perspicuum est ac novum matrimonium, forte post dispensationem initum, semper posse nullum declarari, si primum fuisse revera ratum et consummatum deinceps innotuerit.

II. DE INSTRUCTIONE CAUSAE ET ACTORUM CONFECTIONE

Ad ipsam causae instructionem quod spectat, ut inquisitio ad veritatem de facto inconsummationis accuratius citiusque dignoscendam ác proinde ad matrimonii sanctitatem atque indissolubilitatem fovendam aptius conducat, has quae sequuntur emendationes in normas, pro hisce processibus in C.I.C. [11] ac in praefatis *Regulis Servandis* S. Congregationis de disciplina Sacramentorum statutas, inducere visum est :

a) Si, propter dioecesis seu eparchiae parvitatem et praesertim sacerdotum in iure canonico peritorum penuriam, non sine difficultate processus super rato confici queat in Curia Vel in Tribunali, tunc Episcopus, prudenter harum rerum discrimine ponderato, potest compe tentiam instruendi processus super rato ministris Tribunalis regionalis aut provincialis aut interdioecesani aut interritualis (si adsint) vel Tribunalis dioecesis seu eparchiae vicinioris deferre, qui tali oneri sustinendo, praesertim in casibus difficilioribus, aptiores sint.

b) **In** causis inconsummationis matrimonii debet uterque coniux testes producere qui ipsorum coniugum probitatem et praesertim veridicéntiam **circa** assertam matrimonii inconsummationem, testificari possint; quibus testibus instructor alios ex officio inducere valet.[12] Pauci sufficere possunt testes, dummodo eorum concors testimonium validam probationem atque moralem certitudinem afferre possint ; quod quidem evenit, si personae omni exceptione maiores sunt, inter sé firmiter cohaerent, testificantur sub fide iuramenti : referentes quando, quomodo et quid a coniugibus aut proximis propinquis de facto inconsummationis matrimonii audierint.[13] Obliviscendum non erit **in** huiusmodi causis argumentum morale permagni ponderis esse **ad** certitudinem moralem de matrimonii ineonsummatione adipiscendam.

[10] Can. 40; S. C. de disciplina Sacramentorum, Decr. *Catholica doctrina,* 7 maii 1923; *A.A.S.* 15 (1923), p. 390.

[11] Cann. 1960-1992; *Sollicitudinem Nostram,* cann. 468-500,

[12] Can. 1975; *Sollicitudinem Nostram,* can. 482.

[13] Can. 1789; *Sollicitudinem Nostram,* can. 312.

e) Corporalis coniugum inspectio adhibenda est, si necessaria est ad iuridicam facti inconsummationis probationem assequendam ; si vero, iuxta Decretum S. S. Congr. S. Officii diei 12 Iunii 1942, attenta partium et testium morali excellentia ac serio consideratis eorum animi dispositionibus necnon ceteris adminiculis aut argumentis, plena, Episcopi iudicio, habetur probatio assertae matrimonii inconsummationis,[14] tunc omitti potest inspectio; caute vero omnia perpendantur antequam eam inutilem esse edicatur.[15] Si mulier autem inspectionem corporalem recuset, tunc, iuxta regulam per memoratum Decretum prolatam, ((abstinendum est ab urgenda inspectione)). De ceteris, quae ad hanc inspectionem attinent, facultate potiuntur Synodi Patriarchales et Conferentiae Episcopales ampliores normas exsecutorias statuendi, iuxta locorum ac rerum adiuncta.

d) Acta processualia scripto exarata esse debent aliisque cautelis sunt tutanda ope notariorum,[16] Curiae autem vel Tribunali in causis inconsummationis uti licet (consentiente Episcopo), iuxta hodiernos populorum mores et technicas progressiones, instrumento « magnetophonii », si eiusdem Usus utilis atque idoneus revera est ad accuratiorem et certiorem actorum processus confectionem. Acta, tamen, fidem facere queunt tantum si, licet ex taeniola magnetica exscripta, praescriptionibus a iure expresse requisitis congruant.

e) Secus atque in causis nullitatis matrimonii, in processibus super matrimonio rato et non consummato ob peculiarem eorum naturam, advocatorum et procuratorum opera postulari nequit. Votis, tamen, ac desideriis quorundam animarum Pastorum obsecundando, decernitur nihil obstare quominus partes — aut si petant aut Episcopus *ex officio* statuat — in his quoque causis consiliariorum vel peritorum, praesertim ecclesiasticorum, opera utantur sive in petitionibus gratiae dispensationis conscribendis sive in instruendo processu vel in ipsis actis processus complendis, ad eum finem ut, inconsummationis matrimonii veritate in tuto posita, animarum bonum certius foveatur.[17] Consiliariorum vel peritorum designatio, sive iidem *ex officio,* sive ad partis petitionem eligantur, ad Episcopum pertinet, audito vinculi

[14] **S. S. O. S. Officii, Decr. *Qua singulari cura,* 12 iun. 1942: *A.A.S.* 34 (1942), p. 200.**

[15] ***Regulae Servandae, artt.* 85^86; *Quo facilius,* art. 16.**

[16] **Cann. 373 § 1, 1585, 1642; *Cleri sanctitati,* cari. 440 § 1; *Sollicitudinem Nostram,* cann. 56, 157.**

[17] **Pius XII, Alloc, *ad Praelatos Auditores ceterosque Officiales et administros Tribunalis S. Romae Rotae, 2* oct. 1944: *A.A.S.* 36 (1944), pp. 281-290.**

defensore et praemonitis consiliariis vel peritis, per peculiare decretum, de secreto iurato servando,[18] ne actorum processualium notitiae ad extraneorum aures perveniant.

/) Episcopi in voto « pro rei veritate » exarando, causae naturam et qualitates perpendant modo *concreto* et *practico,* scilicet consideratis adiunctis peculiaribus sive personarum sive facti inconsummationis sive opportunitatis gratiae.

In causis autem sive nullitatis matrimonii, quorum acta ad Congregationem pro dispensationis gratia transmittantur (cfr. n. I, *e))* sive inconsummationis, quae cum competentiae prorogatione instruantur (cfr. n. II, *a)),* Archiepiscopus seu Metropolita sedis Tribunalis regionalis aut provincialis aut interdioecesani aut interritualis vel Episcopus dioecesis aut eparchiae vicinioris, antequam votum suum conscribat, opportune cum Episcopo partis oratricis, cui notae sunt suae dioecesis aut eparchiae condiciones, consilia conferat saltem de scandali absentia ex pontificiae dispensationis gratia forte orituri. Episcopus vero si iudicaverit scandalum sine fundamento seu arte oriri vel ortum esse, tunc pastorali cura opportunisque modis illud cohibere vel continere nitatur.

g) Omnia acta processualia, acta sc. sive causae sive processus,[19] necnon alia documenta, praeterquam in lingua latina, vernaculis etiam linguis late cognitis confici queunt. Ipsorum actorum iudicialium necnon documentorum alio idiomate minus cognito confectorum in praedictas linguas translatio permittitur.

Quae acta processualia atque documenta in triplici exemplari, etiam photostatico, authenticitate praedito ad Congregationem transmittantur;[20] chirographicus textus (qui sc. vulgo dicitur « manoscritto ») in Archivo Curiae vel Tribunalis servetur et transmittatur, adhibitis opportunis cautelis, tantummodo si expresse a Dicasterio requisitus fuerit.[21]

Optandum est, cum hoc plurimum ad sollicitiorem expeditioremque causae definitionem valeat, ut omnium actorum iudicialium necnon documentorum exemplaria dactylographice exarentur et singula processus folia, numerata[1] atque in fasciculis conglutinata, actuarii vel

[18] **Can. 1623 § 3; *Regulae Servandae,* artt. 46 et 93; *Provida Mater Ecclesia, art.* 130; *Sollicitudinem Nostram,* can. 138 § 3; *Quo facilius,* art. 9.**

[19] **Can. 1642; *Sollicitudinem Nostram,* can. 157.**

[20] ***Regulae Servandae,* art. .101 § 1; *Quo facilius,* art. 2S.**

[21] ***Provida Mater Ecclesia,* art. 105 § 3.** ,

notarii testificatione de eorum fideli transcriptione, integritate et authenticitate muniantur.[22]

III. DE CLAUSULIS RESCRIPTO DISPENSATIONIS FORTE APPOSITIS

Concessa pontificia dispensatione super vinculo matrimonii non consummati, coniugibus ad alias nuptias transire fas est, dummodo transitus ille ne prohibeatur. Quae prohibitio duplici modo exprimi potest : clausula « ad mentem », (et hoc in casu ((mens » diversa esse potest ac opportune explicatur) vel clausula « vetito ».

a) Clausula verbis « ad mentem » expressa, quae prohibitoria est, apponi solet quoties factum inconsummationis e causis minoris momenti pendeat; eius remotio committitur Episcopo, ita ut fidelium pastoralibus necessitatibus expeditius provideatur. Episcopus autem partem, clausulae remotionem postulantem, ad novum coniugium ne admittat nisi, praescriptis regulis servatis, ipsa ad matrimonialia onera sustinenda revera apta inveniatur ac se in posterum honesto et christiano more officia coniugalia esse exsecuturam promiserit.

b) Peculiaribus autem in casibus, quando sc. inconsummationis ratio fuerit defectus physicus vel psychicus maioris momenti et gravitatis, ((vetitum» pro aliis nuptiis apponi potest; quod, nisi expresse in rescripto dicatur, dirimens non est sed tantum prohibens, eiusdemque remotio Sedi Apostolicae reservatur. Venia autem alias nuptias ineundi conceditur si pars oratrix, praevia petitione Congregationi adhibita et impletis praescriptis condicionibus, idonea ad actus coniugales rite exercendos iudicetur.

Episcopi iudicio eiusque pastoralibus considerationibus relinquitur de hac vel illa clausula in rescripto dispensationis apposita ac postea remota certiorem reddere partem, quacum novum matrimonium iniri contenditur.

Omnia quae in hac Instructione continentur SS.mus D. N. Paulus divina Providentia Papa VI, in Audientia die 30 Decembris 1971 infrascripto Congregationis Card. Praefecto concessa, benigne approbare et rata habere dignatus est, mandans ut ea in Officiali Commentario

[22] **Cann. 1643 § 1, 1644 § 1; *Regulae Servandae,* art. 30; *Sollicitudinem Nostram,* cann. 158 § 1, 159 § 1; *Quo facilius,* art. 23.**

Quae subhac litt. *g.* praescribuntur et pro tribunalibus valent, quae processus inconsummationis, vi can. 1963 § 2 et art. 206. *Provida Mater Ecclesia* necnon art. 4. *Quo facilius,* ut superius dictum est, pertractaverint.

Acta Apostolicae Sedis publici iuris fiant et ab omnibus Episcopis sive latini ritus sive orientalium rituum, et a ceteris ad quos spectat, rite et religiose serventur, contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 7 m. Martii a. 1972.

A. Card. SAMORE, *Praefectus*

£B I. Casoria, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

DECRETUM

De « ordine initiationis Christianae adultorum »

Ordinis Baptismi adultorum recognitionem Concilium Oecumenicum Vaticanum II praecepit, statuens ut instauraretur catechumenatus adultorum pluribus gradibus distinctus, quo fieret ut tempus catechumenatus, aptae institutioni destinatum, sacris ritibus, subsequentibus temporibus celebrandis, sanctificari posset. Idem autem Concilium pariter statuit ut, ratione habita catechumenatus instaurati, etiam ritus tum sollemnior tum simplicior baptizandi adultos recognosceretur.

Quibus decretis obsecuta, Sacra Congregatio pro Cultu Divino novum Ordinem initiationis christianae adultorum confecit, quem, a Summo Pontifice Paulo VI approbatum, evulgandum curavit, eiusque editionem, quae nunc exhibetur, typicam esse declarat, ut loco Ordinis Baptismi adultorum in Rituali Romano nunc exstantis assumatur. Statuit pariter ut novus hic Ordo statim adhiberi possit lingua latina; lingua autem vernacula a die quem Conferentia Episcopalis indicaverit, postquam popularem interpretationem confecerit eandemque ab Apostolica Sede confirmatam habuerit,

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus S. Congregationis pro Cultu Divino, die 6 ianuarii 1972, in sollemnitate Epiphaniae Domini.

ARTURUS Card. TABERA, *Praefectus*

£B H. Bugnini, *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

VESTMONASTERIENSIS

Nullitatis matrimonii (Millard - Ostrander)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Iolandae Ostrander, conventae in causa de qua supra, eandem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. R. Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 19 aprilis 1972, hora decima cum dimidio, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An sententia Rotalis diei 26 iunii 1971 confirmanda vel infirmanda sit, in casu.

Ordinarii locorum, Parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Iolandae Ostrander curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Salvator Canals, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 1 mensis februarii, a. 1972.

Raphael Funghini, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Yolande Ostrander, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria), le 19 avril 1972, à 10,30 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté:

*La sentence du Tribunal de la Rote en date du **26** juin 1971, doit-elle être confirmée ou infirmée, dans le cas?*

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Yolande Ostrander, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

TRIBUNAL VICARIATUS URBIS

Citatio edictalis

ROMANA

Nullitatis matrimonii (Bergamini - Patrioli)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Brunonis Patrioli, in causa de qua supra conventi, eumdem citamus ad comparendum in H. S. T. Vicariatus Urbis (Roma, Palazzo Apostolico dei Laterano, Piazza S. Giovanni in Laterano, 6), aut per se, aut per procuratorem legitime constitutum, die 15 iunii 1972, hora 12, pro dubii contestatione nullitatis matrimonii de quo agitur.

Ordinarii locorum, parochi, fideles quicumque, notitiam habentes actualis commorationis praedicti Brunonis Patrioli, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Godefridus Venuta, *Iudex Instructor*

Ex aedibus H. S. T., die 29 februarii 1972.

Andreas Puligni, *V. Cancellarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Bruno Patrioli, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal du Vicariat de Rome (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - Roma), le 15 juin 1972, à 12 heures, pour concorder le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas f

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit Bruno Patrioli devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì, 28 Febbraio 1972, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor STANE KOLMAN, **Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Jugoslavia.**

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

6 marzo 1972. S. E. Mons. Portalupi Sante, Arcivescovo tit. di Cristopoli, *Pro-Nunzio Apostolico nella Repubblica Algerina Democratica e Popolare.*

22 » » S. E. Mons. Portalupi Sante, Arcivescovo tit. di Cristopoli, *Pro-Nunzio Apostolico nella Repubblica Tunisina.*

29 » » S. E. Mons. Mariani Giovanni, Arcivescovo tit. di Missua, *Pro-Nunzio Apostolico nella Repubblica del Dahomey.*

30 » » P. Huot Dorio Maria, della Compagnia di Maria, *Prelato Uditore del Tribunale della Sacra Romana Rota.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

31 gennaio 1972. S. E. Mons. Trochta Stèpan, Vescovo di Litomëřïce, *Consultore della Pontificia Commissione per la Revisione del Codice di Diritto Canonico.*

17 febbraio » P. Lyonnet Stanislao, S.I. ; P. Flick Maurizio, S.I. ; P. Ligier Luigi, S.I.; D. Javierre Antonio, S.D.B., *Consultori della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.*

18 » » Le Loro Eminenze i Signori Cardinali Cody John Patrick, Arcivescovo di Chicago e Hoeffner Joseph, Arcivescovo di Köln, *Membri della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede.*

24 » » Il sig. Beusse Robert, *Consultore della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

27 » » Le Loro Eminenze i Signori Cardinali Samoré Antonio, Prefetto della Sacra Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti e Bertoli Paolo, Pre-

			fetto delia Sacra Congregazione per le Cause dei Santi, *Membri della Sacra Congregazione per il Culto Divino.*
3	marzo	1972.	Mons. Costa Franco, Arcivescovo tit. di Emmaus, *Consultore della Sacra Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti.*
18	»	»	S. E. il sig. Cardinale Tabera Araoz Arturo, Prefetto della Sacra Congregazione per il Culto Divino, *Membro della Sacra Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti.*
20	»	»	Mons. Delhaye Philippe, *Segretario della Commissione Teologica.*
24	»	»	S. E. il sig. Cardinale Bossi Agnelo, Prefetto della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli, *Membro della Sacra Congregazione per le Chiese Orientali.*
25	»	»	I sigg. Avv. Prof. Piola Andrea e Avv. Veronese Vittorino, *Membri del Collegio degli Avvocati del Sacro Concistoro.*

NECROLOGIO

30	gennaio	1972.	Mons. Ol well Quintino Carlo Bertramo, già Prelato di Marbel.
9	febbraio	»	Mons. Beccaro Felice, Vescovo di San Miniato.
11	»	»	Mons. Brezanóczy Pai, Arcivescovo di Eger.
13		»	Mons. Adrian William Lawrence, Vescovo già di Nashville.
20	»	»	Mons. Fernandez Perez Celestino Miguel, Vescovo già di San Marcos.
21	»	»	S. E. il sig. Cardinale Tisserant Eugène, Decano del S. Collegio, Bibliotecario ed Archivista Emerito di Santa Romana Chiesa.
22	»	»	Mons. Shoupy Karel, Vescovo di Brno.
24	»	»	Mons. Hurtado y Robles Anastasio, Vescovo già di Tepic.
26		»	Mons. Da Fonseca Antonio Valente, Vescovo già di Viia Real.
1	marzo	»	Mons. Viesen Iohannes, Vescovo tit. di Telmisso.
•2	»	»	Mons. Calderón y Padilla, Vescovo tit. di Civitanova.
6	»	»	Mons. Obert Ioseph, Vescovo tit. di Abziri.
8	»	»	Mons. Geromini Carlos Luis, Vescovo tit. di Zabi.
13		»	Mons. Segura Ernesto, Vescovo tit. di Carpi.
»	»	»	Mons. Aggey John Kwao Amuzu, Arcivescovo di Lagos.
18		»	Mons. Catry Hector, Vescovo tit. di Semta.
23	»	»	Mons. Moll y Salord Manuel, Vescovo tit. di Urbisaglia.
31		»	Mons. Pace Ioseph, Vescovo di Gozo.
»	»	»	Mons. Iglesias Navarri Ramón, Vescovo già di TJrgel.
»	»	»	Mons. Fitzgerald Edward Aloysius, Vescovo già di Winona.

An. et vol. LXIV 29 Aprilis 1972 N. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE DECRETALES

Beatis Quadraginta Martyribus Angliae et Cambriae, Sanctorum honores decernuntur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiae filiorum proprium et gravissimum munus plane aperteque divinum Magistrum suum confitendi (cfr. *Mt.* 10, 32) praeclare est per saeculorum decursum ab iis potissimum expletum, qui vel mortem pro christiano nomine obierunt, hoc sustentati et incitati Christi sermone : *Beati estis cum malediœerint vobis et persecuti vos fuerint (ib.* 5, 11). Per aspera ideo Dei Ecclesia graditur arduumque salutis iter fidelibus suis significat, in quod intrepidi procedant, Christo famulentur et cum eo denique meritam mercedem accipiant. Ex huiusmodi catholicae religionis athletis, quas nulla nec tormentorum acerbitas nec caedis vis a proposito abigere potuit, quadraginta beatos illos martyres in omnium cogitatione ponendos esse censuimus, qui, ab anno MDXxxv usque ad annum MDCLXXIX ob fidei catholicae professionem in Anglia et Cambria vita privati, tam excelsa laude et gloria per haec quoque tempora fulgent ut dignissimi videantur qui non solum universae Ecclesiae venerationi proponantur, verum etiam christianis cunctis exemplo et imitationi. Beati praeterea hi caelites, cum sive eximia in Deum pietate praestiterint, sive mira in suis cuiusque vitae

casibus fortitudine, sive denique in Apostolicam et Romanam Sedem amore et obsequio, egregii aestimandi sunt nationis illius filii, quam Gregorius Magnus, sanctus Decessor Noster, evangelica luce illustrandam maximopere studuit. Horum vero intentus ad illa, pro dolor ! tempora revocat ad peculiaresque Angliae vices, quibus est christianorum familia lugenda dissensione disiuncta. Ab ineunte enim anno MDXXXV adacti sunt cives ut tamquam supremum Anglicae Ecclesiae caput unum regem haberent. Ab anno autem MDLXXXV vetiti sunt praeterea sacerdotes catholici sacris operari in criminenque ii omnes vocati, qui eos fugitivos forte cela vissent. Hinc vexationes iterum iterumque initae : fidelium nempe alii vel ad vitam necessariis exuti, alii in ferrum et in vincula coniecti, alii oppressi, concisi, laniati, laqueo iugulati postque mortem nonnumquam obtruncati. Quorum eventuum recordatio si maerorem redintegrat Nostrum, in spem tamen bonam atque exploratam adducit posse tandem, ibi locorum, horum martyrum apud Deum intercessione, fidei et caritatis unitatem restaurari, ad commune omnium bonum et utilitatem. Haec enim canonizatio, ut Nosmetipsi declaravimus in Consistorio semipublico die undevicesimo mensis Maii anno MCMLXX celebrato, nedum antiqua retractet vulnera, « praeclaram omnibus afferre videtur opportunitatem sive errores cuique proprios humiliter agnoscendi et sincere dolendi, sive etiam plurimas Deo agendi gratias quod nostris temporibus opus redintegrandae unitatis omnium christianorum valde profecisse videtur » *(A.A.S.* 62 (1970), pp. 413-414). Revera hodie nemo est qui violentiam approbet eamque idoneam esse censeat ; ad unitatis causam, quam contra christiani omnes, vias rationesque spirituales ingressi, promovere debent. Qua in re hi martyres admirabili prorsus exemplo praelucente

Hi autem, quos sanctos sollemniter declarare percupimus, sunt quadraginta viri et mulieres quorum nomina subsequuntur, ex omni condicione et statu, qui cuncti, secundum illius temporis leges, suspensi, exenterati ac denique dissecti sunt, exceptis omnino paucis qui aliud genus mortis subierunt, uti peculiari ratione annotabitur. *Guthbertus May ne,* natus prope urbem Barnstaple in comitatu Devoniensi, studia Oxonii peregit, in collegio D. Ioannis, et Duaci, ubi sacerdotio auctus est. Accusatus quod Litteras Apostolicas sub plumbo datas in Anglia promulgasset capitisque ideo damnatus, die tricesimo mensis Novembris, anno MDX.XXVII, apud oppidum Launceston mortis supplicium subiit. *Radulfus Sherwin,* e comitatu Derbiensi, alumnus

fuerat studiorum Universitatis Oxoniensis, Duaci sacerdos ordinatus est, studia theologica Romae absolvit. Protomartyr habetur inter alumnos venerabilis Collegii Anglorum in Urbe. Vix in Angliam redierat, cum statim comprehensus est et Tyburni, die primo mensis Decembris, anno MDLXXXI, necatus. *Alexander Briant,* ortus in comitatu Somersettiensi, studiis dedit operam Oxonii et Duaci, ubi ordinationem sacerdotalem accepit. Londinii captus, petivit in carcere ut in Societatem Iesu ascriberetur ; quod et impetravit. Mortuus est Tyburni, die primo mensis Decembris, anno MDLXXXI. *Ioannes Paine,* Northamptoniensis, fuerat alumnus Collegii Duacensis, ubi sacerdotio initiatus est. Christum sacerdotem pro hominum salute animam ponentem in via regia crucis secutus est, die altero mensis Aprilis, anno MDLXXXII, apud urbem Chelmsford. *Lucas Kirby,* in Universitate Cantabrigiensi, uti fertur, studuit, dein Duaci et Romae : denique Cameraci sacerdos factus est. In Angliam reversus, cum e navi egreditur, apprehenditur; post iudicium autem interficitur Tyburni, die tricesimo mensis Maii, anno MDLXXXII. *Edmundus Qennings,* Staffordiensis, sacerdotio auctus est in urbe Remis. Qui, inter quadraginta Martyres, primus fuit sacerdos comprehensus vi legis notissimae quae, anno MDLXXXV contra sodales Societatis Iesu et sacerdotes qui peregre seminarium frequentaverant, lata erat. Animam Deo reddidit die decimo mensis Decembris, anno MDXCI apud Gray's Inn Field. *Eustatius White,* Lincolniensis, presbyteratus ordine Romae recepto, strenue in regione meridiana Angliae per triennium operatus est. A persecutoribus captus, inter cruciatus orabat : « Domine, plus doloris, si Tibi videbitur, et plus patientiae ». Obiit Tyburni, die decimo mensis Decembris, anno MDXCI. *Polydorus Plasden,* Londinii ortus, Remis studuit ac Romae, ubi sacerdotio auctus est. Supremum fidei testimonium dedit una cum Eustatio White Tyburni, eodem die et anno. *Ioannes Boste,* apud Dufton natus in comitatu Westmorlandiensi, Oxonii in Collegio Reginae studiis operam dedit, necnon Remis, ubi Christi sacerdos factus est. In Angliam reversus, duodecim annos ibidem indefesse in vinea Domini desudavit, donec die vicesimo quarto mensis Iulii, anno MDXCIV, gratiam martyrii accepit. *Ioannes Almond,* prope urbem Liverpolitanam ortus, studiis incubuit in Hibernia et Romae, ubi sacerdotio ditatus est. In patriam reversus, decennium in cura animarum explevit atque, effuso Tyburni sanguine, in beatitudinem aeternam intravit, die quinto mensis Decembris, anno MDCXII. *Ioannes ßouthworth,* Lancastriensis, Duaci ecclesiasticis di-

I

sciplinis studuit et ibidem sacerdos ordinatus est. Cum die duodetricesimo mensis Iunii, anno MDCLIV Tyburnum duceretur et paratum sibi patibulum conspicaretur, exclamavit : ((Hoc patibulum pro Illius cruce reputo; cum gaudio eam tollam ut Salvatorem carissimum sequar. Fides mea scelus meum est; officium implevi, idcirco damnatus sum ». *Villelmus Ioannes Plessington,* Lancastriensis, in Dimples Hall prope Garstang natus, alumnus fuit in Collegiis Audomaropolitano et Vallisoletano, ubi ad ordinem presbyteratus promotus est. Tempore coniurationis Titi Oates comprehensus, propter sacerdotium martyr occubuit Castriae, die undevicesimo mensis Iulii, anno MDCLXXIX. *Ioannes Lloyd,* in comitatu Breeknoekiensi ortus, studiis vacavit in Collegiis Gandavensi et Vallisoletano; sacerdotio auctus, viginti quattuor annos in Cambria, unde ortus erat, toto animo operibus apostolicis se dedit. Ob fidem catholicam Cardiffae, die vicesimo altero mensis Iulii, anno MDCLXXIX, vita privatus est. *Ioannes Kemble,* Herefordiensis, sacerdos Duacensis, amplius decem lustra curam pastoralem in Anglia exercuit, donec annos natus octoginta Wigmarchi in Herefordia, die vicesimo altero mensis Augusti, anno MDCLXXIX, martyrii palmam adeptus est. *Ioannes Roberts,* natus in loco Trawsfynydd in comitatu Merviniensi, in Collegio Oxoniensi D. Ioannis studuit nec non in Hispania in urbe Vallisoleto, ubi, ordinem S. Benedicti ingressus, sacerdotio decoratus est. Mox in Angliam reversus, propter sacerdotium capitis damnatus, Tyburni die decimo mensis Decembris, anno MDCX, supremum diem obiit. *Ambrosius Barlow,* e nobili genere Manchestriae ortus, Duacensis prius ac deinde Vallisoletanus alumnus, fuit postmodum Ordinis S. Benedicti sacerdos, et quattuor ac viginti annos in comitatu natali ministerium suum explevit; die vero decimo mensis Septembris, anno MDCXLI, Lancastriae in odium fidei occisus est. *Albanus Roe,* in comitatu Suffolciensi natus, apud Universitatem Cantabrigiensem ac Duaci studuit, deinde vero Destonardi in Gallia ordinem Benedictinum ingressus est et sacerdotio initiatus. Alacriter curae animarum in Anglia se dedit, donec captus est; post septemdecim annos in carcere expletos, supplicium subiit Tyburni die tricesimo primo mensis Ianuarii, anno MDCXLII. *Ioannes Houghton,* Exoniensis et Universitatis Cantabrigiensis alumnus, fuit postmodum monachus Cartusianus et Prior Cartusiae Londiniensis. Cum nollet profiteri Henricum VIII supremum Ecclesiae caput in Anglia, Tyburni die quarto mensis Maii, anno MDXXXV, morte multatus est. *Augustinus Webster,* sacerdos idemque monachus Cartusianus, Prior

fuerat Axholme, in comitatu Lincolniensi. Ubi ortus sit ignoratur nec de eius iuventute quidquam scitur, nisi quod in Universitate Cantabrigensi studuit. « Regem accipere non possum » inquit « caput supremum esse Ecclesiae, sed unum eum qui caput Ecclesiae ab Ecclesiae doctoribus accipitur ». Qua de re die quarto mensis Maii, anno MDXxxv, Tyburni ad supplicium tractus est. *Robertus Lawrence,* sacerdos idemque monachus Cartusianus, Priorem egerat in loco Beauvale, in comitatu Nottinghamiensi. Fere nihil de eius anteacta vita notum est, sed constat eum una cum Ioanne Houghton et Augustino Webster, eodem loco, die et anno atque eandem ob causam, ob fidelitatem nempe erga primatum spiritualem Romani Pontificis, e vivis ablatum esse. *Richardus Reynolds,* sacerdos et monachus ordinis S. Brigidae in monasterio, cui nomen Syon Abbey, in comitatu Middlesexiensi, fuerat olim Universitatis Cantabrigiensis alumnus et evaserat vir inter Anglos passim fama scientiae et sanctitatis notissimus. Cum fidem patrum impavide profiteretur, die quarto mensis Maii, anno MDXxxv Tyburni carnificis manu periit. *Ioannes Btone,* sacerdos, ordinis S. Augustini e communitate Cantuariensi. Ubi natus sit ignoratur, nec de eo quidquam certum habetur nisi quod fuit fidei propugnator ardentissimus, in cuius defensione mortuus est Cantuariae, mense Decembri, anno MDXXXIX. *Ioannes Jones,* apud Clynog Fawr natus est, in comitatu Arvoniensi. Seraphicum Ordinem Fratrum Minorum ingressus, probabiliter apud Pontoise in Gallia, Romae votorum professione in coenobio Arae Coeli se Deo obligavit. In Angliam regressus, propter sacerdotium post quinquennium comprehensus est et condemnatus. Martyr e vivis discessit Southwarcii, die duodecimo mensis Iulii, anno MDXCVIII. *Ioannes Wall,* in comitatu Lancastriensi ortus, Duaci studuit ac Romae, ubi sacerdos ordinatus est. In patriam reversus, iterum inde Duacum se contulit et Ordini Franciscali nomen dedit. Postquam in comitatu Brangoniensi et in regione vicina viginti amplius annos sacerdotalia munera explevit, martyr occubuit Vigorniae, die vicesimo altero mensis Augusti, anno MDCLXXIX. *Edmundus Campion,* Londinii natus, ibidem necnon Oxonii in Collegio D. Ioannis et Duaci, summa cum laude studia absolvit. Societatem Iesu Romae ingressus et Pragae sacerdotio initiatus, in Angliam rediit et tam scriptis quam verbo deficientes catholicorum animos nonnihil confirmavit. Post annum proditus et condemnatus, fidem die primo mensis Decembris, anno MDLXXXI proprio sanguine testatus est. *Robertus Southwell,* Norfolciensis, fuit alumnus Collegii Duacensis, sed mox

Romae Societati Iesu se aggregavit ibique ordinationem sacerdotalem accepit. Deposito munere praefecti studiorum in venerabili Collegio Anglorum in Urbe, sex annos Londinii et in vicina regione ministerium suum explevit et simul ibidem composuit maiorem partem carminum quae ad nostros usque dies magni fiunt. Propter sacerdotium captus et condemnatus, supremum caritatis specimen dedit Tyburni, die vicesimo primo mensis februarii, anno MDXCV. *Henricus Walpole,* apud Docking natus, in comitatu Norfolciensi, Nordovici et Cantabrigiae studuit, Londinii quoque apud Gray's Inn et denique Romae ubi, Societatem Iesu ingressus, ad sacerdotium promotus est. Sub reditum in Angliam comprehensus, in vinculis in Turri Londiniensi gravissime tortus est, deinde vero Eboraci iudicatus et occisus, die septimo mensis Aprilis, anno MDXCV. *Thomas Gamet,* Londinii ortus et in Collegiis primum Audomaropolitano dein vero Vallisoletano in sacris disciplinis eruditus ac sacerdotio auctus est. Post reditum in Angliam Societatem Iesu ingressus est, sed cito ut persecutionis religiosae victima cecidit Tyburni, die vicesimo tertio mensis Iunii, anno MDCVIII. *Edmundus Arrowsmith,* natus apud Haydock, in comitatu Lancastriensi, studium doctrinae sacrae Duaci absolvit, ubi etiam presbyteratus ordinem suscepit. Quindecim annos in Anglia curae pastorali addictus fuit et ibidem quoque Societati Iesu nomen dedit. Condemnatus quod placita papalia amplectenda hominibus persuasisset, martyr occubuit Lancastriae, die duodetricesimo mensis Augusti, anno MDCXXVIII. Suffolciensis, in Cantabrigiensi Collegio Corporis Christi studuit, deinde Londinii apud Barnard's Inn et Duaci, demum Romae, ubi sacramentum ordinis sacerdotalis suscepit. In Angliam reversus, in Societatem Iesu, anno insequenti admissus est. Eius memoria in honore habetur propter heroicos labores, quos tempore terribilis luis Londinii grassantis exanclavit, sed maius caritatis signum dedit, cum martyrii sortem alacriter subiit Tyburni, die primo mensis Februarii, anno MDCXLV. *Philippus Evans,* natus apud Monmouth, studiis dedit operam in Collegio Audomaropolitano et ibi Societati Iesu nomen dedit. Post sacerdotium Leodii susceptum, in Cambria meridiana laboravit, ubi statim captus et condemnatus est eo quod fidem catholicam propagaret. Fertur ei nuntium mortis postridie subeundae allatum esse dum certationis causa pila luderet, sed ipse eo nuntio minime permotus in ludiera exercitatione quieto animo perseverasse. Trucidatus est Cardiffae, die vicesimo altero mensis Iulii, anno MDCLXXIX. *David Lewis,* in comitatu Monumutensi ortus, stu-

duit Romae, ubi sacerdotio auctus est et admissus in Societatem Iesu. In Cambria meridiana deinceps amplius triginta annos verbum Dei praedicavit et sacramenta administravit, donec in odium fidei catholicae, die vicesimo septimo mensis Augusti, anno MDCLXXIX, apud Usk interfectus est. *Nicolaus Owen,* Oxonii natus coadiutorque temporalis Societatis Iesu factus, peculiarem famam consecutus est propter latebras, quas sacerdotibus per totam Angliam fabricatus est. A persecutoribus catholicorum comprehensus, in Turri Londiniensi gravissime tortus est; noluit tamen quidquam de sacerdotibus vel aliis catholicis patefacere, et denique dum torquetur, die altera mensis Martii, anno MDCVI, in eadem Turri Londiniensi obiit. *Richardus Gwyn,* vir laicus, protomartyr Cambriensis, natus est apud Llandiloes, in comitatu Mayumbriensi. Post studia in Cantabrigiensi Collegio D. Ioannis facta, ludi magister fuit, in Flintshire et Denbigshire. Comprehensus eo quod noluisset agnoscere reginam caput Ecclesiae in Anglia, post quadriennem captivitatem invictus in fide, die decimo septimo mensis Octobris, anno MDLXXXIV, apud Wrexham martyrium subiit. *Swithunus Wells,* vir laicus e loco Bambridge prope Wincentriam, multos annos ludi magister fuit in pago Monkton Farleigh, in comitatu Hantoniensi. Anno MDXCI Londinii captus est quod sacerdotem Edmundum Gennings hospitio exceperat, et die decimo mensis Decembris, anno MDXCI apud Gray's Inn Fields laqueo suspensus. *Philippus Howard,* vir laicus, comes de Arundel, Norfolciae ducis filius, ineunte aetate in aula reginae Elisabethae I in gratia et favore fuerat, sed ad meliora conversus, Ecclesiae catholicae reconciliatus est. Comprehensus dum in eo erat ut ad Europam effugeret, deinde egestate et aerumnis in carcere consumptus, martyr die undevicesimo mensis Octobris, anno MDXCV, in Turri Londiniensi obiit. *Ioannes Rigby,* vir laicus, in loco Harrock Hall prope Wigan natus, fuerat vilicus apud Cantabrigiense Sawston Hall. Londinii comprehensus capitisque damnatus eo quod Ecclesiae catholicae reconciliatus erat, « parvum est » inquit ((prae eis quae Salvator dulcissimus pro mea salute passus est)). Vitam pro Christo profudit Southwarcii, die vicesimo primo mensis Iunii, anno MDC. *Margarita Clitherow,* orta e familia Middleton, mulier laica et mater familias, Eboraci nata, lanii illius urbis uxor fuit atque virtutibus christianis et artibus domesticis excelluit. In iudicium vocata, damnata est quod sacerdotem hospitio excepisset, cumque causam dicere noluisset, sub magno lapidum pondere ad mortem usque oppressa est Eboraci, die vicesimo quinto mensis Martii,

anno MDLXXXVI. *Margarita Ward,* mulier laica, apud Congleton nata est, in comitatu Cheshirensi, de eiusque tamen iuventute et vita pauca sunt memoriae prodita. Capitis fuit damnata quia, fune clam portato, sacerdotem adiuverat ut ab ergastulo Londiniensi in locum Bridwell fugeret. Martyrium ob Christi amorem libenti animo suscepit et Tyburni, die tricesimo mensis Augusti, anno MDLXXXVIII, laqueo suspensa est. *Anna Line,* e familia Higham, mulier laica, nata in loco Dunmow intra fines comitatus Exoniensis, post mariti mortem, Londinii domum sacerdotalem curavit ideoque capitis damnata est. Ante patibulum, cum in opprobrium eius verteretur quod sacerdotes excepisset, se nullatenus paenitere asseruit : « ubi unum excepi » inquit « utinam mille excipere potuissem ! ». Die vicesimo septimo mensis Februarii, anno MDCi, Tyburni collo suspensa est et sic intravit in gloriam Christi.

Mirabile autem est non solum quo vigore et virtute, verum etiam qua animi alacritate et laetitia omne genus tormenta hi passi sint mortemque oppetiverint, praeclaro cunctis spectaculo ipsique interdum carnifici intimae atque insuetae permotioni. Non enim aetas, non corporis infirmitas, non sexus lenitas obstitit quominus firmi vim subirent, patibulum scandèrent ad extremamque vitam animosi profiter entur unam a Christo conditam esse catholicam Ecclesiam. Addendum praeterea est eos omnes, mortem subeuntes, pro regis et patriae salute atque utilitate Deum esse deprecatos, insectatoribus ignovisse, Christi exemplum secutos.

Horum igitur egregia facta praecipuam causam habuimus cur, sic ut Nostri in Romano Pontificatu Decessores eis beatorum caelitum gloriam decrevissent, eosdem Nos sanctos merito esse habendos et colendos statueremus; idque vero perfectis de more perficiendis. Nam Ioannes XXIII, proximus Decessor Noster, votis et precibus obsecundans nonnullorum S. R. E. Cardinalium, in primisque Villelmi Godfrey bo. me., olim Archiepiscopi Vestmonasteriensis coetusque episcopalis Angliae et Cambriae praesidis, omnium praeterea eiusdem nationis Episcoporum, item venerabilis Fratris tunc temporis in Anglia Delegati Apostolici, Abbatum Generalium Ordinis Cartusianorum et Congregationis Anglicae Ordinis Sancti Benedicti, Prioris Generalis Ordinis Sancti Augustini, Moderatorum Generalium Ordinis Fratrum Minorum et Societatis Iesu, plurimorum denique Anglorum civium, die vicesimo quarto mensis Maii, anno MDCCCCLXI, decretum edi permisit ad iterum sumendam causam de quadraginta iisdem beatis mar-

tyribus sanctorum catalogo accensendus, idcirco praesertim quod constans in Anglia et Cambria exstaret eorum sanctitatis fama. Attamen, quo clarius apertiusque de martyrio deque martyrii causa nonnullorum ex his beatis constaret, videlicet : Cuthberti Mayne, Radulfi Sherwin, Alexandri Briant, Ioannis Paine, Lucae Kirby, Ioannis Houghton, Augustini Webster, Roberti Lawrence, Richardi Reynolds, Ioannis Stone et Edmundi Oampion, sollertes accurataeque investigationes peractae sunt a peritissimis rerum historicarum viris, Sacrae Congregationi Rituum addictis; deque iis postquam absolute Nobis relatum est, die quarto superioris mensis Maii, ediximus etiam undecim beatos illos certissime pro catholica retinenda et defendenda fide ultro supplicium passos esse. Quoniam autem quadraginta omnium martyrum patrocinio nonnulla tradebantur a Deo effecta miracula, quae eorum maximi visa erant momenti Apostolicae Sedis iudicio proposita sunt. Ut vero Pius XI, im. mem. Decessor Noster, sanctorum honores decrevit Ioanni Fisher et Thomae More de miraculis eorum intercessione a Deo forte patratis nulla habita disceptatione, ita Nos, die tricesimo mensis Iulii, superiore anno, decrevimus ut unum, huius canonizationis peragendae causa, miraculum sufficeret. Iussimus ergo ulterius investigari praesumptam sanationem miraculosam Ioannae Matthewman, quae, quadraginta his beatis martyribus in auxilium vocatis, a tumore maligno seu fibro-sarcomate laevae scapulae lente, perfecte, stabiliter praeter que naturae modum ferebatur convaluisse. Quod profecto interim constituta Sacra Congregatio pro Causis Sanctorum, pro suo munere negotiique magnitudine diligentissime effecit, peculiareque hoc super negotio decretum auctoritate Nostra edidit, die quarto superioris mensis Maii. Itaque in sacro Consistorio, die duodevicesimo praeteriti mensis Maii, in aedibus Vaticanis habito, post auditam sententiam sive plurimorum Patrum Cardinalium sive sacrorum Antistitum, quibus nempe ius fuit mentem suam de hac re significandi, eosdem beatos in sanctorum numerum referri velle eisque agnosci honores statuimus, quos solet catholica Ecclesia iis tribuere viris mulieribusque qui in caelesti gloria bene actae vitae praemia consecuti sunt.

Quod Deo iuvante hodie fecimus, idque summa Nostra christianique populi laetitia. In Petriano enim templo, undique gentium maximeque ex Anglia et Cambria congregatis coetibus, plurimis astantibus S. R. E. Cardinalibus, sacris Romanae Curiae et catholicae Ecclesiae

Praesulibus, nonnullis quoque Anglicanis egregiis viris, precibus concedendum esse aestimavimus venerabilis Fratris Nostri Pauli S. R. E. Cardinalis Bertoli, Praefecti Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, petentis ut quadraginta e pluribus Angliae et Cambriae beatis martyribus sanctos renuntiaremus. Antea igitur sanctis Caelitibus in vota vocatis divinoque implorato Paraclito ut superni sui luminis copia iterum iterumque menti Nostrae coruscaret, ut supremus universae Ecclesiae Magister haec verba sollemniter pronuntiavimus : *Ad honorem sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, beatos Cuthbertum Mayne, Radulfum ßherwin, Alexandrum Briant, Ioannem Paine, Lucam Kirby, Edmundum Gennings, Eustatium White, Polydorum Plasden, Ioannem Boste, Ioannem Almond, Ioannem Southworth, Villelmum Ioannem Plessington, Ioannem Lloyd, Ioannem Kemble, Ioannem Roberts, Ambrosium Barlow, Albanum Roe, Ioannem Eoughton, Augustinum Webster, Robertum Lawrence, Richardum Reynolds, Ioannem Stone, Ioannem Jones, Ioannem Wall, Edmundum Campion, Robertum Southwell, Henricum Walpole, Thomam Gamet, Edmundum Arrowsmith, Henricum Morse, Philippum Evans, David Lewis, Nicolaum Owen, Richardum Gwyn, Swithunum Wells, Philippum Howard, Ioannem Rigby, Margaritam Clitherow, Margaritam Ward, Annam Line, sanctos esse decernimus et definimus, ac sanctorum catalogo ascribimus, statuentes eos in universa Ecclesia pia devotione recoli debere. In nomine Pa^ßtris et FiCßlii et Spiritus* £ß *Sancti. Amen.* Quibus verbis prolatis, has Litteras Decretales confici et expediri iussimus. Deinde, post grates omnipotenti Deo una cum astantibus aetas, de Sanctis modo renuntiatis eorumque mira virtute sermonem habuimus eorumque patrocinium, augustiore ritu divinum sacrificium ad aram maximam facientes, primi invocavimus, ut grave tandem sanetur vulnus Christianorum familiae illatum, postquam Anglicana Ecclesia ab hac Apostolica Sede separata est, atque expeditior evadat iter, quod ad pristinam communionem inter utramque redintegrandam perducit.

Omnibus igitur quae inspicienda erant bene perpensis, quae supra memoravimus universae Ecclesiae renuntiamus, mandantes ut harum Litterarum exemplis et locis, etiam typis editis, manu tamen alicuius

tabellionis subscriptis sigilloque impressis, eadem omnino tribuatur fides, quae his haberetur, si ostenderentur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto et vicesimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo, Pontificatus Nostri octavo.

Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus



£B Ego FERNANDUS Episcopus titulo Ecclesiae Suburbicariae Veliternae, Cardinalis CENTO.

£B Ego HAMLETUS IOANNES Episcopus titulo Ecclesiae Suburbicariae Tusculanae, Cardinalis CICOGNANI.

83 Ego IOSEPHUS Episcopus titulo Ecclesiae Suburbicariae Sabinensis et Mandelensis, Cardinalis FERRETTO.

Ego ALFREDUS tit. S. Mariae in Dominica Presbyter Cardinalis OTTAVI ANI.

Ego CAROLUS tit. S. Agnetis extra Moenia Presbyter Cardinalis CONFALONIERI.

Ego ALBERTUS tit. S. Pudentianae Presbyter Cardinalis Di JORIO.

Ego FRANCISCUS tit. SS. duodecim Apostolorum Presbyter Cardinalis ROBERTI.

Ego PAULUS tit. S. Andreae de Hortis Presbyter Cardinalis MARELLA.

Ego ARCADIUS MARIA tit. Immaculati Cordis B. M. V. Presbyter Cardinalis LARRAONA.

Ego VILLELMUS THEODORUS tit. S. Theodor! in Palatio Presbyter Cardinalis HEARD.

Ego ALOISIUS tit. S. Laurentii in Damaso Presbyter Cardinalis TRAGLIA.

Ego IOSEPHUS tit. S. Priscae Presbyter Cardinalis DA COSTA NUNES.

Ego ILDEBRANDUS tit. S. Sebastiani ad Catacumbas Presbyter Cardinalis ANTONIUTTI.

Ego EFREM tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis FORNI.

Ego IOSEPHUS tit. S. Athanasii Presbyter Cardinalis SLIPYI.

Ego FRANCISCUS tit. SS. Petri et Pauli in Via Ostiensi Presbyter Cardinalis SEPER.

Ego IOANNES tit. SS. Trinitatis in Monte Pincio Presbyter Cardinalis VILLOT.

Ego CAESAR tit. Dominae Nostrae a Sacro Corde in Circo Agonali Presbyter Cardinalis ZERBA.

Ego AGNELLUS tit. Praecelsae Dei Matris Presbyter Cardinalis Rossi.

Ego IOSEPHUS tit. S. Mariae Liberatricis ad Collem Testaceum Presbyter Cardinalis BELTRAMI.

Ego GABRIEL MARIA tit. S. Sabinae Presbyter Cardinalis GARRONE.

Ego MAXIMILIANUS tit. SS. Cordis Iesu ad Castrum Praetorium Presbyter Cardinalis DE FURSTENBERG.

Ego ANTONIUS tit. S. Mariae supra Minervam Presbyter Cardinalis SAMORÉ.

Ego PETRUS tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis PARENTE.

Ego CAROLUS tit. S. Marcelli Presbyter Cardinalis GRANO.

Ego ANGELUS tit. SS. Ambrosii et Caroli ad Viam Latam Presbyter Cardinalis DELL'ACQUA.

Ego DINUS tit. Sacratissimi Cordis Iesu Christi Regis Presbyter Cardinalis STAFFA.

Ego ARTURUS tit. S. Petri in Monte Aureo Presbyter Cardinalis TABERA ARAOZ.

Ego IOANNES tit. Iesu Divini Magistri Presbyter Cardinalis WRIGHT.

Ego AEGIDIUS S. Iosephi ad Viam Triumphalem Diaconus Cardinalis VAGNOZZI.

Ego PERICLES S. Apollinaris Diaconus Cardinalis FELICI.

Ego PAULUS S. Hieronymi a Caritate in Via a Monte Serrato Diaconus Cardinalis BERTOLI.

Ego SILVIUS S. Agathae Diaconus Cardinalis ODDI.

Ego IOSEPHUS Omnium Sanctorum in Via Appia Nova Diaconus Cardinalis PAUPINI.

Ego IACOBUS S. Eustachii Diaconus Cardinalis VIOLARDO.

Ego IOANNES SS. Cosmae et Damiani Diaconus Cardinalis WILLEBRANDS.

Ego MARIUS S. Ioannis Decollati Diaconus Cardinalis NASALLI BOCCA A CORNELIANO.

Ego SERGIUS SS. Nominis Mariae ad Forum Traiani Diaconus Cardinalis GUERRI.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

PAULUS Card. BERTOLI
S. Congr. pro Causis Sanctorum Praefectus

FRANCISCUS TINELLO
Apostolicam Cancellariam Regens

IOANNES CALLERI, *Proton. Apost.*

EUGENIUS SEVI, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Ap. Canc. tab., vol. CXXXIV, n. 92.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

KATIOLAENSIS
(KORHOGOËNSIS)

Detractis quibusdam territoriis ab Ecclesia Katiolaënsi, nova dioecesis conditur, Korhogoënsis nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christi mandatum quo iussit apostolos suos ire in mundum universum ad evangelium gentibus nuntiandum *(Me.* 15-16) et Nos vehementer impellit ut ubique hominibus maiorem in dies facultatem demus Dei verbum audiendi, eius sanctissimam adorandi maiestatem animumque virtute ac veritate excolendi. Quam ob rem, cum Sacrum Consilium pro Gentium Evangelizatione, audita sententia tum venerabilis Fratris Ioannis Mariani, Archiepiscopi titulo Missuensis et Apostolici in Africa Occidentali Delegati, tum Ordinarii loci cuius intersit, id statuerit ut distractis quibusdam territoriis ab Ecclesia Katiolaënsi, nova quaedam constitueretur dioecesis, Nos, hoc probantes ratumque habentes, sequentia decernimus et iubemus. A dioecesi Katiolaënsi tres praefecturas civiles, vulgo Korhogo, Boundiali et Odienne nuncupatas, distrahimus easque in novae dioecesis formam redigimus, a civitate principe eiusdem regionis *Korhogoënsis* appellandam Magisterii autem Episcopalis cathedra in templo principe urbis Korhogoënsis erit, novamque Sedem suffraganeam facimus metropolitanae Ecclesiae Abidjanensi. Praecipimus insuper ut pro locorum huiusque temporis adiunctis, Canonicorum loco consultores dioecesani deligantur qui Episcopo assint. Quod autem ad Ecclesiae regimen et administrationem attinet, leges iuris canonici serventur. Ceterum quae per has Litteras mandavimus exsequenda, is curabit qui eo tempore quo negotium agendum erit, Apostolicam in Africa Occidentali Delegationem regat, vel per se ipse vel per alium, factis ad id necessariis facultatibus. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore

volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae apud S. Petrum, die quintodecimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo primo, Pontificatus Nostri nono.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. ***R. E. Cancellarius***

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

68 Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi '

In Ap. Cane, tab., vol. CXL, n. 5.

II

RALEIGHIENSIS
(CAROLINANAE)

Detractis nonnullis territoriis a dioecesi Raleighiensi, nova Ecclesia constituitur, Carolinana cognominanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui divino consilio in beatissimi Petri locum successimus atque idcirco in vertice sacerdotii constituti sumus, ut tum sacris Pastoribus provideremus, fratribus Nostris, apostolis Ecclesiarum, gloriae Christi

(cfr. *2 Gor.* 8, 23), tum sancto Dei populo consuleremus, id sane magnam partem gessisse Nos putamus, cum bene rebus dioecesium dispositis egregiisque rectoribus assignatis, cunctis, praesidibus nempe ac fidelibus, colendi studia religionis copiam fecerimus. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Vincentius S. Waters, Episcopus Raleighiensis, audito coetu seu Conferentia Episcoporum Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis, huic apostolicae Sedi proposuerit ut, sua Ecclesia divisa, nova excitaretur, Nos post auditos sive venerabilem Fratrem Aloisium Raimondi, Archiepiscopum titulo Tarsensem atque in iisdem Civitatibus apostolicum Delegatum, sive venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales qui Sacrae Congregationi pro Episcopis praesident, haec statuimus. A dioecesi Raleighiensi comitatus, quos dicunt, separamus populari lingua sic cognominatos : Alexander, Alleghany, Anson, Ashe, Avery, Buncombe, Burke, Cabarrus, Caldwell, Catawba, Cherokee, Clay, Cleveland, Davidson, Davie, Forsyth, Graham, Guilford, Haywood, Henderson, Iredell, Jackson, Lincoln, McDowell, Macon, Madison, Mecklenburg, Mitchell, Montgomery, Polk, Randolph, Richmond, Rockingham, Rowan, Rutherford, Stanley, Stokes, Surry, Swain, Transylvania, Union, Watauga, Wilkes, Yadkin, et Yancey, una cum illa parte territorii comitatus Gaston, quae est extra fines territorii Abbatiae « nullius dioeceseos » B. M. Auxiliatricis de Belmont. Quibus terris novam dioecesim condimus, ex urbe Charlotte *Carolinanam* appellandam. Episcopus sedem suam in urbe modo descripta collocabit, cathedram vero in templo S. Patricii ponet, cui omnia iura facimus templorum propria. Conditam dioecesim suffraganeam facimus Sedi metropolitanae Atlantensi, cuius sacro Praesuli Episcopum Carolinanum ad normam iuris subicimus. Mensam episcopalem constituent tum Curiae emolumenta, tum fidelium christianorum collationes sponte factae; tum, si qua sunt, bona pro rata parte ad normam canonis 1500 novae Sedi obvenientia. De Seminarii constitutione vero atque de puerorum educatione id statuimus, ut leges iuris communis serventur, ratione habita Decreti Concilii Vaticani II *Optatam totius*, et regularum a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica. Item decernimus ut si in praesens Canonicorum Collegium condi nequeat, Consultores dioecesani deligantur, qui Episcopo suo consilio, industria assint, quique a suo munere cessent Canonicis constitutis. His autem Litteris ad effectum deductis, eo ipso sacerdotes ei Ecclesiae addicantur in qua aut ofiicium aut beneficium habeant; ceteri clerici atque Seminarii tirones, ei in qua legitime degant. Documenta

denique et acta quae ad novam dioecesim respiciant, ad eius Curiam mittantur, ibique religiosa cura serventur. Ceterum, venerabilis Frater Aloisius Raimondi, cuius meminimus, has Litteras Nostras exsequi curabit, vel quem ipse delegaverit. Cuius sane rei documenta exarari faciet atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittet.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efiicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodecimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo primo, Pontificatus Nostri nono.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONPALONIERI
8. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco ₤B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXL, n. 13.

III

ZAMBOANGENSIS
(PAGADIANENSIS)

Detractis quibusdam territoriis ab archidioecesi Zamboangensis nova conditur dioecesis, nomine « Pagadianensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad haec perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis praefatum Exc.mum P. D. Linum Zanini deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 21 mensis Ianuarii anno 1972.

CAROLUS Card. CONPALONIERI, *Praefectus*

L. © S.

Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *d Secretis*

III

TAMPICENSIS - CIVITATIS VICTORIENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Spirituali Christifidelium bono sedulo prospicientes, Exc.mi PP. DD. Arturus A. SzymansM Ramírez, Episcopus Tampicensis, et Ioseph de Iesu Tirado Pedraza, Episcopus Civitatis Victoriensis, audita Conferentia Episcopali Mexicana, unanimi consensu, ab Apostolica Sede expostulaverunt ut fines dioecesium sibi concreditarum aliquantulum immutarentur aptiusque disponerentur.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Caroli Martini, Archiepiscopi titularis. Abaritani, in Republica Mexicana Delegati Apostolici, rata petitam immutationem aeternae

animarum saluti cessuram, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia Pp. VI, tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto a dioecesi Tampicensi distrahit integrum territorium paroeciae vulgo *Soto la Marina* nuncupatae illudque dioecesi Civitatis Victoriensis adnectit.

Quamobrem documenta et acta memorati territorii clericos, fideles et bona temporalia respicientia a Curiae Tampicensis tabulario ad Curiae Civitatis Victoriensis archivum, quam primum, transmittantur.

Ad clerum quod attinet, simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur in cuius territorio ecclesiasticum beneficium aut ofiicium detinent; ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ad haec perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis praefatum Exc.mum P. D. Carolum Martini deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 25 mensis Ianuarii anno 1972.

CAROLUS Card. CONFALONIERI, *Praefectus*

L. œ S.

£8 Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

IV

AMBIANENSIS-ATREBATENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

De animarum salute apprime solliciti, Exc.mus P. D. Gaugericus Leuliet, Episcopus Ambianensis et Exc.mus P. D. Gerardus Huyghe, Episcopus Atrebatensis, ab Apostolica Sede postulaverunt ut pagus

vulgo Ytres nuncupatus, nuper a civili provincia « Somme)) seiunctus et civili provinciae ((Pas-de-Calais » unitus, a dioecesi Ambianensi dismembraretur et dioecesi Atrebatensi adscriberetur.

Sacra Congregatio pro Episcopis, attento favorabili voto Exc.mi P. D. Egani Eighi-Lambertini, Archiepiscopi tit. Docleensis et in Gallia Nuntii Apostolici, rata huiusmodi immutationem rectior i animarum moderamini profuturam, vigore specialium facultatum a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia Pp. VI, sibi tributarum, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto memoratum pagum Ytres a dioecesi Ambianensi distrahit, atque dioecesi Atrebatensi perpetuo adnectit, mutatis, hac ratione, utriusque dioecesis limitibus.

Omnia acta et documenta praefati territorii, fideles et bona temporalia respicientia, a Curia Ambianensi ad Curiam Atrebatensem quam primum transmittantur.

Ad haec vero exsequenda eadem Sacra Congregatio memoratum Exc.mum P. D. Eganum Righi-Lambertini deputat, necessarias et opportunas ei tribuens facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, atque onere imposito ad Sacram Congregationem pro Episcopis, cum primum fas erit, transmittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus praesens edit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 18 mensis Februarii anno 1972.

CAROLUS Card. **GONFALONIERI**, *Praefectus*

L. © S.

£B Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

V

VICTORIENSIS

DECRETUM

De concathedralis erectione

Vetustum cathedrale templum Victoriense, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis dicatum, in antiquiore urbe conditum, ob finium aedi-

filiorumque eiusdem urbis prolationem, fidelium commoditati atque divino cultui sueto decore peragendo non amplius respondet.

Quapropter Exc.mus P. D. Franciscus Peralta et Ballabriga, Episcopus Victoriensis, nuper ab Apostolica Sede expostulavit ut templum Beatae Mariae Virgini Immaculatae Matri Ecclesiae sacrum et in media urbe extructum ad dignitatem et fastigium ecclesiae concathedralis eveheretur.

Porro haec Sacra Congregatio pro Episcopis, vigore specialium facultatum a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia Pp. VI, sibi tributarum, re mature perpensa habitoque favorabili voto Exc.mi P. D. Aloisii Dadaglio, Archiepiscopi tit. Leriensis et in Hispania Nuntii Apostolici, rata id in animarum bonum cessurum, porrectis precibus annuendum censuit.

Quapropter praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, praefatum templum in urbe Victoriensi exstans Deo in honorem Beatae Mariae Virginis Immaculatae Matris Ecclesiae dicatum, ad dignitatem et fastigium ecclesiae concathedralis evehit, ita ut in eadem ecclesia cathedra episcopalis erigi possit et Capitulum cathedrale divina officia, ad normam iuris, persolvere valeat.

Ad haec vero exsecutioni mandanda S. Congregatio pro Episcopis memoratum Exc.mum P. D. Aloisium Dadaglio deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere ei imposito ad eandem Sacram Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis quam primum remittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 15 Martii anno 1972.

CAROLUS Card. **CONFALONIERI**, *Praefectus*

L. © S.

Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 15 Octobris 1971. — Titulari episcopali Ecclesiae Aurusulianensi praefecit R. P. Patricium Phunou-Ki-Hihifo Finau, e Societate Mariae, Vicarium Generalem Tonganae dioecesis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Ioannis Huberti Macey Rodgers, Episcopi Tongani.

die 6 Decembris. — Metropolitanae Ecclesiae Bangalorensi Exc. P. D. Packiam Arokiasamy, hactenus Episcopum Ootacamundensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Hyderabadensi R. D. Saminini Arulappa, e clero archidioecesis Madrapolitanae et Meliaporensis, Rectorem Collegii interdioecesani Maduraiensis.

— Cathedrali Ecclesiae Armidalensi Exc. P. D. Henricum Iosephum Kennedy, hactenus Episcopum titularem Simingitanum.

— Cathedrali Ecclesiae Iullundurensi, noviter evectae, R. P. Symphorianum Thomam Keeprath, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sodalem, e Palaiensi dioecesi.

die 3 Februarii 1972. — Cathedrali Ecclesiae Coimbaturensi R. D. Emmanuelem Visuvasam, sacerdotem Maduraiensis archidioeceseos, curionem in civitate Irudayakovil nuncupata.

Cathedrali Ecclesiae Civitatis Reginae seu Queenstovnensi, R. P. Ioannem Rosner, e Societate Apostolatus Catholici, Vicarium Generalem dioeceseos Oudtshoornensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Obbensi R. P. Hervinum Hecht, e Congregatione Missionariorum Oblatorum B. V. M. Immaculatae, eiusdem Congregationis Provinciae Sudafricanae superiorem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Bokenfohr, Episcopi Kimberleyensis.

die 2 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Lokossaénsi, R. D. Robertum

Sastre, e clero autochthone eiusdem dioecesis, Vicarium Generalem Archidioeceseos Cotonuensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bagaiensi R. D. Laurentium Fuahea, e clero saeculari autochthone, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Michaelis Darmancier, Episcopi Vallisiensis et Futunensis.

die 25 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Ihosiensi R. P. Ioannem Vidonem Rakotondravahatra, Missionariorum Dominae Nostrae a La Salette sodalem.

— Cathedrali Ecclesiae Singidensi, noviter erectae, Exc. P. D. Bernardum Mabula, hactenus Episcopum titularem Fidolomensem.

— Cathedrali Ecclesiae Tamatavensi R. D. Hieronymum Razafindrazaka, Vicarium Generalem Archidioeceseos Tananarivensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Elotonensi R. P. Michaelem Irizar Campos, in religione Ioannem Cruz a Virgine Perdolente, Passionis Iesu Christi congregationis sodalem, quem deputavit Vicarium Apostolicum Yurimaguaensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Umbriaticensi R. D. Renatum Iosephum Rakotondrabe, Vicarium Generalem Archidioeceseos de Diego Suarez, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Michaelis Henrici Canonne, Episcopi Tulearensis.

die 7 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Caput Cillensi Exc. P. D. Ioannem Hubertum Macey Rodgers, hactenus Episcopum Tonganum.

II

NOMINATIONES

Decretis ut infra datis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit :

die 3 Martii 1972. — R. P. Antonium I. Ruiz, Instituti Yarumalensis pro Missionibus ad exteras Gentes socium, Administratorem Apostolicum « ad nutum Sanctae Sedis » vicariatus apostolici Bonaventurensis.

die 10 Martii. — R. P. Vitalem Djebarus, Societatis Verbi Divini sodalem, Administratorem Apostolicum « sede vacante » dioecesis Rutengensis.

die 21} Martii. — R. P. Antonium Ferrandiz Morales, ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum, Praefectum Apostolicum Praefecturae Apostolicae Sancti Andreae et Providentiae.

die 25 Martii. — Exc. P. D. Gabrielem Lee Kap-Sou, Episcopum titularem Catabitanum, Administratorem Apostolicum « sede plena)) dioecesis Pusanensis.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

I

FLAVIOBRIGENSI

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae a Corde Iesu (Sancho de Guerra), fundatricis Congregationis Sororum Servorum Iesu.

SUPER DUBIO

An introducenda sit eius Causa

Ad orandum Patrem in solitudinem recedere indeque aegrotis subvenire (cfr. *Luc.* 9, 10-11), primae et praecipue partes fuerunt Dei Famulae Mariae a Corde Iesu, quae simul ad id contulit, ut haec verba Concilii Vaticani Secundi ad effectum deducerentur : *Sollicite attendant religiosi, ut per ipsos Ecclesia revera Christum in dies melius commonstret, vel in monte contemplantem, vel aegrotos et saucios sanantem ... semper autem voluntati Patris qui eum misit oboedientem (Lumen gentium,* 46).

Huic Christi ancillae, Victoriae in Hispania die 7 Septembris anno 1842 natae, Maria Iosepha nomen in baptismate die altero datum est, ac secundo post anno sacrum collatum chrisma. Eidem parentes fuerunt Barnabas Sancho et Petra de Guerra, loco victuque tenues. Ex animi propensione segregem puella malebat agere vitam, communium litterarum futura potius ignara; at, divina inhabitante gratia, vigili animo ad superna ferebatur addiscenda praecepta, necnon et altiora perscrutanda consilia.

Sexdecim annorum adulescens Matritum, parentum dicto obsecuta, in cognatorum familiam se recepit; ubi, spiritus moderatore assentiente, vivendi consuetudinem elegit saeculo prorsus non conformatam (cfr. *Rom.* 12, 2). Quapropter, die 3 Decembris a. 1864, Congregationem Servarum Mariae ingressa est, a S. Maria Torres Acosta recens institutam. Matriti subinde tabe affectis, aliisque Metimnae Agri et Genuae Orsorum morbo laborantibus, laudabili succurrit navitate.

De sua tamen perficienda vocatione dubiis angebatur, quippe cum aptiora quaeritaret subsidia ad vitam agendam in Deo crebra oratione magis absconditam (cfr. *Col.* 3, 3), at iuvandis invalidis nihilominus parem. Igitur, elapsis votis in quinquennium nuncupatis, prudentium virorum consilio et Toletani archiepiscopi permissu, anno 1871 Flaviobrigam perrexit ubi, novae extitit religiosae familiae auctrix, ab episcopo Victoriensi anno 1874 approbatae et a Leone XIII anno 1886 confirmatae.

Huius Congregationis sodales Servae Iesu appellatae sunt, legifera autem mater Maria a Corde Iesu vocata, quae sibi ac sororibus, exemplo a S. Maria Torres Acosta sumpto, munus aegrotos domi curandi praestituit, secundum evangelicum effatum : « Infirmus eram et visitastis me » *(Mt.* 25, 36).

Post emissa vota anno 1875, suprema moderatrix ipsa fuit electa : quo munere, Apostolica annuente Sede, perpetuo fungi ei licuit, quamvis corporis et animi laborum non expers, ita ut infirma fieret cum infirmis (cf. *1 Cor.* 9, 22). In urbe Flaviobriga, Hispanice Bilbao dicta, die 20 Martii a. 1912 dierum et meritorum cursum sancte explevit.

Propter virtutum eius famam, quae vigere non desiit, Processus Ordinarius super eadem, una cum scriptis perquisitis et cultu liturgico non praestito, in Curia Flaviobrigensi annis 1951-1954 constructus est atque ad S. B. C. transmissus, quae die 13 Maii a. 1956 de scriptis recognitis decretum edidit. Cum ergo disceptaretur de Servae Dei causa introducenda, postulatore Rev. P. Theodoro Zamalloa O. SS. Tr. instante, peculiaris Congressus S. Congregationis pro Causis Sanctorum die 11 Maii a. 1971 favorabile responsum dedit. Quod Patres Cardinales sua sententia auxerunt in peculiari Congregatione die 13 Iulii eodem anno habita cum, relatore Silvio Card. Oddi, censuerunt *Causam introducendam esse, si Summo Pontifici placuisset.*

Igitur subsignata die, referente de praemissis omnibus infrascripto Cardinali, Paulus Papa Sextus hanc sententiam ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 7 Ianuarii a. D. 1972.

P**AULUS** Card. B**ERTOLI,** *Praefectus*

L. ©• S.

Sß Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

II

SERENENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Mariani Avellana, Congregationis Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. M. V.

SUPER DUBIO

An introducenda sit eius Causa

Missionarius *intrat in vitam et missionem Eius qui <(semet ipsum exinanivit formam servi accipiens)) (Phil.* 2, 7). *Ideo paratus esse debet ad vitam stare vocationi suae, renuntiare sibi et omnibus quae hucusque sua habuit, et omnibus omnia sese facere. Annuntians Evangelium in gentibus, cum fiducia notum faciat mysterium Christi, pro quo legatione fungitur, ita ut in Ipso audeat, prout oportet, loqui, scandalum crucis non erubescens* (Conc. Vat. II, Decr. de activ. mission, eccl. *Ad gentes divinitus,* 24).

In hanc vitam et missionem Christi Domini et Ecclesiae penitus penetravit Servus Dei Marianus Avellana et crucis scandalum non solum non erubuit, verum etiam amavit aliosque ut illud agnoscerent et amarent, vehementer contendit.

Is in pago dioecesis Oscensis *Almudévar,* in Hispania, die 16 mensis Aprilis anno 1844 natus est; quem parentes Franciscus et Raphaela, pii et honesti agricolae, eodem die baptizari Aliumque Dei esse voluerunt.

A parentibus sedulo conformatus pietate christiana, Sacramento confirmationis roboratus, pane vitae aeternae altus, cum germen vocationis sacerdotalis in animo percepisset, in Seminarium Oscense se contulit, ibique pietate et alacritate studiis operam dedit. Minores ac Maiores Ordines rite suscepit, et studiorum curriculum probe emensus, die 19 mense Aprili anno 1868, Christi sacerdos ordinatus est. Cum et voce et cantu haud parum valeret, beneficium in ecclesia Oscensi Sancti Petri assecutus est. Anno vero 1870 cum re familiari vexaretur, quae ex prospera adversa facta est, rerum mundi pertaesus, superna gratia movente, cum animo suo constituit inter Filios Immaculati Cordis B. Mariae Virginis adscribi, quibuscum consuetudine et amicitia coniunctus erat.

Consilium tamen mundi vale dicendi propinquos, una excepta pia amita, celavit, iisque insciis Galliam perrexit et novitiatum in parva urbe *P rades* ingressus est. Ibi, summo conatu studium perfectionis aggressus est et haud pauca quae vitam saecularem sapiebant superans ac vincens, ad Dominum sincero animo se convertit ; cum autem in virtutibus religiosis ediscendis et in regularum observantia exercenda admodum assiduus fuisset, expleto probationis anno, vota religiosa die 29 Septembris a. 1871 emisit.

Deinde, duos annos Thuirii in Gallia commoratus, a Superiore Generali Congregationis Claretianae electus est atque in nationem Chiliensem missus ut per sacras missiones populares doctrinam ac pietatem christianam inter cives Chilienses redintegraret ; quod ab anno 1873 ad morte, indefessus perfecit, quam plurimos sacrarum missionum et exercitationum spiritualium cursus praedicans et ubique de animarum salute maxime sollicitus.

In communitatibus *Sancti Iacobi, La Serena, Vallis Paradisi, Curico, Coquimbo,* in quibus commoratus est et quarum nonnullas ut Superior rexit, observantia regulari et virtutum studio fratribus semper singulari fuit exemplo.

Anno vero 1903, cum in novam missionum sedem et centrum cum aliis duobus Missionariis se contulisset, et inde in vicinos pagos frequens exiret, in locum *Cerro Blanco* venit ut metallicis missionem praedicant; at ibi peripneumonia duplici correptus, post septem dies, in valetudinarium loci vulgo *Carrizal Alto* vectus est. Quod ubi ingressus est, *suam domum,* utpote pauperum propriam, maximo animi gaudio appellavit ; ibique die 14 mense Maio a. 1904 missione, quam a Domino et Ecclesia acceperat, fidelissime functus et extremam boni exempli suaeque sanctitatis testificationem omnibus exhibens, terrenam vitam cum superna patria commutavit.

Sanctitatis fama, qua etiam vivens gavisus est, in dies percrebrescente, et supernis quoque signis, quae eius apud Deum intercessione patrata dicebantur, accedentibus, processus ordinaria potestate in Curiis ecclesiasticis Serenen, et Oseen, annis 1921-1923 instructi sunt super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, super scriptis et super cultu liturgico eidem Servo Dei non praestito. Rogatoriales quoque processus in Curiis S. Fidei in Argentina et S. Iacobi in Chilia adornati sunt. Quae canonicae inquisitiones ad Apostolicam Sedem omnes trasmissae fuere. Postulatoriae etiam litterae Summo Pontifici adhibitae sunt, quibus Patres Cardinales, Archiepiscopi et

Episcopi plures, virique tam ecclesiastica quam civili dignitate insignes, effiagitabant ut beatificationis causa Servi Dei introduceretur.

Servatis itaque de iure servandis ac scriptis Famuli Dei rite perpensis, Sacra Rituum Congregatio, Pio Papa XII approbante, die 25 Iulii a. 1952 edixit ad ulteriora procedi posse.

Instante denique Rev. P. Gerardo Ruiz, Postulatore generali Congregationis Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. M. V., habitus est die 20 mensis Iulii anno 1971 Congressus Peculiaris S. Congregationis pro Causis Sanctorum, quem secuta est Congregatio Peculiaris diei 9 Novembris eodem anno, in qua E.mus Cardinalis Ephraem Forni, huius Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit discutiendum : *An introducenda sit causa beatificationis in casu et ad effectum de quo agitur,* et de ea rettulit. Patres autem Cardinales, qui convenerant, omnibus mature perpensis, suffragium tulerunt affirmativum, causam videlicet introducendam esse, si Summo Pontifici placuisset.

Facta postmodum, die 7 Ianuarii anni huius, de praemissis omnibus Paulo Papae VI per infrascriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua sententiam Patrum Cardinalium ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 7 Ianuarii a. D. 1972.

PAULUS Card. BERTOLI, *Praefectus*

L. © S.

£& Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

III

VERULANA

Canonizationis Beatae Mariae Fortunatae Viti, monialis Ordinis Sancti Benedicti.

SUPER DUBIO

An resumenda sit eius Causa

Octavo die mensis Octobris, anno millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, quem Fidei excolendae constituit ob memoriam principum Apostolorum Petri et Pauli, Summus Pontifex Paulus Sextus Beatorum Caelitum honoribus cumulavit Mariam Fortunatam Viti, Virginem Benedictinam, eam proponens veluti exemplum ac testem

fidei, qua totis viribus Deo adhaeretur (cf. *A.A.S.* 59 [1967] 955-960). Eius autem sanctitatis famam, non modo perseverantem, verum etiam in dies crescentem, Deus adhuc comprobare videtur caelestibus gratiis et signis, eadem, ut fertur, intercedente, concessis. Quamobrem Rev.mi Episcopi Verulan.-Frusinaten., Alatrin., Ferentin., Assisien., Abbatesque Ordinarii Montis Casini et Sublacensis, Abbas Primas Confoederationis Praesidesque Congregationum Ordinis Sancti Benedicti necnon christifideles plurimi Romanum Pontificem adprecati sunt ut eiusdem Beatae causa canonizationis resumeretur.

Instante igitur Rev. P. Engelberte Giersbach O.S.B., huius Causae Postulatore, Rev.mus Dominus Pericles Cardinalis Felici, Causae Ponens seu Relator, in peculiari Congregatione die 13 Iulii a. 1971 celebrata, dubium proposuit discutiendum, nimirum : *An resumenda sit causa canonizationis in casu et ad effectum de quo agitur,* et de ea rettulit. Et Patres Cardinales, attenta quoque favorabili opinione Congressus Ordinarii S. Congregationis pro Causis Sanctorum die 4 Iunii eodem anno habiti, omnibus mature deliberatis, affirmando responderunt de resumenda causa, si Summo Pontifici placuisset.

Quibus de rebus facta subscripto die Paulo Papae Sexto per infrascriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua sententiam Patrum Cardinalium ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 7 Ianuarii a. D. 1972.

PAULUS Card. BERTOLI, *Praefectus*

L. © S.

£& Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

ROMANA

Nullitatis matrimonii (De Luca - D'Agostino)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Esperiae d'Agostino, conventae in causa de qua supra, eandem citamus ad comparendum aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 10 iunii 1972, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, Parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Esperiae D'Agostino, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Angelus Di Felice, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 12 mensis aprilis a. 1972.

Raphael Funghini, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Hespérie d'Agostino, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria), le 10 juin 1972, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite M.me Hespérie d'Agostino, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì 23 **Marzo** 1972, **il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor** FRANÇOIS GUILLAUME, **Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Haiti.**

Lunedì 27 **Marzo** 1972, **il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor** FRANCISCO ROMERO LOBO, **Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Venezuela.**

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Il Santo Padre Paolo VI ha conferito:

15 marzo 1972. A S. E. il sig. Cardinale Gonfalonieri Carlo, *il Titolo della Chiesa Suburbicaria di Galestrina,* trasferendolo dal Titolo presbiterale di S. Agnese fuori le mura.

» » » A S. E. il sig. Cardinale Marella Paolo, *il Titolo della Chiesa Suburbicaria di Porto e Santa Rufina,* trasferendolo dal Titolo presbiterale di S. Andrea delle Fratte.

» » » A S. E. il sig. Cardinale Traglia Luigi, *il Titolo della Chiesa Suburbicaria di Albano,* trasferendolo dal Titolo presbiterale di S. Lorenzo in Damaso.

Il Santo Padre, Paolo VI, ha approvato la nuova composizione della *Commissione per la tutela dei Monumenti storici ed artistici della Santa Sede:*

20 marzo 1972. *Presidente:* S. E. Mons. Fallani Giovanni; *Membri:* S. E. Don Giulio dei Marchesi Sacchetti, S. E. il Conte Ing. Galeazzi Enrico, il Prof. Magi Filippo, il Dr. Redig de Campos Deoclecio, Mons. Francia Ennio, il Prof. De Angelis d'Ossat Guglielmo, l'Ing. Cherubini Edoardo, Fing. Vacchini Francesco, il Prof. Carbonara Pasquale; *Segretario:* F Avv. Trocchi Vittorio.

Il Santo Padre, Paolo VI, approvando la votazione fatta dagli E.mi Cardinali Vescovi titolari delle Chiese Suburbicarie, ha nominato :

24 marzo 1972. S. E. il sig. Cardinale Cicognani Amleto Giovanni, del Titolo della Chiesa Suburbicaria di Frascati, *Decano del Sacro Collegio.*
» » » S. E. il sig. Cardinale Traglia Luigi, del titolo della Chiesa Suburbicaria di Albano, *Sotto-Decano del Sacro Collegio.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

8 aprile 1972. Il Prof. Alessandrini Federico, *Direttore della Sala Stampa della Santa Sede.*
» » » Il Rev. Levi Virgilio, *Vice-Direttore de L'Osservatore Romano.*
15 » » I Rev.di P. John Rotelle, O.S.A. e D. José Dimás Soberal, *Consultori della Sacra Congregazione per il Culto Divino.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Protonotari Apostolici soprannumerari:

29 maggio 1971. Mons. Avenido Tommaso (Dumaguete).
15 luglio » Mons. Gillon Luca (Mechelen-Brussel).
13 settembre » Mons. Mahoney Giacomo P. (New York).
2 ottobre » Mons. Tumbocon Cicerone (Jaro).
15 » » Mons. Wludyga Stanislao (Kielce).
18 » » Mons. Weinberger Ferdinando (Linz).
I novembre » Mons. Domaranczyk Giovanni (Czestochowa).
II » » Mons. Madden Giacomo (Sydney).
29 dicembre » Mons. Chiavazza Carlo (Torino).

Prelati d'onore di Sua Santità:

4 maggio 1971. Mons. Deignan Francesco Giuseppe (Wollongong).
» » » Mons. Gallagher Francesco Pietro (Wollongong).
» » » Mons. Mulheron Evans Giacomo (Wollongong).
» » » Mons. O'Reilly Matteo Eriberto (Wollongong).
29 » » Mons. Ferraron Antonio (Dumaguete).
12 giugno » Mons. Coffey Patrizio (Port Pirie).
» » » Mons. Pope Raimondo Ignazio (Port-Pirie).
10 luglio » Mons. Bernacki Zbignievo Stanislao (Tarnów).
16 » » Mons. Jackanich Giuseppe (Passaic dei Ruteni).
» » » Mons. Koval Giovanni (Passaic dei Ruteni).
» » » Mons. Sokol Andrea (Passaic dei Ruteni).
6 agosto » Mons. Chehanski Stefano (Philadelphia degli Ucraini).
1 settembre » Mons. Reyes y Domínguez Raffaele Angelo (Granada di Nicaragua).

10 settembre 1971. Mons. Frey F. Andrea (Baton Eouge).
13 Mons. Oasserly Giovanni J. (New York).
» » Mons. Connors Guglielmo J. (New York).
» Mons. Devlin Giuseppe M. (New York).
» » » Mons. Gartland Tommaso A. (New York).
» » Mons. Griffin Francesco X. (New York).
» Mons. Hicks Aroldo E. (New York).
» » » Mons. Hudacek Stefano J. (New York).
» » » Mons. Kane Cristoforo G. (New York).
» » Mons. Kane Roberto J. (New York).
» » » Mons. Kowsky Giovanni J. (New York).
» » Mons. Luedke Riccardo A. (New York).
» » Mons. McDermott Giacomo M. (New York).
» » » Mons. McMahon Guglielmo J. (New York).
» » » Mons. Murphy Giorgio J. (New York).
» » Mons. O'Donohue Giovanni J. (New York).
» » Mons. Rinschler Guglielmo J. (New York).
» » Mons. Sullivan Daniele L. (New York).
» » Mons. Walsh Giacomo J. (New York).
» » » Mons. Welsh Davide B. (New York).
22 » Mons. Barden Antonio (Geraldton).
» » » Mons. Long Eduardo (Baphoe).
2 ottobre Mons. Garcia Barberena Tomaso (Avila).
15 » Mons. Martos Cabeza Castro (Jaén).
» » Mons. Karlik Wladislao (Czçstochowa).
» » Mons. Skrzypiec Adamo (Czçstochowa).
» » » Mons. Wojas Stanislao (Kielce).
24 » Mons. Crudo Giuseppe (Bari).
26 » Mons. Shiggins Guglielmo J. (Ferns).
27 » Mons. Krajewski Vincenzo (Lomza).
» » Mons. Srzednicki Alessandro Giuseppe (Lomza)
Mons. Wierzbowski Giuliano (Lomza).
1 novembre Mons. Szymecki Stanislao (Katowice).
» Mons. Trocha Giovanni (Katowice).
» » » Mons. Kulikowski Ceslao (Warmia).
8 » » Mons. Grajnert Giovanni Paolo (Wloclawek).
11 » » Mons. Spinelli Alfredo (Nardo).
16 » » Mons. Di Fabio Amerigo (Lanciano).
18 Mons. Bizun Stanislao (Krakow).
» » » Mons. Majger Giuseppe (Krakow).
27 » » Mons. Giglio Paolo (Malta).
29 » Mons. Poupard Paolo (Angers).
10 dicembre Mons. Gómez Ledo Avelino (Madrid).
15 Mons. Curley Ugo (Tuam).

Cappellani di Sua Santità:

20 maggio 1971. Mons. Pinzenöhler Giuseppe (Wien).
29 » » Mons. Cordoncillo Onesimo (Dumaguete).
12 giugno » Mons. Cilleros Hernandes Baldomero (Ciudad Rodrigo).

23	luglio	1971.	Mons. Camacho Fernandez Giovanni (La Paz).
»	»	»	Mons. Curcuy Cadena Primitivo (La Paz).
»	»	»	Mons. Lezana Mario (Tarija).
2	agosto	»	Mons. Krochmalny Alessandro (Philadelphia degli Ucraini).
6	»	»	Mons. Müller Gerardo (Wien).
25	»	»	Mons. O'Flaherty Giovanni (Sydney).
1	settembre	»	Mons. Bolaños y Domínguez Alessandro (Granada di Nicaragua).
13	»	»	Mons. Kenney Lorenzo (New York).
»	»	»	Mons. Buvo Giovanni A. (New York).
9	ottobre	»	Mons. Wallner Giuseppe (Eisenstadt).
15	»	»	Mons. Joniak Stefano (Czçstochowa).
»	»	»	Mons. Lopacinski Stanislao (Czestochowa).
»	»	»	Mons. Karcz Adolfo (Kielce).
»	»	»	Mons. Mudyna Boleslao (Kielce).
»	»	»	Mons. Skrobisz Felice (Kielce).
»	»	»	Mons. Wielgus Wojtechus (Kielce).
»	»	»	Mons. Jaworski Mariano (Lwów).
»	»	»	Mons. Klos Giuseppe (Lwów).
»	»	»	Mons. Szurlej Giovanni (Lwów).
»	»	»	Mons. Woronowski Francesco (Lwów).
»	»	»	Mons. Helka Antonio (Poznan).
»	»	»	Mons. Peter Michele (Poznan).
»	»	»	Mons. Wciorka Lodovico (Poznan).
»	»	»	Mons. Konieczny Lodovico (Warszawa).
»	»	»	Mons. Nowak Felice (Warszawa).
»	»	»	Mons. Skrzypczak Stanislao (Warszawa).
»	»	»	Mons. Bober Edoardo (Breslavia).
»	»	»	Mons. Kozak Giovanni (Breslavia).
»	»	»	Mons. Kurzak Sigismondo (Breslavia).
»	»	»	Mons. Pazdur Giuseppe (Breslavia).
»	»	»	Mons. Raczka Ladislao (Breslavia).
24	»	»	Mons. Kat Andrea Giovanni Maria (Haarlem).
1	novembre	»	Mons. Bista Stanislao (Katowice).
»	»	»	Mons. Chwila Stanislao (Katowice).
»	»	»	Mons. Durczok Silvestro (Katowice).
»	»	»	Mons. Marklowski Corrado (Katowice).
»	»	»	Mons. Smandzich Giuseppe (Katowice).
»	»	»	Mons. Brocki Alfonso (Warmia).
»	»	»	Mons. Ilwicki Pietro (Warmia).
3	»	»	Mons. Besten Alberto (Essen).
»	»	»	Mons. Olejnik Stanislao (Wloclawek).
»	»	»	Mons. Mazierski Stanislao (Wloclawek).
»	»	»	Mons. Wojciechowski Ceslao (Wloclawek).
10	»	»	Mons. Geiger Walter (Freiburg im Breisgau).
11	»	»	Mons. Burdisso Giuseppe (Foligno).
»	»	»	Mons. Grichting Paolo (Sion).
12	»	»	Mons. Delle Donne Antonio (Nardo).

13 novembre 1971. Mons. North Cirillo (Dublin).
16 » » Mons. Ferrerò Secondo Otero Enrico (Barcelona in Venezuela).
18 Mons. Bardecki Andrea (Krakow).
» Mons. Laczek Mariano (Krakow).
» Mons. Halla Bruno (Krakow).
» Mons. Krupinski Giovanni (Krakow).
Mons. Macharski Francesco (Krakow).
» Mons. Marszowski Stefano (Krakow).
Mons. Przybszewski Boleslao (Krakow).
» Mons. Puczka Ladislao (Krakow).
» Mons. Sarna Boleslao (Krakow).
» Mons. Walen Andrea (Krakow).
» Mons. Znamirowski Enrico (Krakow).
27 Mons. Bellucci Gino (Colle Val d'Elsa).
29 Mons. Muhoho Kamau Giorgio (Nairobi).
4 dicembre Mons. Magnani Rolando (Città di Castello).
5 » Mons. Siméic Milan (Rijeka-Senj).
17 » Mons. Simeoni Guglielmo (Udine).
21 » Mons. Carnevale Maffé Carlo (Vigevano).
» » Mons. Masperi Felice (Vigevano).
» » Mons. Pavesi Francesco (Vigevano).
23 » Mons. Battaglia Oscar (Norcia).
4 gennaio 1972. Mons. Testoni Enrico (Bologna).
10 » » Mons. Giacomazzo Lino (Padova).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha conferito:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

28 ottobre 1971. Al sig. Müller Gerardo (Rottenburg).
4 gennaio 1972. A S. E. Le Fitawrari Kidane Mariam Hailé *(Etiopia).*

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

28 agosto 1971. Al sig. Hefel Ernesto (Salzburg).

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

17 novembre 1971. A S. E. Mohammed Tewfi Oweida *(Repubblica Araba d'Egitto).*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

21 ottobre 1971. Al sig. Pabeschitz Rodolfo (Wien).
» dicembre » Al sig. Arambarri Rodolfo *(Repubblica Argentina).*

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

16 ottobre 1971. Al sig. Vanura Giovanni (Wien).
9 novembre » Al sig. Orlando Giuseppe (Milano).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

20 maggio 1971. Al sig. Vogler Carlo (Wien).
10 ottobre » Al sig. Checchi Ercole (Eavenna).
11 » » Al sig. Corsoi Edoardo (Sydney).
» » » Al sig. Maclurcan Donaldo (Sydney).
» » Al sig. O'Neil Giovanni (Sydney).
» » » Al sig. Ryan Barry (Sydney).
» » » Al sig. Ryan Kevin (Sydney).
1 novembre » Al sig. Van-Noten Giovanni Battista (Antwerpen).
5 » » Al sig. Marcocci Giuseppe (Pisa).
9 » » Al sig. Canti Mario (Milano).
» » » Al sig. Furia Franco (Milano).
» » » Al sig. Lugaro Natal Mario (Milano).
» » » Al sig. Marzorati Cesare (Milano).
» » » Al sig. Masina Emilio (Milano).
» » » Al sig. Pavesi Dionigi (Milano).
12 » » Al sig. Girotti Raffaele (Roma).
16 » » Al sig. Lapenna Enrico (Roma).
7 dicembre » Al sig. Bellemo Mario (Como).
10 » » Al sig. Duri Settimio (Udine).
15 » » Al sig. Illuminati Angelo *(Italia).*
21 » » Al sig. Bazzoni Giovanni (Ravenna).
22 » » Al sig. Del Debbio Enrico (Roma).
12 gennaio 1972. Al sig. Ferrini Benvenuto Tullio (L'Aquila).
» » » Al sig. Pizzoferrato Luigi (L'Aquila).
» » Al sig. Masi Ferdinando (Vicenza).
18 » » Al sig. Lemos Giorgio *(Turchia).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

27 aprile 1971. Al sig. Fourre Tommaso Eugenio (Santa Rosa in California).
» » » Al sig. Scheider Carlo (Santa Rosa in California).
16 luglio Al sig. Puhac Giorgio (Passaic dei Ruteni).
» » Al sig. Zeleznock Pietro (Passaic dei Ruteni).
12 agosto » Al sig. Barone Peter (San Diego).
14 ottobre » Al sig. Moffarts Pietro (Liège).
» » » Al sig. Schuermans Roberto (Liège).
15 » Al sig. Hildebrandt Casimiro (Chelmno).
» » Al sig. Jankowski Costantino (Warszawa).
24 » Al sig. Schwenk Giovanni Giacomo (Groningen).
» » Al sig. Tuelen Lamberto Adriano ('s-Hertogenbosch).
1 novembre » Al sig. Di Martino Ermanno (Roma).
» » » Al sig. Den Boogert Cornelio Giovanni (Rotterdam).

3 novembre 1971. Al sig. Gaiazzo Francesco (Lyon).
» » » Al sig. Thevenet Enrico (Lyon).
4 » » Al sig. Groot Lodovico Maria Giuseppe (Roermond).
» » » Al sig. Donkers Giovanni ('s-Hertogenbosch).
» » » Al sig. Van-Den Hout Francesco Antonio ('s-Hertogenbosch).
Al sig. Sabri Naon Guazzi (Babilonia dei Caldei).
9 Al sig. Galli Giacomo (Milano).
» Al sig. Pianta Cesare (Milano).
11 Al sig. McNamafa Paolo (Darwin).
12 Al sig. Philips Federico Giuseppe Mario (Haarlem).
» Al sig. Macchi del Sette Francesco (Milano).
» Al sig. Van Mackelenbergh Ambrogio Antonio Maria ('s-Hertogenbosch).
13 » Al sig. Bargiotti Carlo (Pesaro).
22 » Al sig. Öomen Cornelio Giacomo Francesco (Groningen).
28 » Al sig. Agniel A. (Lyon).
» » Al sig. Dalery Giovanni (Lyon).
17 dicembre Al sig. Apap-Bologna Alessandro (Malta).
Al sig. Harding Guglielmo (Malta).
Al sig. Montanari Gauci Antonio (Malta).
)) » » Al sig. Tonna Emanuele (Malta).
12 gennaio 1972. Al sig Esposito Amedeo (L'Aquila).

NECROLOGIO

6 aprile 1972. Mons. Raspini Maurizio, Vescovo tit. di Sebarga.
» » » Mons. Martin del Campo Padilla Manuel, Arcivescovo di Morelia.
14 » » Mons. Holland Ioseph Gerald, già Vescovo di Keta.
28 » » Mons. Leverman Alfred Bertram, già Vescovo di Saint John, N. B.

An. et vol. LXIV 31 Maii 1972 N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

EPISTULAE

I

Ad E.mum P. D. Villelmum S. R. E. Cardinalem Conway, Archiepiscopum Armachanum, quem Legatum deligit ut celebritatibus praesideat in urbe Indica v.d. Madras peragendis, ob undevicesimum volventem saeculum ex quo S. Thomas Apostolus martyrium subiit.

PAULUS PP. VI

Venerabilis Frater Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quemadmodum traditio a multo tempore animis insita refert, Sanctus Thomas, Christi Apostolus, anno **LXXII**, nempe ante xix saecula, in India, quo Evangelii nuntium attulerat, pro Magistro suo sanguinem profudit. Huius memoriae causa Madraspoli, cuius in urbis regione Mylapore nuncupata praeclarum surgit templum, eiusdem Apostoli sepulcro conspicuum, sollemnia mox agentur, advenarum frequentia, uti praevidetur, insignia. Pastorali autem sollicitudine ducti, Praesules Indiae statuerunt, ut hae celebritates potius pietatis studio necnon rebus ad cultum ingenii pertinentibus, quam externa magnificentia commendarentur.

Re quidem vera ipsum Thomae Apostoli nomen fidei donum ob mentis oculos ponit, cum ipsi Dominus dixerit : « Beati qui non viderunt et crediderunt ».[1] Est autem fides fundamentum vitae super -

[1] *Io.* **20, 29.**

naturalis, qua efficimur « divinae consortes naturae)).[2] Huiusmodi ergo inaestimabile munus, a Salvatore acceptum, Thomas traditur in Indiam invexisse; quapropter sollemnibus, quae supra sunt dicta, merito et opportune haec est proposita brevis sententia : « Vita, quam participare studemus ».

Qua quidem oblata occasione cogitatio Nostra ad illos fideles Indiae fertur, qui, e nomine Apostoli Thomae appellati, christianam legem per tot saeculorum seriem servarunt, flammam veluti alentes iis quoque temporibus, quibus ab occidente erant seiuncti. Magno sane gaudio afficimur, quod iidem, antiquum peculiaremque ritum retinentes, aetate recentiore incrementa feliciter ceperunt. Sed etiam extra horum sedes ac traditiones res catholica crevit, opera praesertim missionariorum, in quibus multi Hiberni cum laude recensentur, ita ut nunc ecclesiastica compago in tota India sit firmiter constituta ; satis est commemorare de sacra Hierarchia gentis istius propria et de vocationibus sacerdotalibus et religiosis, quas notum est ibidem florere.

Nos ergo, qui Ecclesiam in India praesentes contigimus, cum Nobis daretur ob Eucharisticum ex universo orbe Conventum, Bombayae congregatum, in amplissima illa regione commorari, et qui populum istum singulari dilectione complectimur, ad Madraspolitanas celebrationes animum studiose dirigimus. Ut vero his aliquo modo intersimus, te, Venerabilis Frater Noster, Missum Nostrum extra ordinem eligimus et nominamus, qui in iisdem coetibus Nostram geras personam. Nec dubitamus, quin pro mentis dotibus, quibus ornaris, creditum officium sis frugifere gesturus.

Pro eadem, quam praedicaverat, fide Sanctus Thomas Apostolus martyrium fertur subiisse. «Testes Dei sunt martyres. Deus testes habere voluit homines, ut et homines habeant testem Deum)).[3] Testificatio catholicae veritatis — quamvis sine saevorum cruciatuum perpessione — animis numquam satis inculcatur, cum ea plurimum valeat ad Regnum Dei amplificandum. Quod ipsum Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum aperte declaravit : « Sciant omnes, primum ac potissimum suum debitum pro fidei diffusione esse, vitam christianam profunde vivere)).[4] Exoptamus igitur Deumque rogamus, ut huius officii adauctus sensus unus sit e fructibus salutaribus, quos e praedictis celebritatibus oritur os esse licet sperare.

[2] *2 Petr.* 1, 4.

[3] S. Augustin. *In ep. Io. ad Partii.* 1, 2; *PL* 35, 1979.

[4] Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 36.

Haec igitur dum pulsant animum Nostrum, tibi, Venerabilis Frater Noster, praeterea S. R. E. Cardinalibus Valeriano Gracias, Archiepiscopo Bombayensi, et Iosepho Parecattil, Ernakulamensis sedis Pastori, item dilecto Praesuli Madraspolitano et Meliaporensi Rayappa Arulappa, ceteris Indiae sacrorum Antistitibus et universis, qui sollemnia ista participabunt, Benedictionem Apostolicam, divinarum gratiarum auspicem, propensa caritate largimur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xvni mensis Martii, anno **MCMLXXII**, Pontificatus Nostri nono.

PAULUS PP. VI

II

Exc.mo P. D. Iosepho Carraro, Veronensi Episcopo, cum sextum et decimum expleretur saeculum ex quo S. Zeno, civitatis Episcopus atque Patronus, in Domino obiit.

PAULUS PP. VI

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — ((Verona fidelis » : hac appellatione urbs ista inclita gloriatur, quae praesidio Sanctorum Praesulum ac diligentium Pastorum navitate christianae religionis institutis inhaerere cognoscitur. In illis eminet Sanctus Zeno, quem ut Episcopum suum, numero octavum, atque ut Parentem et Patronum civitas eadem studiose veneratur. Huius piae mentium incitationis amplior nunc offertur occasio, siquidem xvi saeculum expletur, ex quo praeclarus ille vir, fulgore virtutum ornatus, in Domino obiit servi boni praemium accepturus.

Fuit profecto Veronensis Ecclesiae Pater, quippe qui ethnicos, quorum non pauci adhuc exstabant, ad Christi sequenda vestigia blande suaviterque attraheret,[1] et communitatem constitueret christianam, pietatis ardore illustrem. Cum enim novum Veronae templum dedicaret, haec verba fecit ad astantes : « Incomparabilis ... gloria ac vere Deo digna, cum uno consensu, una fide alter alterum commendans devotione consimili convertuntur ad Deum et sacerdos et templum. Exsultate igitur, fratres, aedificationemque vestram aede ista de novella cognoscite, cuius quoque capacitatem felici numero fecistis angustam ».[2]

[1] **Cfr. Zenonis Veronensis Tractatus, Corp. Christ., XXII (1971), II, 7, 8, pp. 174-175; I, 34, 3, p. 88.**

*** Ibid., II, 6, 2, pp. 168-169.**

Quantum Sanctus Zeno sacrae tribuat Liturgiae excolendae penitusque experiendae, eius Tractatus seu Sermones testantur, quibus praesertim verbum Domini explanat, neophytos affatur, paschale extollit mysterium, de virtutibus vitaque probe agenda exponit. Non solum ergo magistrum se praebet fidei, quam ab erroribus tum grassantibus vult integram servatam, sed etiam rectos mores inter fideles salubriter promovet.

Avaritiam perosus, liberalitatem, qua pauperibus succurreretur, instantius suasit caritatisque nobile prompsit praeconium : « O caritas, quam pia et opulenta, quam potens ! Nihil habet, qui te non habet... Tu caecorum oculus. Tu pes claudorum. Tu scutum fidelissimum viduarum. Tu melior pupillorum, plus quam uterque parens. Tibi oculos numquam siccos esse aut misericordia permittit aut gaudium ».[3] Plurimum quoque est ipse annisus, ut in christiana societate castitas et continentia florerent, copiosis verbis hoc animae corporisque efferens decus : « . . . quantum es miranda, pudicitia, quae aliter laudari te non vis quam ut custodiaris, solo bonae conscientiae ornamento contenta. Tu in virginibus felix, in viduis fortis, in coniugiis fidelis, in sacerdotibus pura, in martyribus gloriosa, in angelis clara, in omnibus vero regina ».[4]

Haec — sunt quidem pauca — non propterea tantum attigimus, ut, praeteritum respicientes, laudes celebraremus eximii huius Pastoris, sed etiam ut eum quasi filios suos, qui nunc sunt, alloquentem induceremus. Deum igitur enixe rogamus, ut sollemnia eius honori indicta fructus spirituales edant uberrimos atque illa veluti christiana imago, quam idem Praesul urbi ac dioecesi Veronensium impressit, clarius in dies splendeat atque irradiet. Hoc feliciter contingat, deprecante beatissima Virgine Maria, cuius ille egregius fuit ac disertus laudator.

Dum haec pulsant animum Nostrum, tibi, Venerabilis Frater, quem sollertem novimus Sancti Zenonis in eius sede successorem, Auxiliari Episcopo tuo eidemque Vicario Generali, et omnibus curae tuae commissis Benedictionem Apostolicam, caelestis auxilii auspicem Nostraeque benevolentiae testem, libentissime impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xii mensis Aprilis, anno **MCMLXXII**, Pontificatus Nostri nono.

PAULUS PP. VI

[3] **Ibid., I, 36, 9, p. 99.**

[4] **Ibid., I, 1, 7, p. 13.**

NUNTII GRATULATOMI

I

Ad E.mum P. D. Laurentium S. R. E. Cardinalem Jaeger, Archiepiscopum Paderbornensem, decem condentem lustra ex quo sacerdotio est auctus.

Quae saepius ad te advolat cogitatio Nostra, ea attentiore animi studio plane oportet grata accurrat, cum recordationes tibi mox magnorum illucescent eventuum ; quinquagesimum enim ages sacerdotii natalem et, haud paulo postea, octogesimum vitae tuae annum complebis.

Properamus et gestimus bonis ominantibus verbis haec tibi honorare sollemnia pro benevolentia et existimatione, quibus in te, Venerabilis Prater Noster, ferimur, prorsus nescii utra magis sis dignus : nam utraque pectori Nostro inest, par alioque gradu est collocata.

Imprimis gaudemus Nobis, gratulamur tibi, quod in longo curriculo vitae ad hanc stationem itineris pervenisti, haud fractis mentis et corporis viribus, ac manere pergis indole generosus, in periculis interritus, in certando certamine fidei perquam promptus et strenuus.

Amplo praeconio te honestare non dubitamus ob virtutes, quas, Paderbornensi archidioecesi moderandae praepositus et Episcopalis Consilii de Oecumenicis rebus praeses, praestitisti. Profecto in agendis rebus praeclari exempli facem praefers.

In communi bono procurando, scientia a iustitia remota calliditas potius quam sapientia appellanda est. Tu hanc continenter vitas et fugis, atque fecundo foedere socians gravitatem morum cum comitate, fortitudinem et firmitatem cum cultu honestatis et decoris, factis et dictis specimen edis virilis dignitatis, quae summe decet Catholicae Ecclesiae Episcopos.

Ex praeclara autem eruditione et doctrina, atque in primis ex pienissima religionis observantia haurire soles bene multis profutura consilia, consolationes, tutamina fidei, quam quaeris in te et in altaris ministris et in populo Dei tuae curae commisso chrystallinam et adamantinam, dogmate et praeceptis integram, licet salutaribus novitatibus, quas huius saeculi spirituales necessitates poscunt, prudenter obnoxiam. Quapropter ad te referri possunt tersi venustique versus, quos Tullius Cicero in Ennio legit, iidemque in docendo, in agendo, in tolerando sint tibi extemporali calore profundendum argumentum : « Homo, qui erranti

comiter monstrat viam, / quasi lumen de suo lumine accendat facit : / Nihilo minus ipsi lucet, cum illi accenderit ».[1]

Talis cum sis et esse velis adprobatione digni tenax propositi, diu vivas, felix vivas, invicto amore adspiciens in auctorem fidei et consummatorem Iesum,[2] antiquis meritis serto tuo alia rutilantiora additurus, auspice Deipara Virgine Maria, Matre Ecclesiae, laetitiae sanctae et spei bonae praestite.

Haec flagrantibus votis postquam adprecati sumus, nihil Nobis restat, Venerabilis Frater Noster, nisi ut tibi, Episcopis Auxiliaribus tuis, et presbyteris et fidelibus universae Paderbornensis archidioecesis, Apostolicam Benedictionem, supernae munificentiae pignus, peramanter impertiamus.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXI mensis Martii, anno **MCMLXXII**, Pontificatus Nostri nono.

PAULUS PP. VI

II

Ad E.mum P. D. Iosephum S. R. E. Cardinalem Lefebvre, octogesimum diem natalem celebrantem.

Cum sub exitum superioris anni quinquagesimum anniversarium diem sacerdotalis ordinationis eras celebraturus, diligentiae plenas ad te, Venerabilis Frater Noster, misimus Litteras, ac subinde percepimus repercussum vocis Nostrae sonum magno quidem cum delectamento : pro comperto enim habuimus te, e gratulantibus et bene ominantibus verbis, solacium hausisse haud modicum.

Nunc autem geminatur obviam data tibi scribendi occasio, geminatur tibi salutariter precandi sponte sua propensa voluntas : profecto continget, ut proximo medio mense Aprili natalem aetatis tuae agas octogesimum. Miram hanc nacti temporis opportunitatem, quae ex more maiorum bene cupientis linguae usum requirit, denuo et aperte obtestamur benevolentiam, qua reciprocante vinculo sanctorum communionis, Nos tibi iungi et adhaerere sentimus.

Nunc vero confirmamus tunc promptum laudis praeconium ob egregias animi laudes, quibus exornaris, et ob praeclara parta merita in Ecclesiae Matris nostrae diuturno et fideli ministerio, quin etiam id

[1] ***De officiis,* I, XVI.**

[2] **Cfr. *Hebr.* 12, 2.**

iteramus et sollicitius etiam amplificamus recens expressa flagrantissima vota.

A Deo, qui ministris altare suum scandentibus sacerdotium sanctum integra renovat iuventa, quae, etiam corpore fatiscente, sapientis menti nescit languescere, hoc tibi enixe poscimus et oramus, ut vivifica suae gratiae praesentia et caelestibus sacramentis, in nobili ascensu virtutum, te muniat, consoletur et ad meliora semper appetenda et assequenda deducat.

mondo odierno, senza che noi vi additiamo una via ancora più alta, per conseguire la Verità più perfetta. Noi siamo cristiani, cioè i seguaci di Cristo, Colui che è « via, verità e vita »[1] per tutti gli uomini, anche per quelli che ancora non lo conoscono. Egli è il Figlio di Dio, venuto tra gli uomini per « rendere testimonianza alla verità »,[2] e assicurarci che solo la verità ci farà liberi,[3] affrancandoci da ogni schiavitù.[4] Noi cristiani vogliamo essere in mezzo al mondo, dentro le realtà umane di ogni giorno, gli umili ma convinti testimoni della verità nella quale crediamo. Gli odierni strumenti della comunicazione sociale sono le nuove grandi vie aperte anche ai cristiani per il loro compito di testimonianza e di servizio alla verità. Tali strumenti servono soprattutto all'espressione e alla diffusione della parola. Anche noi abbiamo una importantissima parola da dire e da affidare alla loro potenza : è la Parola sostanziale che Dio dice di Sé, il Suo Verbo, che è anche la Parola assoluta e definitiva che Dio dice sull'uomo, salvandolo continuamente attraverso le mille e mille vicende della cronaca quotidiana e della storia dei secoli. Noi cristiani sappiamo che gli avvenimenti concreti, che interessano ogni giorno la nostra vita personale e la vita del mondo, non sono fortuite coincidenze dovute all'arbitrio di un cieco e inesorabile destino, ma costituiscono la trama di un misterioso disegno a noi non completamente disvelato, ma con il quale Dio ad ogni istante ci raggiunge e ci interpella sollecitandoci alla Sua comunione salvifica ; il che ci spinge alla accettazione morale e gioiosa di tutti gli eventi e alla dedizione piena d'amore.

Questa visione profonda delle cose è la verità incrollabile della quale vogliamo essere discepoli e testimoni — sia come comunicatori che come recettori —, e dalla quale sboccerà a poco a poco la vera libertà che cerchiamo : libertà dalle passioni umane e dai pregiudizi intellettuali; libertà dalla paura dell'insuccesso e della sconfitta; libertà da ogni asservimento a particolari gruppi di potere o di pressione, che impongono determinate interpretazioni della vita e della cronaca, svincolate da qualsiasi dipendenza dalla verità; libertà dall'arrivismo che spinge a nascondere e confondere la verità per coprire degradanti vergogne, e talvolta finalità persino inumane.

6. Fratelli e figli carissimi; vi affidiamo queste indicazioni circa la

[1] ***Giov.* 14, 6.**

[2] ***Giov.* 18, 37.**

[3] ***Giov.* 8, 31-36**

[4] ***Gal.* 5, 1.**

verità ehe deve regolare, per comune ammissione, l'uso degli odierni strumenti della comunicazione sociale. La suprema Verità che è Dio, **è** fonte anche della verità delle **cose.** La Verità che **è** venuta tra gli uomini, si **è** fatta modello dell'agire umano. Il rispetto della finalità delle cose, e la fedeltà alla norma del nostro agire, saranno per noi garanzia per realizzare la verità in ogni singola circostanza.

Ai Pastori, ai sacerdoti, ai religiosi, ai laici che si dedicano al servizio dei fratelli per il tramite degli strumenti della comunicazione sociale, contribuendo così a guidarli all'incontro con « la vera luce che illumina ogni uomo », [5] esprimiamo il nostro più vivo incoraggiamento.

Con l'augurio che tutti, informatori, tecnici, **produttori,** educatori e recettori vogliano approfittare di questa Giornata per una fruttuósa riflessione su quésti importanti argoménti, impartiamo di cuore ë con grande fiducia la nostra Apostolica Benedizione;

Dal Vaticano, 21 aprile 1972.

PAULUS PP. VI

[5] ***Oiov.* 1, 9.**

ACTA CONSILII PRO PUBLICIS ECCLESIAE NEGOTIIS

DE PROMOVENDIS AD EPISCOPATUM IN ECCLESIA LATINA

Episcoporum delectum ita faciendum ut ad regendam Ecclesiam praeficerentur Pastores « facti forma gregis ex animo » *(1 Pt.* 5, 3) Apostolica Sedes praeteritis temporibus curavit editis particularibus regulis ad varias Nationes spectantibus.

Cum autem necesse sit ut etiam in hac parte vim suam exerant Oecumenici Concilii Vaticani II praescripta, Summus Pontifex Paulus **VI,** plurimorum in Episcopatu Fratrum acceptis votis et competentium Romanae Curiae Dicasteriorum exquisita sententia, ad effectum adducere statuit id quod Motu Proprio « Ecclesiae Sanctae », n. 10, edicitur, nimirum « Conferentiae Episcopales, iuxta normas ab Apostolica Sede statutas vel statuendas, de viris ecclesiasticis ad Episcopatus ofiicium in proprio territorio promovendis prudenti consilio sub secreto quotannis agant, et candidatorum nomina Apostolicae Sedi proponant ». Itaque mandavit ut textus de hac re diligentissime appararetur et Conferentiarum Episcopalium examini proponeretur.

Quibus absolutis, Summus Pontifex normas quae hic adnectuntur approbavit, quae de promovendis ad Episcopatum ecclesiasticis viris latini ritus agunt, non tangunt vero proprias Ecclesiarum Orientalium leges, quaeque vigere incipient a die xxi mensis Maii, anno MCMLXXII, simul abrogatis memoratis particularibus decretis.

Contrariis quibusvis non obstantibus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxv mensis Martii, anno MCMLXXII.

I. Card. VILLOT
Praefectus Consilii pro Publicis Ecclesiae Negotiis

L. © S.

NORMAE DE PROMOVENDIS AD EPISCOPALE MINISTERIUM IN ECCLESIA LATINA

ARTICULUS I

.1. Episcopis facultas et ofiicium competit Apostolicae Sedi patefaciendi nomina presbyterorum quos episcopali munere dignos putant et ad illud idoneos, non solum in ambitu dioecesani Cleri, sed etiam religiosorum qui in Dioecesi ministerio sacro funguntur, et sacerdotum alius iurisdictionis quos bene compertos habeant.

2. Singuli Episcopi dioecesani et alii loci Ordinarii, non autem Vicarii Generales, satagent acquirere notitias et elementa omnia, quibus opus est ut tale praecipuum et haud facile munus adimpleatur, sive ipsi per se explorantes, sive pro opportunitate consulentes, intra terminos suae iurisdictionis, non quidem in coetu, sacerdotes e Capitulo Cathedrali vel e gremio Consultorum, e Consilio presbyterali, alios denique tum e Clero, sive dioecesano sive regulari, tum e laicorum ordine.

3. Quod attinet ad ecclesiasticas circumscriptiones concreditas Missionalibus Institutis, respectivis Moderatoribus Supremis agnoscitur, iuxta praxim vigentem in Sacra Congregatione pro Evangelizandis Populis, facultas proponendi candidatos e proprio Instituto, salvo semper iure Apostolicae Sedis, si id opportunum censuerit, aliter providendi.

ARTICULUS II

1. Nomina candidatorum episcopalium regulariter perpendantur et proponantur ab Episcopis in coetum coalescentibus. Singulis tamen Episcopis, aliisque Ordinariis ut supra, art. I, 2, fas est candidatos Apostolicae Sedi directe proponere.

2. Coetus seu conferentiae de quibus agitur sint de more provinciales, constent nimirum ex Episcopis aliisque Ordinariis ut supra pertinentibus ad eandem Provinciam Ecclesiasticam, nisi peculiaria locorum adiuncta coetus interprovinciales, vel regionales vel demum nationales suadeant, Apostolica Sede prius certiore facta.

ARTICULUS III

1. Coetui iisdem cum iuribus intersunt omnes Episcopi Provinciae, vel Regionis vel Nationis, qui iuxta respectiva statuta ad eamdem Conferentiam Episcopalem pertinent cum voto deliberativo.

2. Agendorum ordinem praeparare coetibusque praeesse est Metropolitae, eoque absente Suffraganei senioris, si agatur de coetu provinciali; Conferentiae vero Praesidis si agatur de coetu regionali vel nationali.

ARTICULUS IV

1. Coetus habeantur certis intervallis, iuxta praescriptum in Motu Proprio « Ecclesiae Sanctae », n. 10. Expedit ut celebrentur cum de more Episcopi conveniunt.

2. Coetus recurrente tempore congregantur eo consilio ut Episcopi candidatos proponant vel, si casus ferat, circa candidatos iam antea propositos ulteriores notitias suppeditent. Fieri etiam **poterit** ut aliquis e candidatis alias propositis, in indice non sit retinendus Vel ob progressant aetatem, vel ob morbum, vel ob aliam causam, unde ad episcopatum inhabilis factus **sit.**

ARTICULUS V

Congruo tempore ante coetus congregationem, nomina proponendorum ab iis, qui interesse ius et officium habent, mittantur Praesidi, qui cum iisdem integram nominum seriem communicare sataget, opportunis adhibitis cautelis.

Ipsi autem candidatorum nomina perpendant, et de unoquoque quae sibi perspecta sint adnotent.

ARTICULUS VI

1. De singulis candidatis notitias et animadversiones Episcopi secum communicent, explicantes utrum de propria scientia eas confirment an ex auditu referant.

2. Sic autem examinandi sunt candidati ut discernatur an polleant dotibus quibus necesse est adornetur bonus pastor animarum et doctor Fidei : an nimirum bona fama honestentur, an sint moribus irrepre-

hensibiles, recto iudicio et prudentia instructi, animo aequabiles, indole constantes; an sint orthodoxae Fidei tenaces, Apostolicae Sedi devoti et Ecclesiae Magisterio fideles, an dogmaticam et moralem theologiam ac ius canonicum penitus calleant, an pietate, spiritu sacrificii et pastorali zelo fulgeant, an aptitudine ad gubernandum donentur. Sed et attendi debent acies ingenii, studiorum curriculum, sensus socialis, spiritus dialogi conserendi et cooperationis, intellegentia signorum temporum, laudabile studium non favendi partibus, familiae genus, valetudo, aetas, habitus per successionem hereditariam traditi.

ARTICULUS VII

1. Absoluta disceptatione orali, vota, aut abstentio a voto, scripto aliave apta ratione exprimantur pro singulis candidatis.

2. Vota secreto exprimantur, ut integra unicuique servetur libertas in suffragando. Expedit ut, praeter ipsum votum, distincte indicetur indoles dioeceseos vel ofilcii cui aptior quisque candidatus videatur.

3. Post lata suffragia de singulis candidatis, ipsa recognoscantur, modo apto ad exactam computationem eorundem.

4. Si expedire videatur, Praeses potest Episcopos invitare ad novam oralem disceptationem, circa unum candidatum vel plures, et suffragia iterum ferenda curare, quo nempe peculiares notae alicuius candidati clarius appareant.

ARTICULUS VIII

1. Ante coetus absolutionem elenchus conficiatur eorum qui, episcopali munere digni et idonei, Apostolicae Sedi proponendi erunt.

2. Itidem, ante coetus dimissionem ea omnia deleantur ex quibus dignosci posset qua ratione singulus quisque suffragium tulerit. De omnibus autem in coetu peractis acta conficiantur ad normam iuris.

3. Optandum est omnino, ne Episcopi discedant nisi actorum tabulis perlectis, probatis et subsignatis.

ARTICULUS IX

Praeses coetus integrum exemplar actorum et elenchi candidatorum ad Apostolicam Sedem mittat per Pontificium Legatum.

ARTICULUS X

1. Illis in Nationibus in quibus plures exstant Provinciae Ecclesiasticae et id, iudicio saltem duarum tertiarum partium eorum qui cum voto deliberativo pertinent ad Conferentiam Episcopalem Nationalem, expedire videbitur, elenchus in Provinciali vel Regionali coetu confectus mittatur, pro opportuna cognitione, ad Praesidem Conferentiae Episcopalis Nationalis, qui animadversiones et notitias addere poterit, prae mente habens necessitates et adiuncta Ecclesiae in tota Natione.

2. Itidem, si maiori parti ut in praecedenti paragrapho membrorum Conferentiae Episcopalis Nationalis expedire videbitur, statui poterit ut vel Comitatus permanens Conferentiae, vel peculiaris non nimis ampla Commissio, constans membris ab ipsius Conferentiae plenario coetu ad certum tempus eligendis, cui praeerit ipse Praeses Nationalis Conferentiae, animadversiones et notitias ut supra n. 1 addat.

ARTICULUS XI

1. Cum agitur de indicandis Apostolicae Sedi candidatis pro aliquo officio episcopali, ratio habenda est indicum confectorum a coetibus provincialibus, vel a coetibus regionalibus sive nationalibus in casibus descriptis art. II, 2.

2. Indices autem non minuunt libertatem Romani Pontificis, cui pro suo munere semper integrum est eligere et instituere etiam viros aliunde sumptos.

ARTICULUS XII

1. Antequam quilibet candidatus Episcopus renuntietur, Apostolica Sedes de eo diligentem et prolatam peragit inquisitionem, consultis singulatim personis quae eum intime norint et de eo valeant quam absolutissimas notitias et prudens deliberatumque coram Deo proferre iudicium.

2. Haec inquisitio facienda committitur Pontificio Legato, qui quidem quaestiones ad hoc confectas tradit ecclesiasticis viris : episcopis, presbyteris, religiosis; possunt quoque eumdem in modum interrogari laici prudentes et vere probati, qui utilia scitu de candidato norint.

ARTICULUS XIII

1. Cum de providenda aliqua dioecesi aut de constituendo Coadiutore cum iure successionis agitur, Pontificius Legatus a Vicario Capitulari vel ab Administratore Apostolico aut ab ipso Episcopo dioecesano requiret amplam et diligentem relationem de Dioeceseos statu et necessitatibus; poterunt etiam clerus et laicorum ordo, praesertim per corpora ad normam canonum instituta eorumque personas agentia, necnon religiosi interrogari.

2. Salvis casibus particulari lege vel consuetudine vel alia ratione legitime exceptis, ad ternos, qui dicuntur, Apostolicae Sedi proponendos, Pontificii Legati est singillatim requirere et cum ipsa Apostolica Sede communicare, una cum suo voto, quid suggerant Metropolita et Suffraganei Provinciae ad quam pertinet, vel quacum in coetum convenit, providenda dioecesis, necnon Conferentiae Episcopalis Nationalis Praeses. Pontificius Legatus, insuper, quosdam **e** Capitulo Cathedrali, vel e Consultoribus dioecesanis, aliosque ex utroque Clero, praesertim **e** Consilio Presbyterali sede plena exsistente, pro opportunitate audiet.

3. Congrua congruis referendo, similis procedendi modi ratio habeatur ab iis ad quos candidatos proponere pertinet cum agitur de nominandis Episcopis Auxiliaribus.

ARTICULUS XIV

In iis omnibus expediendis, sive Episcopis, sive Pontificiis Legatis, sive Presbyteris et fidelibus quomodocumque partem habentibus, praescriptum secretum Pontificium, quod vocant, ad amussim servandum est, quod exigunt ipsa natura rei et observantia debita personis de quibus agitur.

ARTICULUS XV

Firmo manente voto Concilii oecumenici Vaticani II in Decr. « Christus Dominus », n. 20, de Episcopis libere eligendis, normae quae praecedunt legitima privilegia concessa vel iure quaesita specialesque procedendi modos ab Apostolica Sede inita pactione vel aliter approbatos non abrogant nec iisdem obrogant.

ACTA SS. CONGREGATIONUM
SS.

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 28 Ianuarii W12. — Titulari episcopali Ecclesiae Thisiduensi, praefecit R. P. D. Eduardum T. O'Meara, e clero archidioecesi S. Ludovici, moderatorem nationalem Operis a Propagatione Fidei in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Ioannis S. R. E. Cardinalis Carberry, Archiepiscopi S. Ludovici.

die 23 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Monctonensi R. P. D. Donatum Chiasson, Vicarium Generalem dioecesis Bathurstensis in Canada.

die 7 Aprilis. — Titulari Episcopali Ecclesiae Rubicensi R. D. Ansgarium Saier, sacerdotem Archidioecesis Friburgensis, moderatorem Seminarii Maioris eiusdem Archidioecesis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Hermanni Schaufele, Archiepiscopi Friburgensis.

die 22 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Ioannopolitanae a Lacubus, noviter erectae, Exc. P. D. Franciscum Xaverium Ñuño Guerrero, hactenus Archiepiscopum titularem Garellensem, eidem archiepiscopalem dignitatem seu titulum *ad personam* servans.

— Cathedrali Ecclesiae Gusmanopolitanae, noviter erectae, Exc. P. D. Leonardum Viera Contreras, hactenus Episcopum Colimensem.

die 3 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Pauli in Alberta R. P. D. Raimundum Roy, e clero archidioecesis Sancti Bonifatii.

die 12 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Hiltensi R. D. Casimirum Kluz, curionem paroeciae Christi Regis in civitate Genadensi, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Lech Kaczmarek, Episcopi Genadensis.

die 16 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Caroli in Venetiola, noviter erectae, R. D. Medardum Luzardo Romero, Vicarium Generalem archidioecesis Maracaibensis.

die 17 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Absiritanae R. D. Vincentium Guggenberger, parochum cathedralis ecclesiae Ratisbonensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Rodulfi Graber, Episcopi Ratisbonensis.

SACRA CONGREGATIO PRO RELIGIOSIS ET INSTITUTIS SAECULARIBUS

DECRETUM

circa regiminis ordinarii rationem et religiosi saecularizati accessum ad officia et beneficia ecclesiastica.

Experimenta circa regiminis rationem inducta non pauca excitaverunt problemata et dubia, praesertim relate ad personalem Superioris auctoritatem.

Praeterea, bis temporibus, opportunum visum est examini subicere prohibitiones can. 642, quae religiosos ad saeculum regressos afiiciunt.

Praehabito consultorum studio, in Coetu Plenario dierum 24 et 25 Septembris 1971, Patres huius Sacrae Congregationis sequentia dubia perpenderunt :

1. An, contra can. 516, regimen collegiale ordinarium et exclusivum admitti fas sit, sive pro toto Instituto religioso, sive pro provincia, sive pro singulis domibus, ita ut Superior, si habetur, sit merus executor.

2. An can. 642 Codicis Iuris Canonici suspendi possit ita ut religiosi a votis rite soluti consequi aut retinere valeant, absque Sanctae Sedis speciali licentia, quaecumque officia, beneficia vel munera ecclesiastica.

Omnibus debite ponderatis, Patres in praefato Coetu haec statuenda unanimiter censuerunt :

Ad primum : Negative.

Ad mentem Concilii Oecumenici Vaticani II (Decr. *Perfectae caritatis,* 14) et Adhortationis Pontificiae *Evangelica testificatio,* n. 25, *(A.A.S.* 63 (1971), p. 510) ratione habita legitimarum consultationum necnon limitum a iure sive communi sive particulari receptorum, Superiores auctoritate frui debent personali.

Ad secundum : Affirmative, ita ut praescriptum canonis suspensum habeatur.

Summus Pontifex Paulus Pp. VI, in Audientia Secretario huius Sacri Dicasterii, die 18 Novembris 1971, concessa, Plenarii Coetus sententias approbare dignatus est.

Quapropter Sacra Congregatio pro Religiosis et Institutis Saecularibus, praesentis decreti tenore, praedictas deliberationes publici iuris fieri decernit.

Haec autem quae decreta sunt statim vigere incipiunt, neque formula indigent quam exsecutoriam appellant.

Praesentibus valituris donec iuris canonici Codex recognitus vim obtineat.

Datum Romae, die 2 Februarii 1972.

HILDEBRANDUS Card. ANTONIUTTI, *Praefectus*

£B Augustinus Mayer, O.S.B., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

DECRETUM

De finium mutatione

Cum ad bonum animarum provehendum expostulatum sit ut territorium paroeciae vulgo Ututu a Dioecesi Calabarensi abstrahatur et Dioecesi Umuahiaensi adscribatur, Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando, accepto favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Amelii Poggi, Archiepiscopi tit. Cercinitani atque Apostolici in Africa Medio-Occidentali Delegati, itemque consensu Exc.morum Ordinariorum, quorum interest, prae oculis habito, re mature perpensa, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI concessarum, oblatis precibus obsecundare censuit.

Qua de re haec Sacra Congregatio statuit ut territorium paroeciae vulgo Ututu, usque adhuc ad Dioecesim Calabarensem pertinens, ab ipsa separetur atque Dioecesi Umuahiaensi uniatur et praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 28 mensis aprilis a. D. 1972.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

£B D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

SYDNEYENSIS

Nullitatis matrimonii (Caley - Gale)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Gale Annette Joyce, conventae in causa de qua supra, eandem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 18 iulii 1972, hora decima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Gale Annette Joyce, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Thomas M. Mundy, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 3 mensis maii a. 1972.

Raphael Funghini, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Gale Nanette Joyce, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria), le 18 juillet 1972, à 10 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté:

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas f

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Gale Nanette Joyce, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

TRIBUNAL VICARIATUS URBIS

Citatio edictalis

ROMANA

Nullitatis matrimonii (Longobardi - Licciardi)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Francisci Licciardi, in causa de qua supra conventi, eundem citamus ad comparendum in H. S. T. Vicariatus Urbis (Roma, Palazzo Apostolico dei Laterano, Piazza S. Giovanni in Laterano, 6), aut per se, aut per procuratorem legitime constitutum, die 26 Iulii 1972, hora 9, *pro dubii contestatione nullitatis matrimonii de quo agitur.*

Ordinarii locorum, parochi, fideles quicumque, notitiam habentes actualis commorationis praedicti Francisci Licciardi, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Romulus Rodrigo, *Iudex Instructor*

Ex Aedibus H. S. T., die 3 mensis maii 1972.

Angelus Caravella, *Y. Cancellarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. François Licciardi défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal du Vicariat de Rome (Roma - Piazza S. Giovanni in Laterano, 6) le 26 juillet 1972, à 9 heures, pour concorder le doute ci-dessous rapporté :

Conste~t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. François Licciardi, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

ACTA COMMISSIONUM

PONTIFICIA COMMISSIO DECRETIS CONCILII VATICANI II INTERPRETANDIS

Responsa ad proposita dubia

Patres Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II interpretandis, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, respondendum esse censuerunt ut infra ad singula :

I.

(De dispensatione a forma canonica celebrationis matrimonii mixti)

D. - Utrum ad normam Litterarum Apostolicarum *Motu proprio* datarum die 31 martii 1970, quae verbis incipiunt *Matrimonia mixta,* Ordinarius loci possit concedere dispensationem a forma canonica celebrationis matrimonii mixti si unus sit catholicus, alter vero fuit quidem baptizatus in ecclesia catholica, sed deinde a fide deficiens ad aliam confessionem non catholicam conversus sit.

R. - *Affirmative,* dummodo graves difficultates formae canonicae servandae obstent.

II.

(De Auctoritate competenti pro erectione Seminarii)

D. - Quaenam sit Auctoritas competens pro erectione Seminarii nationalis vel regionalis, de quo in n. 7 decreti de institutione sacerdotali, *Optatam totius,* Sacrosancti Oecumenici Concilii Vaticani II.

R. - Auctoritas competens est Conferentia Episcoporum cuius interest ; eius tamen decisio a Sede Apostolica approbari debet.

SS.mus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 11 februarii 1972 infrascripto impertita supradictas decisiones ratas habuit, adprobavit et publicari iussit.

PERICLES Card. FELICI, *Praeses*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato 22 **Aprile** 1972, **il Santo Padre Paolo** VI **ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor** TAHAR BELKHODJA, **Ambasciatore straordinario e Plenipotenziario di Tunisia.**

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

29 aprile 1972. S. E. Mons. Calabresi Ubaldo, Arcivescovo tit. di Fondi, *Pro-Nunzio Apostolico nella Repubblica Democratica del Sudan.*

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito:

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

17 dicembre 1971. Al sig. Mohammed Nars El-Din *(Repubblica Araba d'Egitto).*
10 gennaio 1972. Al sig. Dorigo Antonio (Padova).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

8 novembre 1971. Al sig. Carpi Gino (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

21 maggio 1971. Al sig. Gattermeyer Karl (Wien).
6 agosto » Al sig. Kraichich Giovanni (Wien).
27 settembre » Al sig. Merino Puente Manuel (Lima).
3 novembre » Al sig. Lombardi Gino (Roma).
» » » Al sig. Blasi Saverio (Taranto).
» . » » Al sig. Musolino Enzo (Taranto).
» » » Al sig. Pignatelli Francesco (Taranto).
8 » » Al sig. Incardona Mario (Ragusa).
» » » Al sig. De Panfilis Mario (Roma).
» » » Al sig. Napoli Paolo (Roma).

8	novembre	1971.	Al sig. Bastioni Umberto (Terni e Narni).
9	»	»	Al sig. Botondi Ermenegildo (Milano).
»		»	Al sig. Grenna Giuseppe (Milano).
»	»	»	Al sig. Frontini Franco Renato (Milano).
»		»	Al sig. Massara Luigi (Milano).
»		»	Al sig. Paloschi Enrico (Milano).
	»	»	Al sig. Zurleni Domenico (Milano).
12	»	»	Al sig. Riccio Marcello *(Italia).*
		»	Al sig. Cappon Giorgio (Roma).
»	»	»	Al isg. Paolella Ciro (Roma).
17	»	»	Al sig. Fawzi Abd Al Aal Ibrahin *(Repubblica Araba d'Egitto).*
»	»	»	Al sig. Salah Sabry *(Repubblica Araba d'Egitto).*
18	»	»	Al sig. Marino Gaetano *(Italia).*
22	»	»	Al sig. Koowenhoven Uberto Cornelio Giuseppino (Rotterdam).
10	dicembre		Al sig. Coirò Luigi (Teggiano).
17	»	»	Al sig. Quattrino Luigi (Roma).
21		»	Al sig. Broos Vittorio (Mechelen-Brussel).
8	gennaio	1972.	Al sig. D'Ercole Luigi Maria (Roma).
10	»	»	Al sig. La Perna Giovanni (Roma).
»	»	»	Al sig. Sapienza Giovanni Alfio (Roma).
12	»	»	Al sig. Bernacchi Cesare (Roma).
»	»	»	Al sig. Già ve Antonio (Roma).

II Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

15	marzo	1971.	Al sig. Togni Paolo (Roma).
27	»	»	Al sig. Chimenti Cosimo (Taranto).
8	maggio	»	Al sig. Hildebrand Giovanni (Berlin).
6	giugno		Al sig. Selten Giovanni Pietro Raniero ('s-Hertogenbosch).
»	»	»	Al sig. Ruijssenaars Gilberto Pietro (Utrecht).
8	luglio	»	Al sig. Speranza Antonio (Aversa).
13	ottobre	»	Al sig. Pieters Lodovico Alberto (Rotterdam).
»	»	»	Al sig. Van-Emmerijv Giovanni Endrigo Maria (Rotterdam).
»	»		Al sig. Lubberdink Giovanni Gerardo Andrea (Utrecht).
18	»	»	Al sig. Kleisterlee Cornelio Francesco (Rotterdam).
24	»	»	Al sig.. Paffen Adolfo (Roermond).
»			Al sig. Zeelen Giuseppe Giacomo Francesco (Roermond).
	»	»	Al sig. Comandù Alberto (Roma).
	»	»	Al sig. Donatelli Paolo (Roma).
»		»	Al sig. Van de Goor Pietro ('s-Hertogenbosch).
1	novembre	»	Al sig. Szelag Corrado (Berlin).
8	»	»	Al sig. Düsemberg Guglielmo (Essen).
»		»	Al sig. Bellini Raimondo (Massa Marittima).
»	»	»	Al sig. Montagnani Giuseppe (Massa Marittima).
5			Al sig. Weijers Giovanni Mattia (Roermond).

9	novembre	1971.	Al	sig. De Vecchi Paolo (Milano).
»	»	»	Al	sig. Fumagalli Enrico Giulio (Milano).
»	»	»	Al	sig. Tarchi Franco (Milano).
	»	»	Al	sig. Turri Eligio (Milano).
12	»	»	Al	sig. Gaspèroni Antonio (Rimini).
»	»	»	Al	sig. Basili Luigi (Roma).
»	»	»	Al	sig. Bertrand Giovanni Vincenzo (Roma).
»		»	Al	sig. Meacci Francesco (Roma).
»	»	»	Al	sig. Oberti Armando (Roma).
	»	»	Al	sig. Orlando Liborio (Roma).
	»	»	Al	sig. Rencricca Mario (Roma).
»	»	»	Al	sig. Swarts Giovanni Antonio ('s-Hertogenbosch).
16	»	»	Al	sig. Scannàpieco Domenico (Amalfi).
»	»	»	Al	sig. Campman Antonio (Utrecht).
22	»	»	Al	sig. Bleijeiiberg Joannem (Breda).
»	»	»	Al	sig. Bratta Massimo (Milano).
»	»	»	Al	sig. Dovera Marcello (Milano).
»	»	»	Al	sig. Valleri Giuseppe (Milano).
»	»		Al	sig. Van Beukering Pietro Francesco (Rotterdam).
»	»	»	Al	sig. Vink Francesco Giuseppe (Rotterdam).
26	»	»	Al	sig. Novelli Pio (Roma).
27		»	Al	sig. Siila Fiorello (Asmara).
»	»	»	Al	sig. Gauly Otto (Speyer).
2	dicembre	»	Al	sig. Rosi Francesco *(Italia)*.
4	»	»	Al	sig. Berti Marini Michele (Roma).
7	»	»	Al	sig. Zizzo Cosimo (Taranto).
10	»	»	Al	sig. Di Stasi Pasquale (Roma).
»	»	»	Al	sig. Trasi Domenico (Salerno).
17	»		Al	sig. Orrù Nazzareno (Roma).
»	»		Al	sig. Senso Antonino (Roma).
3	gennaio	1972.	Al	sig. Mancino Raffaele (Ascoli Satriano e Cerignola)
10	»	»	Al	sig. Maffaccini Egidio (Roma).

NECROLOGIO

6	màggio	1972.	Möns. Kowalski Kazimierz Józef, Vescovo di Chelmno.
10	»	»	Mons. Pusic Miho, Arcivescovo tit. di Buxentum.
17	»	»	Morls. Versiâni Vellóso José Francisco, Vescovo di Itumbiara.
19	»	»	Mons. Youakim Eftimios, Arcivescovo tit. di Scitopoli.
20	»	»	Mons. Medina y Medina Miguel Antonio, Vescovo di Montería.
24	»	»	Mons. benedetti Tarcisio Vincenzo, Vescovo di Lodi.
27	»	»	S. E. il sig. Cardinale Gáribi y Rivera José, già Arcivescovo di Guadalajara.

An. et vol. LXIV 30 Iunii 1972 N. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano —,** *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE

Maximiliano Mariae Kolbe, presbytero Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, beatorum honores decernuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Divinum illud, sancto ipsius Redemptoris ore proditum : « Maiorem caritatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis)) *(Io.* 15, 13), quam aptissimum est ad Maximiliani Mariae Kolbe laudes atque virtutes pressius definiendas, eiusque vitae institutum, item et necessitudines, quae illi sive cum Deo, sive cum fratribus intercedebant, mirifice describenda.

Qui sane, Franciscalis familiae sodalis cum esset, quae multa Deo pollicitus erat et praestituit et summa fide persolvit omnia. Attamen eo praesertim omnes ñervos industriae suae contendit, ut per abdicationem suae voluntatis soli Deo viveret. Cumque Deus iugiter in eo cresceret, oportuit scilicet eundem quodammodo a se decedere ipsum, atque totum id quod esset quasi in nihilum redigi.

Inde victorias consecutus est multas et egregias : de se, nempe, in quo novum hominem paulatim instauravit; de malo, cuius improbitatem bono retudit; de rebus, quas omnes ad summi Numinis gloriam componere studuit ; de voluntate laete vivendi, quo quidem homines perpetuo sitiunt, quodque ille penitus abiecit.

Quo factum est, ut maximum etiam caritatis documentum daret vitamque pro fratribus profunderet, cursumque vitae consummaret, ab ortu ad occasum admirabilem; idque omni tempore in castissimam Virginem Mariam intuens, Christi Matrem.

Hae autem virtutes et ceterae, quas coluit, tam praestabiles visae sunt, tam laudabiles, in hac potissimum tempestate, ut Ecclesia,

Sanctorum mater, et sua auctoritate iudicaverit confirmandas, et hodie illum in album Beatorum referendum constituerit.

Natus est Maximilianus Maria, in pago *Zdunsha-Wola,* qui est in finibus Poloniae, die vii mensis Ianuarii, anno MDCCCXCIV. Eodem ipso die, quo natus, est sacro Baptismate ablutus, eique nomen Raimundus inditum. Quattuor habuit fratres, quorum duo religiosae vitae institutum ceperunt, aeque atque ipse.

Puer autem omni studio contendebat ut ingenio, praestanti quidem, sed natura pertinaciori, temperaret.

Cum annum quartum decimum ageret, Raimundus Leopolim se contulit, in qua urbe Seminarium seu Conventus Fratrum Franciscanum Conventualium ei patebat ; ibique in gymnasii studiis versatus est.

Anno MDCCCCX, regulari novitiatu incepto et Maximiliani nomine sibi indito, vota simplicia, quae dicunt, anno qui proxime successit, mense Septembri, nuncupavit.

Praepositorum voluntati morem gerens, anno MDCCCCXII, Romam petiit studiorum causa, et in ea Romanitatem quandam hausit; itemque illam venerationem erga Summum Pontificem, quam semper integre coluit.

Apostolatus cupiditas fecit, ut ((Militiae Mariae Immaculatae » sodalitatem, anno MDCCCCXVII, conderet, qua enitebatur ut adventum regni Dei per Christi Matrem procurar et.

Romae autem ab anno MDCCCCXII ad MDCCCCXIX degit, Collegii Seraphici Internationalis, ut dicunt, alumnus; quo tempore cum philosophiae vacavit in Pontificia Studiorum Universitate Gregoriana, tum etiam sacrae theologiae, in facultate theologica sui Ordinis.

Interim, anno MDCCCCXIV, religionem suam seu Regulam sollemniter professus est atque nomini religioso Maximiliani alterum nomen Mariae adiunctum voluit. Tandem, ut erat in votis, die duo de tricesimo mensis Aprilis, anno MDCCCCXVIII, in templo S. Andreae de Valle, quod est Romae, sacerdotio initiatus est. Verissimum augurium rerum futurarum tunc ea verba fuere, quae ipse in Missarum tabula perscripsit, primis illis adepti sacerdotii diebus : se divinis operatum esse « conversionis peccatorum impetrandae causa » et « pro gratia apostolatus et martyrii ».

Confecto autem studiorum cursu, in Poloniam revertit; Cracoviae atque Leopoli ad incrementum « piae unionis » Militiae Mariae Immaculatae se impendit; et commentaria edenda curavit, quorum index ((Eques Immaculatae », ac per quae doctrinam et pietatem Marialem

in populum innumeris foliis diffundebat. Quo autem melius feliciusque res cederet, praepositi sui Ordinis eum Grodnum traduxerunt. Cum vero, maiora usque moliens, Dei famulus a quodam liberali viro optatum agrum ad Varsaviam impetrasset, anno MDCCCCXXVII, pagum condidit quem ab Immaculata cognominatum Polonica lingua *Niepolcalanów* dixit : pagum profecto singularem, si quidem eius cives ad unum omnes sodales Franciscales erant, et operam multam in hoc unice impendebant, ut Deus, omnium principium, opitulante Virgine Maria, et cognosceretur penitius, et amaretur, impressis scilicet et pervulgatis fasciculis, commentariis, ephemeridibus de re catholica agentibus.

Anno MDCCCCXXX, incitamento Summi Pontificis Pii XI, Decessoris nostri rec. mem., motus, qui missiones catholicas ad exteras gentes augere cupiebat, Maximilianus Maria ad orientales nationes se contulit cum paucis, id exploraturus, num alia ibi locorum arx ab Immaculata appellanda constitui posset. Neque non secunda fortuna fuit. Nam difficultates, quantumvis magnae, nequaquam offecerunt, quin Nagasakii, in Iaponia, eam conderet quam brevissime; immo, quin et floreret et floreat.

Nagasakii autem est Dei servus usque ad annum MDCCCCXXXVI commoratus, quo tempore in Poloniam rediit, a suis moderatoribus revocatus ut pago *Niepolcalanów* praesideret.

Interim, atrox belli furor propinquabat, quo anno MDCCCCXXXIX, Germania et Polonia flagraverunt ; atque ille, omnibus fere sodalibus in tuto collocatis, cum paucis locum obtinuit. Tum vero tempestas in perniciem intumuit : Germani enim milites vicum *Niepolcalanów,* die decimo septimo Septembris, eodem anno, ingressi, biduo post Maximilianum Mariam eiusque Fratres deportaverunt in locum Lamsdorf, qui est in Germania, primum, postea Arntitz, in pagum haud longe a Gubin.

In hoc autem captivitatis campo fuit providus Christi missus, eoque animo ingressus est, ut non solum rem aeque ferret, verum et Deo et hominibus gratias ageret.

Captivitate liberatus mense Decembri, anno MDCCCCXXXIX, per menses quattuordecim curas suas omnes in eo posuit, ut sauciis Germanis assiderei, prófugos exciperet, Hebraeos, ad duo millia, tegeret. Tum, mense Februario, anno MDCCCCXLI, iterum comprehensum deduxerunt eum in carcerem *Pawiah,* qui est Varsaviae, indeque in « campum exitu », quem Poloni *Oéwiecim* cognominant, Germani vero notiore vocabulo *Auschwitz,* ex quo numquam discessurus esset.

Hae ultimae quasi vitae stationes simul calvaria, simul gloria eius fuerunt.

In Pawiakensi custodia fuit saepius iniuria lacessitus, et verberatus et laesus hac una de causa, quod firmus et fidelis esset Christi crucifixi amicus, cuius imago e corona religiosae vestis pendebat.

Plurima pro Christi nomine in loco OsAviecim passus est, ubi nulla erat calamitas, quae eius aut corpori aut animo non inferretur. Ille autem consolabatur eos qui, sicut et ipse, in tanta miseria constituti, tcerbissimos casus tolerabant, ad aeterna revocans; praeterea diarium suum, seu cibi portionem, haud raro iunioribus et fame pressis distribuit, quorum etiam culpas in se nonnumquam suscepit, incommoda aliena patiens. Noctu interdum, per manus et genua reptans, egentibus suggrediebatur propius et, ut poterat, divinis Sacramentis eos reficiebat.

Non mirum ergo si Deus tam egregio viro ac quasi operi suo summam manum admoverit, oblata opportunitate vitae ponendae proximi sui gratia; quod ipse semper optaverat.

Nam, cum captivus quidam e campo aufugisset, delecti sunt ex omnibus decem, qui in vindictam morte afficerentur. Cumque eorum unus conclamasset se nullo modo mori velle, quippe qui et uxorem et caros filios revisere cuperet, Maximilianus Maria cum praeside campi breviter collocutus, ultro in eius locum subiit, cum reliquis novem moriturus. Itaque factum est, ut ille salvus et incolumis esset et conservatus, immo et vivat, Christi autem assecla se morti destinaret ipse, unius Dei proximique amore.

Verumtamen et in tali discrimine, sui neglegens, ceteris, ut potuit, prospexit, id cavens, ne ullus in tanta rerum iniquitate desperaret. Ei vero, reliquis omnibus cum superfuisset, postremo est, die xiv Augusti, anno MDCCCCXÌLI, mors illata, annos nato quadraginta septem, menses septem, dies totidem, infuso in venas acido venefico.

Postridie vero, quo die Ecclesia universa Mariae festum caelo receptae agebat, corpus eius ustum fuit, cineres dispersi.

Ceterum, admirabilis Maximiliani Mariae vita summo amore, pietate, virtute alebatur. De quibus, etsi breviter, sermonem instituendum putamus.

Atque primum, de pietate, seu de necessitudine quam cum Deo, cum beatissima Virgine Maria, cum caelestibus habuit. Haec sane in fide SS. Trinitatis firmissimis infixa erat radicibus, cuius servus Dei semper studiosissimus fuit.

Amore praeterea erga Christum in Eucharistia latentem motus est,

ut in pago *Niepolcalanów* adorationem perpetuam institueret, ea ratione, ut bini semper religiosi viri diu noctuque in sacra aede Deo sisterent precantes. Quod servus Dei tanti faciebat, ut et caput et initium totius operis sui duceret.

Ad Mariam quod attinet, loco parentis eam habuit eiusdemque dulcissimae ; adeo ut sententiae : Militia Mariae Immaculatae, Eques Immaculatae, voluntati Mariae Immaculatae pareamus, similes, ei communes, praeterquam quod animi indices essent, id etiam ostenderet, quo haec eius religio spectaret : eo nempe, ut Mariam honoraret ob eius candorem potissimum, quem et imitaretur.

Eius vero fides in Deum patebat etiam manifesto e fiducia, quam propemodum unicam in Deo habebat. Cui sane Deus pari liberalitate respondit. Quo factum est, ut qui tam pauper esset, ut interdum soleas unamque vestem cum sodalibus communes haberet, eidem vis incredibilis pecuniae fuerit, et opibus floruerit, in aliorum autem commodum destinandis.

De eius autem amore erga Deum et homines tota eius vita loquitur : nam omnis eius industria ad utilitatem aliorum spectavit, adeo ut eius agendi ratio cum pauperibus, cum derelictis, cum captivis, sive in Germania, sive in Iaponia, sive in loco Auschwitz, novum quoddam creaturarum canticum esset e corde profluens.

Quod hoc etiam admonet, ne devotionem vitae, qua se supposuit pro contubernali illo, cuius meminimus, in campo Oswiecim, fortuitum quiddam iudicemus, sed ut summam universae vitae.

Eius vero virtutes morales innitebantur omnes in sui contemptione. Nam sibi dicta reputabat haec sancti Evangelii verba : <(Recumbe in novissimo loco » *(Lc.* 14, 10). Quae humilitas erumpebat etiam ex oris et corporis habitu, maxime praepositis coram, a quibus semper genu innixus necessaria petebat, quorumque voluntati summa religione parebat, tanto maiore virtute, quo plus incommodi res posceret.

In magna laude est etiam eius prudentia ponenda, quae cum omnibus semper fuit in illo singularis, sive cum Protestantibus, sive cum Hebraeis, sive cum Buddhistis agente. Ad hos quod attinet, eo progressus est, ut nonnumquam et ipsorum monasteria visitaret, et de religione christiana cum eis dissereret benigne audientibus; quos in vicem audivit, virtutem ipsius maxime admiratos, qua moti, non solum in commentariis eius de re christiana scripserunt, sed etiam in amorem Mariae, Christi Matris, sunt rapti.

Itaque, antequam Ecclesia rem oecumenicam magis magisque proveheret, Maximilianus Maria eam exercebat.

Tum autem eius virtutes, tum pulcherrimum facinus datae vitae in proximi salutem, quasi hostiae sanctitatis (cfr. *Eph.* 5, 2), studia et admirationem omnium conciliaverunt et moverunt. Atque visum est rectissime fieri, si testimonia eius praeclarae vitae colligerentur, ut Ecclesia sollemni iudicio confirmaret. Accedit, quod mirae iam sanationes perhibebantur ab eo impetratae.

Quare quaestiones canonicae primum in Patavina, ob diificilliinos Poloniae casus, deinde in Varsaviensi et in Nagasakiensi curia, ab anno MDCCCCXLVIII ad annum MDCCCCLI fieri coeptae sunt, eiusque scripta diligentissime examinata, de quibus anno MDOCCCLV, die xii mensis Mai, est iudicium editum.

Cum autem e toto fere orbe terrarum postulatoriae litterae mitterentur, quibus petebatur, ut de sanctitate servi Dei causa inciperetur, maxime instante dilecto Filio Antonio Maria Ricciardi, Postulatore Generali Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, Caietanus S. R. E. Cardinalis Cicognani, Sacrae Rituum Congregationis Praefectus, idemque causae Relator, in ordinario, ut dicunt, eiusdem Sacrae Congregationis coetu, die xv mensis Mai, anno MDCCCCLX, hoc dubium proposuit : an signanda esset Commissio introductionis causae eiusdem servi Dei, in casu et ad effectum de quo ageretur.

Patres vero Cardinales, eidem Sacrae Congregationi praepositi, et Officiales, disceptante Fidei Promotore Generali, omnibus diligentissime perpensis, affirmative responderunt; atque Ioannes Pp. XXIII, fel. rec. Decessor noster, eodem die edito decreto, Commissioni illi subscripsit.

Ceteris deinde, suetis coetibus Sacrae Rituum Congregationis actis, quae agenda essent, disputata quaestio est de virtutibus servi Dei, die XXX mensis Ianuarii, anno MDCCCCLXIX, in conventu eiusdem Sacrae Congregationis coram Nobis, in quo, cum esset in controversiam vocatum : an constaret de virtutibus theologalibus, de cardinalibus de hisque adnexis in gradu heroico, in hac sententia stetere omnes, constare nempe de virtutibus a servo Dei heroum more cultis; in eamque rem ilico decretum emisimus.

Exercita postea quaestione de miraculis, quae eiusdem nomine invocato a Deo ferebantur patrata, omnique re in suetis consiliis exquisita, nos die xiv mensis Iunii, hoc anno, de duobus pronuntiavimus constare.

Tandem die xvn mensis Octobris, ad sollemnia beatificationis celebranda constituto, coram amplissimo Patrum Cardinalium, Patriarcha-

rum, Archiepiscoporum, Episcoporum coetu, Polonorum maxime, Patrum Synodalium praeterea, Praelatorum, Officialium Romanae Curiae, Religiosarum Sodalitatum, praesertim Fransciscalis familiae, ac frequentissimo christianorum populi grege, in quo multi e Polonia, in templo S. Petri sacra fecimus Deo optimo maximo. Inter quae, post ((Kyrie, eleison », venerabilis Frater Ferdinandus Antonelli, Archiepiscopus titulo Idicrensis, idemque Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum a Secretis, servi Dei vitam breviter perstrinxit, idque Nos poposcit, nomine quoque Postulatoris adstantis, ut ad optatam beatificationem eius veniremus. Cumque peroratio accessisset venerabilis Fratris Ladislai Rubin, Episcopi titulo Sertensis et Synodi Episcoporum Viri a Secretis, Polono sermone habita, tandem formulam beatificationis pronuntiavimus :

« Nos, vota multorum Fratrum Nostrorum Episcoporum, totius Ordinis Fratrum Minorum Conventualium pluriumque christifidelium explentes; Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum praehabito consulto; matura interposita deliberatione et superna luce pie implorata; vi et auctoritate Nostra apostolica venerabilem servum Dei Maximilianum Mariam Kolbe, presbyterum praedicti Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, in album Beatorum ascribimus, facultatem facientes, ut eius festum die eius natali decimo quarto mensis Augusti, in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Post autem « Gloria », novum Beatum precatione propria invocavimus, cuius et laudes celebravimus, et exempla sancta Christiano populo, potissimum ex ordine sacerdotali, meditanda proposuimus.

Has autem Litteras sive nunc sive in posterum ratas haberi iubemus, ut vim suam habeant effectumque omnem, contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVII mensis Octobris, anno MDCCCCLXXI, Pontificatus Nostri nono.

PAULUS PP. VI

Loco £& Sigilli

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXIX, n. 69.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DOMINAE NOSTRAE LIBANENSIS

Eparchia Dominae Nostrae Libanensis pro Maronitis in Brasilia conditur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quod providenter Concilium Oecumenicum Vaticanum II suasit (cfr. Decr. « Orientalium », 4) ut videlicet ubique terrarum omnium orientalis ritus Ecclesiarum provideretur incremento ac propterea constituerentur paroeciae atque propria hierarchia, perficiendum iam esse censuimus, quantum fideles pertinet ritus antiocheni Maronitarum in Brasiliae finibus degentes : eorundem enim fidelium coetus tam numero catholicaeque rei inceptis floruerunt, ut oporteret omnino peculiari eparchia seu dioecesi arctius inter se copularentur. Audito igitur quid hac super re sentirent Patriarcha Antiochenus Maronitarum, Episcoporum coetus Brasiliae atque eiusdem nationis Apostolicus Nuntius, de consilio Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus deque apostolica Nostra potestate sequentia decernimus ac iubemus. Eparchiam pro fidelibus Maronitis in Brasilia constituimus, cuius erit titulus *Dominae Nostrae Libanensis;* eadem suffraganea metropolitanae Sedi Sancti Pauli erit, in qua urbe et domicilium suum et eparchiale templum Eparchus habebit. Hic praeterea consultores eparchiales deligat, ut ei auxilio et consilio iuvent. Ad mensam quod attinet, eam efficient pecunia a fidelibus oblata, paroeciarum tributa ac bonorum redditus ad eparchiam pertinentium. Praecipimus insuper ut conditae Sedis eiusque sacri Praesulis iura et officia ab Apostolicis Litteris desumantur ((Cleri sanctitati », a canone nempe 392 ad 526, servatis tamen decretis Concilii Vaticani II ceterisque Apostolicae Sedis praescriptis.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea

haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Eomae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo primo, Pontificatus Nostri nono.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. *R. E. Cancellarius*

MAXIMILIANUS Card. DE FÜRSTENBERG
S. Congr. pro Ecclesiis Orientalibus Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLI, n. 31.

II

DOMINAE NOSTRAE PARADISI

In Brasilia Eparchia Dominae Nostrae Paradisi constituitur, pro Melkitis ritus Byzantini.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Haec romana et apostolica Sedes, omnium Ecclesiarum, quotquot in orbe terrarum disseminatae sunt, mater sollicita, singulari semper studio et antiquissima cura ad Orientales Ecclesias respexit, quas nempe, christianae familiae partem nobilissimam, florentes ingenio, doctrina sancta abundantes, pietate castissima in Deum eiusque Matrem praestantes, per tot saeculorum intervalla experta est, easdemque firmum christianae veritatis praesidium. Accedunt sacrosancti Concilii Vaticani II decreta, patrimonium tantum Orientalium extollen tia. Quam ob rem, cum Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus, post venerabilem Fratrem Maximum V Hakim, Melkitarum

Patriarcham, sententiam rogatum, bene fieri censuerit, si in Brasiliana Be publica Eparchia conderetur pro fidelibus ritus Byzantini Melkitarum, Nos id censentes haud parum conferre ad bonum atque prosperitatem eius coetus fidelium, haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. In Brasilia Eparchiam pro fidelibus ritus Byzantini Melkitarum constituimus, cuius erit titulus : *Dominae Nostrae Paradisi*, sedes in urbe S. Pauli. Eadem praeterea suffraganea subicietur Apostolicae Sedi, ac tamquam eparchiale templum illud habebit, quod est a populo appellatum « Igreja de Nossa Senhora do Paraiso ». Consultores insuper eligantur, qui Eparcho assint consilio atque opera. Ad mensam eparchialem quod attinet, efficietur fidelium collationibus, statutis paroeciarum tributis, bonis ad Eparchiam pertinentibus. Eparchiae postremo eiusque Eparchi iura Litteris apostolicis continentur, quae « Cleri sanctitati » inscribuntur, a canone nempe 392 ad 526, servatis decretis sacrosancti Concilii Vaticani II, ceterisque Sedis apostolicae praescriptis.

così che anche in voi, come in tutta la Chiesa, turbata talvolta per le debolezze che affliggono, avesse a prevalere il senso evangelico di fede-fìducia, richiesto da Cristo ai suoi seguaci, e non avesse mai la paura o lo scoraggiamento ad intristire l'ardimento ed il gaudio dell'operare cristiano)).[7]

Sì, la fiducia nella Chiesa, e la fiducia della Chiesa in se stessa, si fonda sulle promesse e sui carismi divini che l'accompagnano; sul patrimonio di verità, trasmesso dalla Tradizione autentica; sulla sua struttura costituzionale e mistica; sulla sua capacità di ristabilire l'unità infranta dell'unica e universale famiglia cristiana; sul valore e sulla nobiltà della sua azione pastorale, capace d'inserire nel tessuto della vita cristiana il rinnovamento ecclesiale, voluto dal Concilio Vaticano II e da noi, con l'aiuto di Dio, instancabilmente perseguito; sulla sua missione di segno e di strumento per l'umanità intera, aperta com'essa è al mondo di oggi e di domani.

Malgrado le difficoltà, come non confortarci per i segni di speranza, che si discernono nella Chiesa? Quanti cristiani provano un intenso bisogno di preghiera e di unione con Dio! Quante anime generose cercano uno stile di vita più evangelico, radicato nella contemplazione, vissuto nell'amore fraterno ! Quanti sacerdoti, religiosi e religiose, apostoli laici danno testimonianza al Signore, con una abnegazione e una fedeltà che è certamente frutto dello Spirito Santo ! L'assillo della giustizia nel mondo tormenta moltissime anime, specialmente tra i giovani, e le spinge a dedicarsi coraggiosamente e disinteressatamente all'elevazione e allo sviluppo dei popoli, alla cura spirituale e materiale dei fratelli. Un più spiccato senso di povertà, configurata sull'esempio di Cristo e della Chiesa Apostolica, è oggi vivo nella coscienza ecclesiale, spinge molti, come i nostri carissimi Missionari, all'eroismo. Una maggiore apertura ai valori positivi del mondo, mirabilmente incoraggiata dalla Costituzione conciliare *Gaudium et spes,* rende la Chiesa oggi aperta e disponibile a tutti i settori e i problemi della vita sociale, culturale, spirituale dell'umanità, che cerca se stessa. La Chiesa è <(esperta in umanità » !

Effettivamente, essa dà un apporto continuo per rispondere sempre meglio alle presenti necessità del mondo : è uno spettacolo consolante quello che viene offerto in questo campo dall'Episcopato mondiale, con l'aiuto di organi coesivi, collaudati o di recente istituzione, di cui si

[7] **Cf. *L'Osservatore Romano,* 22 giugno 1972.**

avvale l'opera pastorale, tra i quali ci piace ricordare le Conferenze Episcopali, i Consigli presbiterali e pastorali delle varie diocesi, l'Azione Cattolica, le forme di apostolato laicale. Cresce il senso sociale e la carità operante : effettivamente, è tutto un fiorire di iniziative per la catechesi, per l'azione sociale, per la cura dei poveri, per l'assistenza spirituale ai lavoratori, per l'irradiazione cristiana tra i mezzi di comunicazione sociale; un rinnovato impegno missionario unisce tra loro varie Chiese locali, pur senza dimenticare il preminente sostegno delle Pontificie Opere Missionarie; uno slancio di generosità e di dedizione permea sempre più vasti strati del clero e del laicato. In questa opera, i Vescovi del mondo intero sono sulle prime linee, e si sentono strettamente uniti alla Santa Sede, che li sostiene. Il Sinodo, dello scorso autunno, è stato la testimonianza più cospicua di questa mutua collaborazione, per la soluzione di delicati e urgenti problemi interni — come il sacerdozio ministeriale — ed esterni della Chiesa — come la giustizia nel mondo.

La Sede Apostolica, dal canto suo, non si stanca di corrispondere con le sue iniziative, nuove o tradizionali, a venire incontro alle esigenze del mondo : ci sia lecito ricordare i rapporti intrattenuti con i vari Paesi del mondo, il suo incoraggiamento alle numerose manifestazioni della vita cattolica, la sua presenza a Congressi internazionali, la sua azione silenziosa e discreta in seno agli Organismi che uniscono i vari Popoli in uno sforzo sincero di pace, di collaborazione e di progresso, specie nel campo della promozione sociale ed economica e della cultura.

L'azione della Santa Sede è svolta, poi, come di consueto, attraverso la preziosa collaborazione dei vari Dicasteri della Curia Romana, che si applicano a tutti gli accresciuti bisogni della Chiesa e del mondo, con un impegno squisitamente pastorale che a noi è di grande conforto, e di grande esempio alla comunità ecclesiale, per la dedizione, per la competenza, per il sacrifìcio con cui è compiuto. A tale proposito ci piace ricordare anche qui — come l'abbiamo fatto qualche giorno fa nella qualificata sede di una riunione dei Cardinali Capi Dicastero — la riforma della Curia, da noi operata mediante la Costituzione Apostolica « Regimini Ecclesiae universae », di cui si compirà il prossimo 15 agosto il quinto anniversario : essa ha dato nuovo rilievo e impulso alla dimensione pastorale del servizio che la Santa Sede è chiamata a dare alle Chiese locali e al mondo intero, con i suoi smisurati problemi, con uno stile più articolato, più agile e al tempo stesso più coordinato, che permetta

di raggiungere a tempo e opportunamente le numerose questioni di interesse particolare e generale.

Venerati Fratelli e figli!

Tutti questi elementi, benché trascelti fra molti e appena accennati, sono segno indubitabile della vitalità della Chiesa; e non è vana compiacenza crediamo, insistervi, ma semplicemente metterci davanti agli occhi il mistero di fede, senza il quale il cristiano perderebbe la sua identità, e la confidenza nella Chiesa.

Le lentezze, gli scacchi, le prove sono inerenti al mistero della Croce e della Risurrezione di Cristo. Solo la certezza di compiere l'opera di Dio ci deve sostenere. Solo essa darà la serenità indispensabile per portare avanti la nostra missione. Ogni giorno bisogna ricominciare da capo. Dopo il Concilio Ecumenico, non si tratta di distruggere, di contestare, bensì di metterci tutti al lavoro per migliorare, per sanare, per piantare, per rinnovare, per costruire, sul sentiero autentico della unità, della fede, del culto, della carità, dell'obbedienza, della collaborazione. Tutta l'opera della Chiesa viene da Dio, e a Lui deve condurre. Essa non può realizzarsi senza la sua grazia. Si possono pur trasformare le strutture, ma è lo spirito che bisogna immettervi : e questo Spirito è dono di Dio. Se le tensioni sono inevitabili, la comunione nella fede, l'essere radicati nella Tradizione vivente, la fedeltà all'insegnamento del Magistero restano sempre le garanzie indispensabili dell'unità, e sono al tempo stesso la sola via, in cui possa conservarsi e aumentare la confidenza verso la Chiesa.

Preghiamo tutti il Signore che assista la Chiesa in quest'opera immane di salvezza in favore degli uomini, a cui essa è destinata; e a voi chiediamo l'appoggio della carità e dell'orazione quotidiana, perché il Signore che ci ha chiamati al tremendo incarico di suo Rappresentante in terra, ci dia la forza necessaria per assolverlo con fedeltà.

Tutti, dunque, avanti, insieme, con fiducia, *in Nomine Domini!* E tutti ci benedica il Signore.

III

Ad Excellentissimum Virum Henricum F. Sánchez Salinas, Nicaraquanae Reipublicae liberis cum mandatis Legatum, qui Summo Pontifici Litteras concrediti muneris fidem facientes tradidit. *

Señor Embajador:

Hemos escuchado con atención las palabras que acaba de dirigirnos al presentar las Cartas que lo acreditan como Embajador Extraordinario y Plenipotenciario de Nicaragua ante la Santa Sede.

Agradecemos vivamente a Vuestra Excelencia las deferentes expresiones sobre la acción nuestra y de la Iglesia en favor de la paz y del progreso social. Es este un terreno en que la Iglesia está empeñada decididamente porque ((los gozos y las esperanzas, las tristezas y las angustias de los hombres de nuestro tiempo, sobre todo de los pobres y de cuantos sufren, son a la vez gozos y esperanzas, tristezas y angustias de los discípulos de Cristo w.[1]

Es su misión sobrenatural la que impulsa a la Iglesia en esta tarea de iluminar a la humanidad, la cual tiene su meta de plenitud en la eternidad, pero ha de ayudar a los hombres a llegar a ella a través del camino por este mundo, viviendo desde ahora en una tensión de esperanza definitiva. Tal esperanza engendra aspiraciones profundas y universales que, abarcando a todos los hombres y a todo el hombre, conllevan la exigencia de una vida plena y de una vida realmente libre, digna del ser humano.

En su trabajo para ayudar a la humanidad, la Iglesia no busca intereses propios o ventajas humanas, sino que tiene el único deseo de servir generosamente. Por eso considera de justicia — como dice el Concilio Ecuménico Vaticano Segundo — poder « en todo momento y en todas partes predicar la fe con auténtica libertad, ensenar su doctrina social, ejercer su misión entre los hombres sin traba alguna y dar su juicio moral, incluso sobre materias referentes al orden político, cuando lo exigen los derechos fundamentales de la persona o la salvación de las almas ».[2] Es ésta una tarea delicada y difícil, que la Iglesia ejerce inspirada por el amor y las enseñanzas del Evangelio,

*** Die 6 mensis iulii a. 1972.**

[1] Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 1.

[2] Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 76.

teniendo bien presentes las diversas circunstancias y situaciones, para poder ser verdaderamente luz y fermento en seno a la sociedad.

En esta línea maestra quiere la Iglesia seguir desarrollando su acción, para permanecer siempre fiel a sí misma y poder cumplir su elevada misión al servicio de toda la comunidad nicaragüense, en la cual no puede menos de reflejarse positivamente la seria renovación de la vida eclesial y la serena palabra de quienes el Señor fia puesto como Pastores de su grey.

Señor Embajador : al formularle fervientes votos por el feliz cumplimiento de su alta misión y asegurarle nuestra benevolencia, nos complacemos en corresponder agradecido al saludo que nos ha expresado en nombre de las Autoridades de su País, mientras de corazón impartimos a todos nuestros amadísimos hijos de Nicaragua nuestra paternal Bendición Apostólica.

IV

Ad Excellentissimum Virum Raouf Mustapha Boudjakdji, Reipublicae Algeriensis apud Sedem Apostolicam primum cum auctoritate Legatum, Summo Pontifici Litteras commissi muneris testes tradentem. *

Monsieur l'Ambassadeur,

Nous remercions Votre Excellence des aimables paroles qu'elle vient de nous adresser : comment ne serions-Nous pas sensible à l'hommage que vous rendez à la collaboration de l'Eglise catholique, comme à votre souhait d'un dialogue toujours plus fructueux, en faveur du bien-être de votre noble pays et de la paix internationale?

Nous agréons également avec plaisir les sentiments cordiaux de Son Excellence Monsieur le Président Houari Boumedienne, et vous confions le soin de lui renouveler l'assurance des vœux que Nous venons de lui exprimer à l'occasion des festivités du dixième Anniversaire de l'Indépendance de l'Algérie.

Oui, c'est une étape nouvelle, et, Nous voulons l'espérer, pleine de promesses, qui est inaugurée aujourd'hui dans les rapports entre le Saint-Siège et la jeune République Démocratique et Populaire d'Algérie. Votre Excellence a l'honneur d'en être le témoin privilège et le premier coopérateur de choix, en qualité d'Ambassadeur : soyez le bien-

*** Die 10 mensis iulii a. 1972.**

venu et demeurez assuré de notre aide bienveillante pour l'accomplissement de votre haute mission.

Dans un langage à la fois dense et ferme, vous vous êtes fait l'écho des efforts et des idéaux, des soucis et des espoirs de vos chers compatriotes, en ce qui concerne la prospérité à tous égards de leur pays, si riche de vitalité, et leur engagement actif dans le concert des nations.

Votre Excellence sait, et elle a eu la bonté de le souligner, que l'Eglise catholique prend très à cœur les droits des personnes et des peuples, et de même les conditions de liberté, de dignité, d'égalité raciale, de justice, de responsabilité, de solidarité, que requiert leur épanouissement plénier. Car ce destin est inscrit par le Créateur, dans la nature humaine, comme une vocation, qu'il revient aux hommes de réaliser ensemble, avec l'aide du Très-Haut. C'est pourquoi, de ce Siège Apostolique, Nous ne voulons perdre aucune occasion de témoigner en faveur des opprimés ou des pauvres de toute sorte, en faisant inlassablement appel à la compréhension, au règlement pacifique, à une garantie internationale des droits, à la concertation des bonnes volontés, à la mobilisation des énergies pour des tâches constructives si urgentes, au-dessus des tensions dangereuses, des violences stériles et des haines meurtrières. Il nous est particulièrement cher de vous entendre évoquer une coopération fructueuse, et respectueuse des droits de chacun, entre ceux qui demeurent solidaires, par tant de liens historiques et culturels, autour de ce bassin méditerranéen.

Mais, Nous en avons bien conscience, les sentiments, les paroles et les projets ne sauraient suffire. C'est au cœur des réalités concrètes que les chrétiens sont appelés à mettre en œuvre leur considération de la dignité d'autrui, leur volonté de paix, l'entraide fraternelle, leur souci des valeurs suprêmes.[1] Ceux qui travaillent actuellement au sein de l'Algérie nouvelle, prêtres, religieux, religieuses et laïcs, n'ont pas d'autre ambition. Est-il besoin d'évoquer la noble figure de notre cher Frère le Cardinal Duval, dont vos compatriotes connaissent les sentiments de loyauté et de généreux service? Nous savons gré aux Autorités et aux populations de votre pays de l'estime, de la sympathie et de la confiance qu'elles témoignent à la communauté chrétienne dont il a la charge avec les autres Evêques d'Algérie. Assurés de cette bienveillance, les catholiques pourront continuer à vivre leur foi spécifique, dans un dialogue respectueux et fécond avec leurs amis musulmans. Du même

[1] **Cfr. Litt. Encycl.** ***Populorum progressio,*** **n. 21.**

élan, ils contribueront, individuellement et grâce au soutien nécessaire de leurs associations, aux grandes réalisations de développement qui sont en cours : l'accès de tous à l'éducation de base, l'épanouissement du patrimoine spirituel et culturel, l'assistance aux malades et handicapés, la mise en œuvre des richesses nationales au profit de chacun, la formation aux responsabilités, la promotion de la justice sociale, l'accroissement du bien-être des personnes et des familles, la recherche d'une qualité de vie ouverte sur l'absolu.

Cette collaboration fructueuse entre les divers croyants citoyens de l'Algérie trouvera un garant et un stimulant, Nous l'espérons fermement, dans ces relations particulières qui s'établissent aujourd'hui entre le Saint-Siège, centre de l'Eglise catholique, et votre Gouvernement. En redisant à Votre Excellence les vœux confiants que Nous formons pour cet avenir, Nous implorons de grand cœur sur votre personne, Monsieur l'Ambassadeur, sur les vôtres et sur l'Algérie tout entière, les Bénédictions du Très-Haut.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

NORMAE PASTORALES

CIRCA ABSOLUTIONEM SACRAMENTALEM
GENERALI MODO IMPERTIENDAM

SACRAMENTUM PAENITENTIAE Christus Dominus instituit, ut fideles peccatores veniam offensionis Deo illatae ab Eius misericordia obtinerent et simul reconciliarentur cum Ecclesia.[1] Quod quidem fecit, cum apostolis eorumque legitimis successoribus potestatem remittendi et retinendi peccata contulit.[2]

S. Tridentina Synodus sollemniter docuit, ad integram et perfectam peccatorum remissionem tres actus in paenitente requiri tamquam partes sacramenti, videlicet contritionem, confessionem et satisfactionem; necnon absolutionem sacerdotis esse actum iudicialem iureque divino necessarium esse confiteri sacerdoti omnia et singula peccata lethalia et circumstantias quae peccatorum speciem mutant, quorum memoria post diligentem conscientiae discussionem habeatur.[3]

Plures autem locorum Ordinarii, solliciti ex una parte de difficultate suorum fidelium accedendi ad confessionem individualem ob existentem sacerdotum penuriam in aliquibus locis, ex altera vero, de quibusdam erroneis theoriis circa doctrinam sacramenti paenitentiae atque de invalescente propensione et praxi indebita absolutionem sacramentalem impertiendi una simul pluribus generice tantum confessis, Sanctam Sedem exorarunt ut, pro vera natura sacramenti paenitentiae, condiciones necessarias ad rectum usum huius sacramenti in memoriam populi christiani revocaret utque normas quasdam in praesentibus rerum adiunctis emanaret.

Haec S. Congregatio, huiusmodi quaestionibus sedulo consideratis, habita ratione Instructionis S. Paenitentiariae Apostolicae diei 25 Martii 1944, haec declarat :

[1] **Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 11.**
[2] **Cfr. *Io.* 20, 22 s.**
[3] **Cfr. Sess. XIV, Canones de sacramento paenitentiae 4, 6-9: DS 1704, 1706-1709.**

I

Firmiter tenenda et fideliter in praxi applicanda manet doctrina S. Concilii Tridentini. Reprobanda igitur est recens hic illicque exorta consuetudo, qua satisfacere praesumitur praecepto peccata mortalia sacramentaliter confitendi ad obtinendam absolutionem per solam confessionem generaliter vel, ut aiunt, communitarie celebratam. Praeter praeceptum divinum, in Concilio Tridentino declaratum, ad hoc urget maximum animarum bonum, quod saeculorum experientia, ex individuali confessione, recte facta et administrata, provenit. Individualis et integra confessio atque absolutio manent unicus modus ordinarius, quo fideles se cum Deo et Ecclesia reconciliant, nisi impossibilitas physica vel moralis ab huiusmodi confessione excuset.

II

Fieri enim potest, ob particularia rerum adiuncta quandoque occurrentia, ut absolutionem pluribus paenitentibus, sine praevia individuali confessione, generali modo impertire liceat vel etiam oporteat.

Quod contingere potest imprimis, quando imminet mortis periculum et tempus non suppetit sacerdoti vel sacerdotibus, etsi adsint, ad audiendas singulorum paenitentium confessiones. Quo in casu quivis sacerdos facultatem habet absolutionem generali modo pluribus impertiendi, praemissa, si tempus suppetat, exhortatione brevissima, ut actum contritionis quisque elicere curet.

III

Praeter casus in quibus agitur de mortis periculo, licet sacramentaliter absolvere una simul plures fideles generice tantum confessos, sed apte ad paenitentiam revocatos, si adsit gravis necessitas, nimirum quando, attento paenitentium numero, confessariorum copia praesto non est ad rite audiendas singulorum confessiones intra congruum tempus, ita ut paenitentes — absque sua culpa — gratia sacramentali, vel sacra Communione diu carere cogantur. Quod evenire potest, praesertim in terris missionum, sed in aliis etiam locis, necnon apud coetus personarum, in quibus illa necessitas constat.

Hoc vero non licet, cum confessarii praesto esse possunt, ratione solius magni concursus paenitentium, qualis verbi gratia potest haberi in magna aliqua festivitate aut peregrinatione.[4]

[4] **Cfr. Prop. 29, ex damnatis ab Innocentio XI die 2 martii 1679: DS 2159.**

IV

Ordinarii locorum necnon, quantum ad eos attinet, sacerdotes, onerata conscientia cavere tenentur, ne confessariorum numerus exiguus fiat eo quod nonnulli sacerdotes neglegant hoc insigne ministerium,[5] dum temporalibus negotiis implicantur, vel aliis ministeriis non adeo necessariis incumbunt, praesertim si ea a diaconis vel laicis idoneis praestari possunt.

V

Iudicium ferre an adsint condiciones, de quibus supra,[6] ac proinde decernere quando liceat absolutionem sacramentalem generali modo conferre, reservatur Ordinario loci, collatis consiliis cum aliis membris Conferentiae Episcopalis.

Praeter casus ab Ordinario loci statutos, si qua alia gravis necessitas exsurgat sacramentalem absolutionem una pluribus impertiendi, sacerdos praevie recurrere tenetur, quoties possibile sit, ad loci Ordinarium, ut absolutionem licite impertiat; secus, de huiusmodi necessitate ac de data absolutione eundem Ordinarium quam primum certiorem faciat.

VI

Ad fideles quod attinet, ut frui possint sacramentali absolutione una simul pluribus data, requiritur omnino, ut sint apte dispositi, seu ut unumquemque paeniteat admissorum suorum, isque a peccatis abstinere proponat, scandala et damna forte illata reparare statuat et simul proponat singillatim confiteri debito tempore peccata gravia, quae in praesens ita confiteri nequeat. De his dispositionibus atque condicionibus, ad valorem sacramenti requisitis, fideles a sacerdotibus diligenter moneantur.

VII

Ii, quibus communi absolutione gravia peccata remittuntur, ad confessionem auricularem accedant, antequam novam huiusmodi absolutionem sint recepturi, nisi iusta causa impediantur. Omnino autem tenentur, nisi obstet moralis impossibilitas, accedere ad confessarium

[5] **Cfr. Decr. de Presbyt. ministerio et vita *Presbyterorum ordinis* 5. 13; Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus* 30.**

[6] **N. III.**

infra annum. Viget enim etiam pro ipsis praeceptum, quo omnis christifidelis tenetur cuncta peccata sua, utique gravia, quae singillatim adhuc confessus non fuerit, sacerdoti solus confiteri saltem semel in anno.[7]

VIII

Sacerdotes doceant fideles prohibitum esse ne illi, quos conscientia peccati mortalis gravat, habita copia confessarii, de industria aut ex neglegentia declinent satisfacere obligationi confessionis individualis, occasionem exspectantes qua absolutio simul pluribus detur.[8]

IX

Ut autem fideles obligationi peragendi individualem confessionem facile satisfacere possint, curetur ut confessarii in templis praesto sint, diebus et horis in fidelium commodum statutis.

In locis autem dissitis et remotis, quo sacerdos raro intra annum accedere potest, res ita disponantur ut sacerdos, quatenus fieri potest, singulis vicibus audiat sacramentales confessiones alicuius coetus paenitentium, dum aliis paenitentibus, si adsint condiciones de quibus supra,[9] sacramentalem absolutionem generali modo impertit; ita tamen ut omnes fideles, si possibile sit, semel saltem in anno confessionem individualem perficere valeant.

X

Fideles enixe edoceantur celebrationes liturgicas et communes ritus paenitentiales perutiles esse ad praeparationem magis fructuosae confessionis peccatorum et ad vitae emendationem. Caveatur autem, ne huiusmodi celebrationes vel ritus cum sacramentali confessione et absolutione confundantur.

Si intra huiusmodi celebrationes paenitentes individualem confessionem perfecerint, unusquisque a confessario, quem adit, singulariter absolutionem accipiat. In casu autem absolutionis sacramentalis una simul pluribus dandae, haec impertiatur semper iuxta peculiarem ritum

[7] Cfr. Conc. Lat. IV, c. 21, cum Conc. Trid., Doctrina de Sacramento Paenitentiae, c. 5 De confessione et can. 7-8: DS 812; 1679-1683 et 1707-1708; cfr. etiam Prop. 11 damnata a S. C. S. Officii in Decr. 24 Sept. 1665: DS 2031.

[8] Cfr. Instructio S. Paenit. Apost, diei 25 martii 1944.

[9] Cfr. n. III.

a Sacra Congregatione pro Cultu Divino statutum.[10] Cuius ritus celebratio sit omnino distincta a Missae celebratione.

XI

Qui actu est scandalo fidelibus, potest quidem, si est sincere paenitens et scandalum removere serio proponat, sacramentalem absolutionem una cum aliis accipere ; ad S. Communionem tamen ne accedat, nisi postquam scandalum removerit iuxta confessarii iudicium, ad quem prius personaliter recurrat.

Quoad absolutionem a reservatis censuris, serventur normae iuris vigentis, tempus recursus computando a proxima individuali confessione.

XII

Ad confessionem frequentem seu « devotionis » quod attinet, sacerdotes ne audeant ab ea dissuadere fideles. E contra, uberes eius fructus pro vita christiana commendent[11] seque ad eam excipiendam semper paratos ostendant, quotiescumque id a fidelibus rationabiliter petitur. Omnino vitandum est, ne confessio individualis ad sola peccata gravia reservetur ; hoc enim fideles privaret optimo fructu confessionis, ac famae noceret eorum, qui singulariter ad sacramentum accedunt.

XIII

Absolutiones sacramentales modo generali impertitae, nisi supradictae normae servantur, tamquam abusus graves habendae sunt. Quod pastores omnes sedulo arceant, conscii moralis oneris sibi iniuncti erga bonum animarum ac dignitatem sacramenti paenitentiae tuendam.

Has normas Summus Pontifex Paulus Pp. VI, in audientia infrascripto Cardinali Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei Praefecto die 16 Iunii 1972 concessa, speciali modo adprobavit ac promulgari statimque valere iussit.

Romae, ex aedibus S. Congregationis pro Doctrina Fidei, die 16 Iunii 1972.

FRANCISCUS Card. SEPER, *Praefectus*

f Paulus Philippe, *a Secretis*

[10] Attamen, usque ad novi huius ritus promulgationem, ipsa absolutionis sacramentalis verba, nunc praescripta, adhibenda sunt, quae, ut patet, plurali numero aptentur.

[11] Cfr. Litt. Encycl. *Mystici Corporis, A.A.S.* 35 (1943), p. 235.

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 5 Iunii 1912. — Titulari episcopali Ecclesiae Taborentensi praefecit R. D. Volfangum Rolly, sacerdotem dioecesis Moguntinae, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Hermanni Volk, Episcopi Moguntini.

die 16 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Menevensi Exc. P. D. Langton Fox, hactenus Episcopum tit. Maurensem.

die 20 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Lipensi, nuper erectae, Exc. P. D. Alexandrum Olalia, hactenus Episcopum Lipensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vannidensi R. P. D. Celsum Guevarra, Vicarium Generalem dioecesis Cabanatuanensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Aemilii Cinense, Episcopi Sancti Fernandi.

die 27 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Monoecensi R. D. Edmundum **Abele,** sacerdotem Praelaturae Missionis Galliae seu Pontiniacensis, Vicarium Episcopalem in dioecesi Foroiuliensi-Tolonensi.

die 28 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Vratislaviensi Exc. P. D. Boleslaum Kominek, hactenus Archiepiscopum tit. Euchaitenum.

— Cathedrali Ecclesiae Varmiensi Exc. P. D. Iosephum Drzazga, hactenus Episcopum tit. Siniandenum.

— Cathedrali Ecclesiae Opoliensi, noviter erectae, Exc. P. D. Franciscum Jop, hactenus Episcopum tit. Dauliensem.

— Cathedrali Ecclesiae Gorzoviensi, noviter erectae, Exc. P. D. Gulielmum Pluta, hactenus Episcopum tit. Leptimagnensem.

— Cathedrali Ecclesiae Sedinensi-Caminensi Exc. P. D. Georgium Stroba, hactenus Episcopum tit. Aradiensem.

— Cathedrali Ecclesiae Coslinensi-Colubreganae Exc. P. D. Ignatium Jez, hactenus Episcopum tit. Albensem maritimum.

die 1 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Lamaecensi Exc. P. D. Antonium de Castro Xavier Monteiro, hactenus Archiepiscopum tit. Mity-

lensem, eidem servans Archiepiscopalem dignitatem seu titulum ad personam.

— Cathedrali Ecclesiae Pharaonensi Exc. P. D. Florentinum de Andrade et Silva, hactenus Episcopum tit. Heliosebastenum.

— Cathedrali Ecclesiae Conimbricensi Exc. P. D. Ioannem Antonium da Silva, hactenus Episcopum Funchalensem.

— Cathedrali Ecclesiae Leiriensi Exc. P. D. Albertum Cosme do Amaral, hactenus Episcopum tit. Tagariensem.

— Titulari Archiepiscopali Ecclesiae Mitylensi Exc. P. D. Iulium Tavares Rebimbas, hactenus Episcopum Pharaonensem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Antonii Ribeiro, Patriarchae Lisbonensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Celenensi R. P. D. Maximum Giustetti, Vicarium Capitularem Pineroliensem, quem constituit Admistratorem Apostolicum « sede vacante », ad nutum Sanctae Sedis, Cathedralis Ecclesiae Pineroliensis.

die S Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Moreliensi Exc. P. D. Estanislaum Alcaraz Figueroa, hactenus Episcopum S. Ludovici Potesiensis.

die 4 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Petriculanae R. P. D. Andream I. McDonald, Vicarium Generalem dioecesis Savannensis.

die 7 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Urbis Sal viae R. D. Raphaelem Garcia Gonzales, curionem paroeciae vulgo Tlaquepaque in archidioecesi Guadalaiarensi, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Salazar López, Archiepiscopi Guadalaiarensis.

— Cathedrali Ecclesiae Granadensi R. D. Leovigildum López Fitoria, sodalem Congregationis Missionis.

die 10 Iulii. — Praelaturae Acrensi et Puruensi Rev.mum P. Moacyr M. Grechi, superiorem provinciae brasiliensis Ordinis Servorum Mariae.

die 12 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Tudertinae Exc. P. D. Virginium Dondeo, Episcopum Urbevetanum.

die 20 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Gaudisiensi Exc. P. D. Nicolaum Cauchi, hactenus Episcopum tit. a Vico Augusti.

— Cathedrali Ecclesiae Zacatecensi R. D. Raphaelem Muñoz Ramos, e clero archidioecesis Guadalaiarensis, Actionis Catholicae Mexicanae sodalibus consiliarium.

die 22 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Atellanae R. P. D. Decium Lucium Grandoni, Vicarium Capitularem Tudertinum, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Syri Silvestri, Episcopi Fulgina-

tensis et Administratoris Apostolici dioecesium Assisiensis, et Nucerinae et Tadinensis.

die 23 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Colimensi R. D. Rogerum Sánchez González, curionem paroeciae SS.mi Cordis Iesu in urbe vulgo Sahuayo, in dioecesi Zanorensi in Mexico.

die 24 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Neivensi, noviter erectae, Exc. P. D. Raphaelem Sarmiento Peralta, hactenus Episcopum Ocaniensem.

— Cathedrali Ecclesiae Ocaniensi R. D. Ignatium Gómez Aristizábal, e clero dioecesis Sonsonensis Rivi Nigri, Vicarium pro Actione pastorali in eadem dioecesi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Eleplensi Exc. P. D. Cirum Alfonsum Gómez Serrano, hactenus Episcopum Girardotensem, quem constituit Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Petri Iosephi Rivera Mejia, Episcopi Succursensis et Sancti Aegidii.

die 25 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Achyraënsi R. P. Augustinum Van Aaken, sodalem Societatis Verbi Divini, quem constituit Praelatum De Parania Superiore.

ACTA SECRETARIATUUM

SECRETARIATUS AD CHRISTIANORUM UNITATEM FOVENDAM

AD FOVENDAM

INSTRUCTIO

DE PECULIARIBUS CASIBUS ADMITTENDI ALIOS CHRISTIANOS AD COMMUNIONEM EUCHARISTICAM IN ECCLESIA CATHOLICA

i. QUAESTIO.

In quibus rerum circumstantiis et sub quibus condicionibus fideles ceterarum Ecclesiarum vel Communitatum ecclesialium admitti possunt ad Communionem eucharisticam in Ecclesia catholica? Hoc saepe a nobis quaeritur.

Quaestio haec non est prorsus nova. Iam enim Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum (Decretum de Oecumenismo *Unitatis Redintegratio)* et Directorium Oecumenicum de hac re tractarunt.[1]

[1] Decr. de Oecumenismo *Unitatis Redintegratio,* n. 8: «Attamen communicationem in sacris considerare non licet velut medium indiscretim adhibendum ad Christianorum unitatem restaurandam. Quae communicatio a duobus principiis praecipue pendet: ab unitate Ecclesiae significanda, et a participatione in mediis gratiae. Significatio unitatis plerumque vetat communicationem. Gratia procuranda quandoque illam commendat. De modo concreto agendi, attentis omnibus circumstantiis temporum, locorum et personarum, prudenter decernat auctoritas episcopalis localis, nisi aliud a conferentia episcopali, ad normam propriorum statutorum, vel a Sancta Sede statuatur». Cfr. etiam Decretum de Ecclesiis orientalibus catholicis *Orientalium Ecclesiarum,* n. 27.

Directorium ad ea quae a Concilio Vaticano Secundo de re oecumenica promulgata sunt exsequenda (= Directorium oecumenicum), in *A.A.S.* 59 (1967), pp. 574-592:

1. *De communicatione in sacris cum Fratribus Orientalibus a nobis seiunctis.*

«Praeter casus necessitatis, iusta causa communicationis in sacramentis suadendae aestimari potest impossibilitas, materialis vel moralis, accipiendi sacramenta in propria Ecclesia per nimium tempus ob peculiaria rerum adiuncta, ne fidelis, sine legitima ratione, spirituali fructu sacramentorum privetur» (n. 44).

2. *De communicatione in sacris cum aliis Fratribus seiunctis.*

« Sacramentorum celebratio est actio Communitatis celebrantis in ipsa Communitate peracta, cuius unitatem in fide, cultu et vita significat. Unde ubi haec unitas fidei quoad

Normae pastorales, quae hic proponuntur, nullatenus eas quae nunc vigent, mutare sed tantum explicare intendunt, illustrando principia doctrinalia e quibus manant, ut ita exsecutio earum facilior reddatur.

2. EUCHARISTIA ET MYSTERIUM ECCLESIAE.

Intimus exsistit nexus inter mysterium Ecclesiae et mysterium Eucharistiae.

a) Eucharistia re continet id, quod fundamentum est ipsius exsistentiae et unitatis Ecclesiae : Christi Corpus ut sacrificium oblatum et fidelibus datum ut Panis vitae aeternae. Sacramentum Corporis et Sanguinis Christi datum Ecclesiae, ut ipsa constituatur, suapte natura secumfert :

— potestatem ministerialem, a Christo collatam Apostolis suis eorumque successoribus, episcopis cum presbyteris, sacramentaliter exsequendi ipsius Actum sacerdotalem, quo Ipse semel in perpetuum semetipsum obtulit Patri in Spiritu Sancto, et fidelibus semetipsum dedit ut unum sint in Ipso;

— unitatem huius ministerii, quod nomine Christi, Capitis Ecclesiae, exercendum est, ac proinde in hierarchica communione ministrorum ;

— fidem Ecclesiae, quam Ecclesia in ipsa actione eucharistica profitetur et per quam in Spiritu Sancto respondet dono Christi prout hoc re vera est.

Sacramentum Eucharistiae, integre cum hisce tribus elementis ac-

sacramenta deficit, participatio Fratrum seiunctorum cum Catholicis, praesertim in sacramentis Eucharistiae, Paenitentiae et Unctionis Infirmorum, vetatur. Tamen, cum sacramenta sint tum signa unitatis tum fontes gratiae procurandae (cfr. Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio,* n. 8), Ecclesia potest, propter rationes sufficientes, accessum ad haec sacramenta alicui Fratri seiuncto permittere. Qui accessus permitti potest in periculo mortis vel in urgente necessitate (in persecutione, in carceribus), si Frater seiunctus ad suae Communionis ministrum accedere non potest et sponte sua a sacerdote catholico sacramenta postulat, dummodo fidem consentaneam fidei Ecclesiae quoad haec sacramenta exprimat et rite dispositus sit. In aliis casifous huiusmodi urgentis necessitatis decernat Ordinarius loci vel Conferentia episcopalis.

Catholicus autem, similibus in rerum adiunctis, haec sacramenta petere nequit, nisi a ministro qui Ordinis Sacramentum valide suscepit » (n 55).

Cfr. etiam *Una dichiarazione del Segretariato per l'Unione dei cristiani. La posizione della Chiesa cattolica in materia di Eucaristia comune tra cristiani di diverse confessioni,* in *L'Osservatore Romano,* die 12-13 ianuarii 1970 (in *A.A.S.* 62 [1970], pp 184-188).

ceptum, significat unitatem realem per Ipsum effectam, unitatem visibilis Ecclesiae Christi, quae amitti nequit.[2]

o) ((Celebratio Missae, ut actio Christi et populi Dei hierarchice ordinati, centrum est totius vitae christianae pro Ecclesia tum universa tum locali, ac pro singulis fidelibus ».[3] In Missae sacrificio Ecclesia, celebrando mysterium Christi, celebrat suimet ipsius mysterium atque concrete unitatem suam manifestat.

Christifideles ad altare congregati sacrificium offerunt per manus sacerdotis, qui nomine Christi agit, ac repraesentant communitatem populi Dei in professione unius fidei coniuncti. Illi hoc modo signum exstant et quasi delegatio cuiusdam amplioris praesentiae.

Missae celebratio in se ipsa est iam professio fidei, in qua Ecclesia tota se ipsam agnoscit et exprimit. Si enim considerantur tum mira precum eucharisticarum significatio, tum divitiae contentae in aliis quoque Missae partibus sive fixis sive iuxta cyclum anni liturgici variantibus, et animadvertitur liturgiam verbi et liturgiam eucharisticam constituere unam et unicam cultus actionem,[4] facile hic patebit nihil verius illo principio esse : « lex orandi lex credendi)).[5] Sic Missa vim obtinet catecheticam, quam recens renovatio liturgica merito agnovit et extulit. Ceterum, Ecclesia, decursu saeculorum, sedule curavit, ut in liturgiae celebrationem induceret themata maioris momenti potioresque fidei communis acquisitiones experiendo factas. Quod fecit sive novorum ope textuum sive nova instituendo festa liturgica.

c) Relatio inter localem Eucharistiae celebrationem et communionem ecclesialem universam colligitur etiam ex peculiari mentione, quae in precibus eucharisticis fit Papae, episcopi loci et ceterorum episcoporum, qui ad collegium episcopale pertinent.

Quae hic de Eucharistia tanquam centro et culmine totius vitae christianae asserta sunt, referuntur quidem etiam ad totam Ecclesiam et quodlibet eius membrum, sed peculiariter ad eos qui in Missae celebratione activas partes habent et maxime ad illos, qui Corpus Christi in ea sumunt. Communio enim eucharistica in Missae celebratione re-

[2] **Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 3; Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio,* n. 4.**

[3] ***Institutio generalis missalis romani,* cap. I, n. 1.**

[4] **Cfr. Decr. de Presbyt. ministerio et vita *Presbyterorum ordinis,* n. 4.**

[4] **Cfr. Pius XI, Enc. *Quas primas,* 28 dec. 1925: *A.A.S.* 17 (1925), p. 598; Conc. Vat. II, Decr. de Presbyt. ministerio et vita *Presbyterorum ordinis,* n. 5; Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* nn. 2, 6.**

vera ratio perfectissima est participandi Eucharistiam, cum hoc sit obsequi Domini verbis: «Accipite, comedite».[6]

3. EUCHARISTIA ALIMENTUM SPIRITUALE.

Eucharistiae effectus est etiam alere spiritualiter eos, qui eam sumunt qualis revera est secundum Ecclesiae fidem : Caro et Sanguis Domini, datus in cibum vitae aeternae (cfr. *Io.* 6, 54-58). Baptizatis enim Eucharistia est cibus spiritualis, quo ii vitam Christi ipsius vivunt, Ei penitius incorporantur atque impensius totius mysterii salutaris oeconomiae participes efficiuntur. « Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in illo » *(Io.* 6, 56).

a) Eucharistia igitur, prouti est sacramentum plenioris unionis cum Christo[7] et perfectionis vitae spiritualis, necessaria est omni credenti, iuxta Domini verba : ((Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis » *(Io.* 6, 53). Qui enim gratiae vitam impensius vivunt, imperiosam sentiunt necessitatem huius cibi spiritualis. Ceterum, Ecclesia ipsa cotidianam Eucharistiae susceptionem commendat.

b) Cum Eucharistia sit alimentum spirituale, cuius effectus est hominem christianum penitius coniungere cum Christo Iesu, nullo modo instrumentum est ad optata mere individualia, quamtumvis excelsa, explenda. Ex unione enim fidelium cum Christo, Capite corporis mystici, oritur mutua fidelium coniunctio. In communi panis eucharistici participatione, iuxta apostolum Paulum, innititur unio omnium fidelium : « Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus » *(1 Cor.* 10,17). Huius ope sacramenti « homo

[a] **«Perfectior Missae participatio» (Const. de** S. **Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 55). Cfr. Instructio de cultu mysterii eucharistici *Eucharisticum mysterium,* die 25 maii 1967, n. 12 *(A.A.S.* 59 fl967], p. 549).**

Unum eumdemque baptismum accepisse non sufficit ut accessus pateat ad communionem eucharisticam. Revera, participatio in Eucharistia exprimit professionem integram fidei et plenam incorporationem in Ecclesiam, ad quas introducit sacramentum baptismi. Hoc sacramentum «igitur vinculum unitatis sacramentale constituit vigens inter omnes qui per illum regenerati sunt. Attamen baptismus per se dumtaxat initium et exordium est, quippe qui totus in acquirendam tendit plenitudinem vitae in Christo. Itaque baptismus ordinatur ad integram fidei professionem, ad integram incorporarationem in salutis institutum, prout ipse Christus illud voluit, ad integram denique in communionem eucharisticam insertionem» (Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio,* n. 22).

[7] **Cfr. Decr. de Presbyt. ministerio et vita *Presbyterorum ordinis,* n. 5.**

Christo incorporatur et membris eius unitur».[8] Assidua enim Eucharistiae sumptione fideles semper magis Corpori Christi incorporantur et mysterium Ecclesiae semper magis participant.

c) Spiritualis igitur Eucharistiae necessitas non mere ad personale vitae spiritualis incrementum spectat, sed simul et coniunctissime, etiam ad nostram profundiorem insertionem in Christi Ecclesiam, «quae est corpus ipsius et plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur» *(Eph.* 1, 23).

4. NORMAE GENERALES PRO VARIIS CASIBUS ADMISSIONIS.

Quod ad membra Ecclesiae catholicae attinet, hi duo aspectus mysterii Eucharistiae prorsus inter se conectuntur, hoc est, Eucharistia, prout est celebratio totius integraeque communitatis ecclesialis in una eademque fide coniunctae, et Eucharistia, prout est alimentum respondens necessitatibus vitae spiritualis, personalis et ecclesialis, singulorum. Idem valebit quando, ex Dei voluntate, omnes discipuli Christi in una eademque Ecclesia coadunati erunt. Quae vero praesens condicio est in statu divisionis christianorum? In quovis baptizato consentanea est spiritualis necessitas Eucharistiae. Qui in plena communione cum Ecclesia catholica non inveniuntur, iubente conscientia, sacros propriae communitatis administros adeunt. Quid vero facient ex eis illi qui proprium ministrum adire nequeunt, vel qui ob alias rationes Eucharistiam a sacerdote Ecclesiae catholicae petituri veniunt?

Directorium Oecumenicum iam indicavit, quomodo sartam tectamque tueri oporteat duplicem exigentiam : integritatis communionis ecclesialis et boni animarum. Quae Directorii indicationes e duabus normis generalibus derivantur :

a) Arctam relationem inter mysterium Ecclesiae et mysterium Eucharistiae numquam adulterare fas est, quaecumque sunt industriae pastorales adhibendae in casibus bene definitis. Suapte enim natura, Eucharistiae celebratio significat plenitudinem professionis fidei et communionis ecclesialis. Hoc principium numquam obscurari licet, at vero debet hac in re nobis rationem agendi ostendere.

[8] Concilium Florentinum, *Decretum pro Armenis,* DB 698; DS 1322. S. Thomas saepe utitur expressione *Sacramentum ecclesiasticae unitatis* (ex. gr.: Summa theol., q. 73, a. 2, sed c). Eucharistia efficit unitatem Ecclesiae, magis formaliter efficit corpus mysticum, quia ipsa continet reale corpus Christi.

b) Hoc principium profecto non obscurabitur, si admissio ad catholicam communionem eucharisticam respiciat in casibus particularibus illos tantummodo fideles, qui fidem consentaneam fidei Ecclesiae quoad hoc sacramentum exprimunt ac veram necessitatem spiritualem sentiunt cibi eucharistici, sed nequeunt per longius tempus ad suae Communionis ministrum accedere et ideo sponte sua hoc sacramentum expetunt, et sunt ad illud rite dispositi et exhibent vitae modum homine christiano dignum. Quae necessitas eo sensu intellegi debet qui supra determinatus est (cfr. N. 3, *b* et c) : necessitas incrementi vitae spiritualis et necessitas penitioris insertionis in mysterium Ecclesiae eiusque unitatis.

Insuper, pastorali cura invigilandum erit ne, etiamsi hae condiciones iam actu vigent, admissio aliorum christianorum ad communionem eucharisticam periculum afferat vel fidem conturbet fidelium catholicorum.[9]

5. DIFFERENTIAE, EX PRINCIPIIS SUPRA EXPOSITIS, INTER MEMBRA ECCLESIARUM ORIENTALIUM ET CETEROS FIDELES CHRISTIANOS.

Directorium Oecumenicum,[10] quod attinet ad admissionem ad communionem eucharisticam in Ecclesia catholica, continet pro Orientalibus a nobis separatis normas distinctas ab iis, quae ad ceteros christianos pertinent. Ratio haec est : Orientalium Ecclesiae, etiamsi separatae, vera possident sacramenta — maxime, ob successionem apostolicam, Sacerdotium et Eucharistiam — quae eas nobiscum coniungunt nexu arctissimo, quo fit, ut periculum obscurandi relationem inter communionem eucharisticam et communionem ecclesialem aliquatenus extenuatur.[11] Recenter Romanus Pontifex admonuit inter « Eccle-

[9] Cfr. Decr. de Eccl. Orient. Cath. *Orientalium Ecclesiarum,* n. 26.

[10] Cfr. *Directorium,* nn. 44 et 55.

[11] En duo magni momenti textus *Directorii* (nn. 39, 40), partim ex documentis Concilii desumpti:

39. «Cum autem illae Ecclesiae (orientales), quamvis seiunctae, vera sacramenta habeant, praecipue vero, vi successionis apostolicae, Sacerdotium et Eucharistiam quibus arctissima necessitudine adhuc nobiscum coniunguntur, quaedam communicatio in sacris, datis opportunis circumstantiis et approbante auctoritate ecclesiastica, non solum possibilis est sed etiam suadetur» (Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio,* n. 15). Cfr. etiam Decr. de Eccl. Orient. Cath. *Orientalium Ecclesiarum,* nn. 24-29.

40. Inter Ecclesiam catholicam et Ecclesias orientales a nobis seiunctas communio satis arcta in rebus fidei exstat (Cfr. Decr. de Oecumenismo *unitatis redintegratio,* n. 14), praetera « per celebrationem Eucharistiae Domini in his singulis Ecclesiis, Ecclesia Dei

siam nostram et venerabiles Ecclesias orthodoxas exsistere iam communionem fere totalem, etiamsi ea nondum perfecta sit, quae e communi nostra participatione in mysterio Christi eiusque Ecclesiae provenit)).[12]

Cum vero sermo est de christianis qui ad communitates pertinent, quarum fides in Eucharistiam differt a fide Ecclesiae, quaeque sacramentum Ordinis non habent, horum admissio ad Eucharistiam catholicam periculum secumfert obscurandi habitudinem essentialem, quae inter communionem eucharisticam et communionem ecclesialem intercedit. Quapropter in Directorio hi casus diverso tractantur modo a casu Orientalium, neque admissio licet nisi in casibus sat raris, hoc est, « urgentis necessitatis ». Tunc ab his fidelibus exposcitur, ut ipsi fidem suam in Eucharistiam manifestent consentaneam fidei Ecclesiae catholicae; id est sicut Christus illam instituit et Ecclesia catholica tradit; contra vero, quaestio haec fideli orthodoxo non ponitur, quia hic cuidam Ecclesiae adhaeret, cuius fides in Eucharistiam consentanea est nostrae fidei.

6. Cui AUCTORITATI COMPETAT SINGULOS PERPENDERE CASUS. — SENSUS NUMERI 55 IN DIRECTORIO OECUMENICO PROPOSITI.

Directorii numerus 55 sat amplam facultatem concedit auctoritati episcopali decernendi utrum condiciones requisitae ad eiusmodi rariores casus definiendos revera habeantur necne. Sine dubio, cum eiusmodi casus in quadam regione sat frequenter occurrunt, et modo quodam constanti, conferentiae episcopales poterunt quasdam certas normas constituere. Plerumque tamen ad Ordinarium loci deliberare pertinet, quid agendum sit. Tantum enim ille revera perpendere poterit omnes circumstantias casus particularis atque apte decernere, quid sit faciendum.

Extra periculum mortis, in Directorio duo casus ad modum exempli ponuntur, eorum nempe, qui in carcere detinentur et qui persecutione vexantur; sed mentio fit de «aliis casibus huiusmodi urgentis necessitatis ». Huiuscemodi vero casus non tantum circumstantiis

aedificatur et crescit» et «illae Ecclesiae, quamvis seiunctae, vera sacramenta habent, praecipue vero, vi successionis apostolicae, Sacerdotium et Eucharistiam...» *{ibidem*, n. 15).

[12] Litterae missae ad Athenagoram Patriarcham die 8 februarii 1971. Datae sunt in manus Metropolitae Melitonis Chalcedonensis cum Pontificem eodem die invisit. Primo in lucem venerunt in *L'Osservatore Romano,* die 7 martii 1971.

oppressionis et periculi circumscribuntur. Namque agi quoque potest de christianis, qui in gravi necessitate spirituali versantur quique suas communitates adire nequeunt. Sit pro exemplo diaspora : nostra aetate, qua amplae populorum migrationes fiunt, saepius quam anteacta aetate accidit, ut fideles christiani non catholici inveniantur hic illic dispersi in mediis regionibus catholicis. Hi fideles saepe carent quovis adiumento ex parte propriae communitatis, vel eius auxilium petere non possunt nisi magnis cum impensis et labore. Si ceteras condiciones in Directorio expositas expleverint, eiusmodi fideles admitti possunt ad communionem eucharisticam, sed episcopi localis erit singulos casus examinare.

Hanc Instructionem pastoralem Summus Pontifex; *PAULUS* ***VI, cum litteris Em.mi Cardinalis a Secretis Status die*** *25* ***mensis Maii*** *1972* ***infrascripto Secretariatus Card. Praesidi missis, approbavit et publici iuris fieri iussit.***

Datum Romae, ex aedibus Secretariatus ad christianorum unitatem fovendam, die *1* ***mensis Iunii*** *1972.*

IOANNES Card. WILLEBRANDS, *Praeses*

Fr. Hieronymus Hamer, o. p., *a Secretis*

ACTA COMMISSIONUM

PONTIFICIA COMMISSIO DECRETIS CONCILII VATICANI II INTERPRETANDIS

Responsum ad propositum dubium

Patres Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II interpretandis, proposito in plenario coetu quod sequitur dubio, respondendum esse censuerunt ut infra :

D. - Utrum, iuxta Constitutionem Apostolicam *Divinae Consortium Naturae,* die 15 augusti 1971 publici iuris factam, minister Confirmationis manum extensam super caput confirmandi imponere debeat gestum chrismationis peragendo, an sufficiat chrismatio cum pollice facta.

R. - Ad primum : *negative;* ad secundum : *affirmative* ad mentem : mens est : chrismatio ita peracta manus impositionem sufficienter manifestat.

Ss.mus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 9 iunii 1972 infrascripto impertita supradictam decisionem ratam habuit, adprobavit et publicari iussit.

PERICLES Card. FELICI, *Praeses*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì 6 **Luglio** 1972, **il Santo Padre Paolo** VI **ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor** ENRIQUE F. SÁNCHEZ SALINAS, **Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Nicaragua.**

Lunedì 10 **Luglio,** 1972, **il Santo Padre Paolo** VI **ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Sig.** RAOUF MUSTAPHA BOUDJAKDJI, **primo Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Algeria.**

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

8 luglio 1972. S. E. il Sig. Cardinale Léger Paul Emil, *Membro della Sacra Congregazione per VEvangelizzazione dei Popoli.*

20 » » Le Loro Eminenze i Signori Cardinali de Fürstenberg Maximilien, Prefetto della Sacra Congregazione per le Chiese Orientali e Bengsch Alfred, Arcivescovo-Vescovo di Berlin, *Membri della Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari.*

22, » » Il Rev. Mons. Cordero Lanza di Montezemolo Andrea, *Tice Segretario della Pontificia Commissione ^Iustitia et Pax».*

27 » » I Rev.di Prof. Hamp Vincenz, Deissler Alfons, Peter Albert, *Consultori della Pontificia Commissione per la Neo-Volgata.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Protonotari Apostolici soprannumerari:

1 dicembre 1971. Mons. Lyons Federico (Alexandria).
22 gennaio 1972. Mons. Stack Kenedum G. (San Diego).
15 febbraio » Mons. Flanagan Newman (Sioux City).
24 » » Mons. Lawler Daniele E. (Syracuse).
17 giugno » Mons. Lugli Luigi (Carpi).

Prelati d'onore di Sua Santità:

26	ottobre	1970.	Mons. Morales Pio (Ilagan).
26	dicembre	»	Mons. Flint Guglielmo Domenico (Birmingham).
15	febbraio	1971.	Mons. O'Donnell Patrizio (Brentwood).
1	dicembre	»	Mons. Beckers Enrico (Alexandria).
»	»	»	Mons. Conway Paolo (Alexandria).
»	»	»	Mons. Friend Roberto (Alexandria).
»	»	»	Mons. Kwaaitaal Roberto (Alexandria).
»	»	»	Mons. Martínez Giorgio (Alexandria).
»	»	»	Mons. Râteau Giuseppe (Alexandria).
»	»	»	Mons. Scallon Belton A. (Alexandria).
»	»	»	Mons. Tyrrell Martino J. (Alexandria).
»	»	»	Mons. Wakeman Giovanni (Alexandria).
4	»	»	Mons. Abarca Stanislao (Palo).
»	»	»	Mons. Ootiangco Pastor E. (Palo).
»	»	»	Mons. Feng Giuseppe (Palo).
»	»	»	Mons. Parado Cornelio G. (Palo).
»	»	»	Mons. Quianzon Felemon (Palo).

NECROLOGIO

2	luglio	1972.	Mons. Riesco Carbajo Angel, Vescovo tit. di Limisa, Ausiliare dell'Arcivescovo di Pamplona per la diocesi di Tudela.
11	»	»	Mons. García y Suárez Marcos Antonio, Vescovo di Granada in Nicaragua.
12	»	»	Mons. da Cunha Vasconcellos César, Arcivescovo di Ribeirâo Prêto.
»	»	»	Mons. Bergan Gerald Thomas, già Arcivescovo di Omaha.
15	»	»	Mons. Dudas Miklós, Vescovo di Hajdudorog per i cattolici di rito bizantino.
16	»	»	Mons. Kettel Georges, Vescovo tit. di Caorle.
17	»	»	Mons. Macheiner Eduard, Arcivescovo di Salzburg.
»	»	»	Mons. Pillai Jerome Emilianus, Vescovo di Jaffna.
22	»	»	Mons. Cognata Giuseppe, Vescovo tit. di Farsalo.
30	»	»	Mons. Serena Carlo, Arcivescovo di Sorrento.
»	»	»	Mons, Bréheret André, Vescovo di Cahors.

An. et vol. LXIV 31 Augusti 1972 N. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

Disciplina circa Primam Tonsuram, Ordines Minores et Subdiaconatum in Ecclesia Latina innovatur.

PAULUS PP. VI

MINISTERIA QUAEDAM ad cultum Deo rite exhibendum et ad populi Dei servitium iuxta necessitates praestandum vetustissimis iam temporibus ab Ecclesia instituta fuerunt; quibus sacrae liturgiae et caritatis officia exercenda fidelibus committebantur, variis rerum adiunctis accommodata. Horum munerum collatio peculiari ritu saepius fiebat, quo fidelis, benedictione Dei impetrata, ad ofiicium aliquod ecclesiasticum adimplendum in speciali classi seu gradu constituebatur.

Nonnulla ex his muneribus, cum actione liturgica arctius conexa, praeviae institutiones ad sacros ordines recipiendos paulatim habita sunt, ita ut Ostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus et Acolythatus minores ordines in Ecclesia Latina appellarentur respectu Subdiaconatus, Diaconatus et Presbyteratus, qui ordines maiores vocati sunt et, etsi non ubique, iis generatim reservabantur, qui per illos ad Sacerdotium ascendebant.

Attamen cum ordines minores non semper iidem extiterint ac plura munera ipsis adnexa reapse, sicut nunc quoque accidit, etiam

a laicis exerciti sint, opportunum videtur praxim hanc recognoscere eamque hodiernis necessitatibus accommodare, ita ut ea, quae in illis ministeriis obsoleta sint, dimittantur ; quae utilia, retineantur ; si quae necessaria, constituantur; itemque, quid a candidatis ad ordinem sacrum exigendum statuatur.

Dum Concilium Oecumenicum Vaticanum II apparabatur, haud pauci Ecclesiae pastores preces detulerunt, ut ordines minores et Subdiaconatus recognoscerentur. Concilium autem, licet nihil de hac re pro Ecclesia Latina decerneret, enuntiavit principia quaedam, quibus aperiretur via ad quaestionem enodandam, ac dubium non est, quin normae a Concilio latae, generalem ordinatamque liturgiae renovationem respicientes,[1] ea quoque complectantur, quae ad ministeria in coetu liturgico spectant, ita ut ex ipsa celebrationis ordinatione appareat Ecclesia in suis diversis ordinibus et ministeriis constituta.[2] Propterea Concilium Vaticanum II statuit, ut *in celebrationibus liturgicis quisque, sive minister sive fidelis, munere suo fungens, solum et totum id agat, quod ad ipsum ex rei natura et normis liturgicis pertinet.*[3]

Cum hac vero assertione arcte conectitur id, quod paulo ante in eadem Constitutione scriptum est : *Valde cupit Mater Ecclesia ut fideles universi ad plenam illam, consciam atque actuosam liturgicarum celebrationum participationem ducantur, quae ab ipsius Liturgiae natura postulatur et ad quam populus christianus "genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis* " (1 Pt. 2, 9; *cf. 2, 4-5), vi Baptismatis ius habet et officium. Quae totius populi plena et actuosa participatio, in instauranda et fovenda sacra Liturgia summopere est attendenda: est enim primus, isque necessarius fons, e quo spiritum vere christianum fideles hauriant; et ideo in tota actione pastorali, per debitam institutionem ab animarum pastoribus est sedulo adpetenda.**

In officiis peculiaribus servandis et ad hodiernas necessitates accommodandis, continentur ea, quae praesertim cum ministeriis Verbi et Altaris arctius conectuntur et in Ecclesia Latina Lectoratus, Acolythatus et Subdiaconatus vocantur ; quos ita servari et accommodari

[1] **Cfr. Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 62: *A.A.S.* 56 (1964), p. 117; cfr. etiam n. 21: l.c, pp. 105-106.**

[2] **Cfr. Ordo Missae, *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 58, ed. typ. 1969, p. 29.**

[3] **Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 28: *A.A.S.* 56 (1964), p. 107.**

[4] **Ibid., n. 14; l.c, p. 104.**

convenit, nt duplex ex hoc tempore habeatur munus : *Lectoris* nempe et *Acolythi,* quod et Subdiaconi partes complectatur.

Praeter officia Ecclesiae Latinae communia, nihil obstat, quominus Conferentiae Episcopales alia quoque petant ab Apostolica Sede, quorum institutionem in propria regione necessariam vel utilissimam, ob peculiares rationes, iudicaverint. Ad haec pertinent ex. gr. munera *Ostiarii, Exorcistae* et *Catechistae,*[5] necnon alia munera iis mandanda, qui operibus caritatis sunt addicti, ubi hoc ministerium diaconibus non sit collatum.

Congruit autem cum rei veritate et hodierno mentis habitu, ut ministeria, de quibus supra, non amplius ordines minores vocentur; eorum vero collatio non « ordinatio)) sed ((institutio » appelletur ; clerici autem proprie ii tantum sint et habeantur, qui Diaconatum receperunt. Hac ratione melius etiam apparebit discrimen inter clericos et laicos; inter ea, quae clericis sunt propria et reservantur, atque ea, quae christifidelibus laicis demandari possunt ; ideo apertius apparebit mutua ratio, quatenus *sacerdotium ... commune fidelium et sacerdotium ministeriale seu hierarchicum, licet essentia et non gradu tantum differant, ad invicem tamen ordinantur; unum enim et alterum suo peculiari modo de uno Christi sacerdotio participant.*[6]

Omnibus igitur mature perpensis, peritorum voto exquisito atque Conferentiis Episcopalibus consultis earumque sententiis attentis, necnon collatis consiliis cum Venerabilibus Fratribus Nostris membris Sacrarum Congregationum, ad quas res pertinet, Apostolica auctoritate Nostra decernimus ea, quae sequuntur, derogando — si et quatenus opus sit — praescriptis Codicis Iuris Canonici hucusque vigentis, eademque hisce Litteris promulgamus.

I. Prima Tonsura non amplius confertur; ingressus vero in statum clericalem cum Diaconatu coniungitur.

II. Ordines, qui hucusque minores vocabantur, « ministeria)) in posterum dicendi sunt.

III. Ministeria christifidelibus laicis committi possunt, ita ut candidatis ad sacramentum Ordinis reservata non habeantur.

[5] **Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 15: *A.A.S.* 58 (1966), p. 965; ibid., n. 17; l.c, pp. 967-968.**

[6] **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 10: *A.A.S.* 57 (1965), p. 14.**

IV. Ministeria in tota Ecclesia Latina servanda, hodiernis necessitatibus accommodata, duo sunt, *Lectoris* nempe et *Acolythi.* Partes, quae hucusque Subdiacono commissae erant, Lectori et Acolytho concreduntur, ac proinde in Ecclesia Latina ordo maior Subdiaconatus non amplius habetur. Nihil tamen obstat, quominus, ex Conferentiae Episcopalis iudicio, Acolythus alicubi etiam Subdiaconus vocari possit.

V. Lector instituitur ad munus, quod est ei proprium, legendi in coetu liturgico verbum Dei. Quapropter in Missa et in aliis sacris actionibus, lectiones (non autem Evangelium) e Sacra Scriptura proferat; deficiente psalmista, psalmum inter lectiones recitet; intentiones orationis universalis enuntiet, ubi diaconus vel cantor praesto non sint; cantum moderetur et populi fidelis participationem dirigat; fideles ad Sacramenta digne recipienda instituat. Poterit quoque — quatenus opus sit — praeparationem curare aliorum fidelium, qui ex temporanea deputatione in actionibus liturgicis Sacram Scripturam legant. Quo autem aptius atque perfectius hisce muneribus fungatur, Sacras Scripturas assidue meditetur.

Lector suscepti officii conscius, omni ope contendat atque apta subsidia adhibeat, quo plenius in dies sibi acquirat suavem et vivum Sacrae Scripturae affectum [7] atque cognitionem, quibus perfectior fiat Domini discipulus.

VI. Acolythus instituitur, ut Diaconum adiuvet ac Sacerdoti ministret. Eius igitur est servitium altaris curare, Diacono atque Sacerdoti opitulari in liturgicis actionibus, praesertim in Missae celebratione; eiusdem praeterea, qua ministri extraordinarii, est Sanctam Communionem distribuere, quoties ministri, de quibus in can. 845 C.I.C., desunt vel propter adversam valetudinem, provectam aetatem vel aliud pastorale ministerium impediuntur aut quoties numerus fidelium ad Sacram Mensam accedentium tam ingens est, ut Missae celebratio nimis protrahatur. Iisdem in extraordinariis adiunctis ei mandari licebit, ut SS. Eucharistiae Sacramentum fidelium adorationi publice exponat ac postea reponat ; non autem ut populo benedicat. Poterit quoque — quatenus opus sit — aliorum fidelium institutionem curare, qui ex temporanea deputatione sacerdoti vel diacono in liturgicis actionibus opitulantur, missale, crucem, cereos etc. deferendo vel alia huiusmodi officia

[7] Cfr. Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 24: *A.A.S.* 56 (1964), p. 107; Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* n. 25: *A.A.S.* 58 (1966), p. 829.

exercendo. Quae munera dignius exsequetur, si SS. Eucharistiam flagrantiore in dies pietate participet, de ipsa enutriatur eiusque altiorem cognitionem adipiscatur.

Acolythus, servitio altaris peculiari modo destinatus, ea omnia, quae ad publicum cultum divinum pertinent, discat, eorumque intimum et spiritualem sensum percipere studeat, ita ut cotidie se totum offerat Deo atque omnibus gravitate et reverentia exemplo sit in templo sacro, necnon Christi corpus mysticum seu populum Dei, praesertim vero debiles et infirmos, sincero amore prosequatur.

VII. Institutio Lectoris et Acolythi, iuxta venerabilem traditionem Ecclesiae, viris reservatur.

VIII. Ut quis ad ministeria consequenda admitti possit, requiruntur :

a) petitio ab adspirante libere exarata ac subscripta exhibenda Ordinario (Episcopo et, in institutis perfectionis clericalibus, Superiori Maiori), penes quem est acceptio;

b) congrua aetas et peculiares dotes, a Conferentia Episcopali determinandae ;

c) firma voluntas fideliter Deo famulandi et christiano populo serviendi.

IX. Ministeria conferuntur ab Ordinario (Episcopo et, in institutis perfectionis clericalibus, Superiore Maiore) ritu liturgico « de institutione Lectoris » et . « de institutione Acolythi » a Sede Apostolica recognoscendo.

X. Interstita, a S. Sede aut a Conferentiis Episcopalibus statuta, serventur inter collationem ministerii Lectoratus et Acolythatus, quoties eisdem personis non unum tantum confertur ministerium.

XI. Candidati ad Diaconatum et ad Sacerdotium ministeria Lectoris et Acolythi recipere, nisi ea iam receperint, et per congruum tempus exercere debent, quo melius disponantur ad futura munera Verbi et Altaris. Dispensatio a suscipiendis ministeriis pro iisdem candidatis Sanctae Sedi reservatur.

XII. Collatio ministeriorum ius non confert ad sustentationem vel remunerationem ab Ecclesia praestandas.

XIII. Ritus institutionis Lectoris et Acolythi a competenti Romanae Curiae Dicasterio proxime publici iuris fiet.

Hae normae valere incipiunt a die i mensis Ianuarii, anno MCMLXXIII.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris, motu proprio datis, decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum die xv mensis Augusti, in sollemnitate Assumptionis B. Mariae Virginis, anno MCMLXXII, Pontificatus Nostri decimo.

PAULUS PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

Nonnullae normae ad sacrum Diaconatus ordinem spectantes statuuntur.

PAULUS PP. VI

AD PASCENDUM populum Dei eumque magis magisque augendum a Christo Domino varia in Ecclesia ministeria instituta sunt, totius Corporis bono conducibilia.[1]

Iam inde ab ipsa Apostolorum aetate eminet inter illa ministeria et conspicuus apparet Diaconatus, qui in Ecclesia magno semper in honore habitus est. Quod quidem expressis verbis testatur S. Paulus Apostolus sive in epistula ad Philippenses, ubi non modo Episcopis sed etiam Diaconis salutem nuntiat,[2] sive in litteris ad Timotheum datis, quibus Diaconorum illustrat dotes et virtutes pernecessarias, ut ii proprio ministerio digni comprobentur.[3]

Prisci deinde Ecclesiae scriptores, dum praedicant Diaconorum dignitatem, non omittunt, quominus animi ornamenta ac virtutes simul extollant, quae ad idem exsequendum ministerium postulantur, scilicet erga Christum fidelitatem, morum integritatem, Episcopo obtemperationem.

S. Ignatius Antiochenus Diaconi officium nihil aliud esse asseverat quam *ministerium Iesu Christi, qui ante saecula apud Patrem erat et in fine apparuit/* atque haec animadvertit : *Oportet autem et Diaco-*

[1] **Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 18: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 21-22.**

[2] **Cfr. *PUl.* 1, 1.**

[3] **Cfr. *1 Tim.* 3, 8-13.**

[4] ***Ad Magnesios,* IV, 1: *Patres Apostolici,* ed. F. X. Funk, I, Tubingae, 1901, p. 235.**

nos, qui sunt ministri mysteriorum Iesu Christi, omni modo omnibus placere. Non enim ciborum et potuum Diaconi sunt, sed ecclesiae Dei ministri.[5]

S. Polycarpus Smyrnaeus Diaconos adhortatur, ut sint *continentes in omnibus, misericordes, seduli, incedentes iuxta veritatem Domini, qui omnium minister factus est.*[6] Auctor vero operis, quod *Didascalia Apostolorum* inscribitur, verba Christi commemorans : *Quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister/* fraternam hanc adhortationem Diaconis adhibet : *Ita ergo et vos Diaconos oportet facere, ut, si necessitas vos exegerit et animam pro fratre ponere per ministerium vestrum, ponatis ... Si ergo Dominus coeli et terrae nobis serviit et omnia passus est propter nos et sustinuit, quomodo non magis nos oportet hoc facere pro fratribus, quia imitatores eius sumus et locum Christi sortiti f* [8]

Praeterea priorum saeculorum auctores, dum ministerii Diaconorum momentum animis inculcant, copiose etiam explicant multiplicia et gravia munera iis concredita, atque aperte declarant, quantum aucto: ritatis apud christianas communitates consecuti sint et quantopere ad apostolatum contulerint. Definitur Diaconus ut *Episcopi auris et os et cor et anima** Episcopo Diaconus praesto est, ut omni deserviat populo Dei curamque gerat infirmorum atque inopum ; [10] recte igitur ac merito eum appellant *amatorem orphanorum, amatorem colentium pietatem, amatorem viduarum, ferventem spiritu, amatorem bonarum rerum.*[11] Officium insuper ei mandatur, ut aegris domi decumbentibus sacram Eucharistiam deferat,[12] baptismum conferat,[13] verbo Dei praedicando det operam ad voluntatem nutumque Episcopi.

[5] *Ad Trallianos,* **II, 3:** *Patres Apostolici,* **ed. F. X. Funk, I, Tubingae, 1901, p. 245.**

[6] *Epist, ad Philippenses,* **V, 2:** *Patres Apostolici,* **ed F. X. Funk,¡ I, Tubingae, 1901, pp. 301-303.**

[7] ***Mt.* 20, 26-27.**

[8] *Didascalia Apostolorum,* **III, 13, 2-4:** *Didascalia et Constitutiones Apostolorum,* **ed. F. X. Funk, I, Paderbornae, 1906, p. 214.**

[9] *Didascalia Apostolorum,* **II, 44, 4; ed. F. X. Funk, I, Paderbornae, 1906, p. 138.**

[10] **Cfr.** *Traditio Apostolica,* **39 et 34:** *La Tradition Apostolique de Saint Hippolyte. Essai de reconstitution* **par B. Botte, Münster, 1963, pp. 87 et 81.**

[11] *Testamentum D. N. Iesu Christi,* **I, 38; ed. et latine redd. I. E. Rahmani, Moguntiae 1899, p. 93.**

[12] **Cfr. S. Iustini** *Apologia* **I, 65, 5 et 67, 5: S. Iustini** *Apologiae duae;* **ed. G. Rauschen, Bonnae, 1911², pp. 107 et 111.**

« Qf, Tertullianus, *De Baptismo,* **XVII, 1:** *Corpus Christianorum,* **I,** *Tertulliani Opera,* **pars I, Turnholti, 1954, p. 291.**

Itaque Diaconatus in Ecclesia mirabiliter effloruit simulque insigne praebuit testimonium amoris erga Christum ac fratres iri caritatis operibus exsequendis,[14] in ritibus sacris celebrandis[15] atque in pastora* libus perfungendis muneribus.[16]

Diaconali autem officio exercendo, qui presbyteri futuri erant, illud sui experimentum ac laborum merita praebebant atque eam praeparationem acquirebant, quae ad sacerdotalem honorem ac pastorale officium consequendum expetebantur.

Progredientibus vero aetatibus disciplina ad hunc spectans ordinem sacrum immutata est. Firmius quidem factum est vetitum ordinationes *per saltum* conferendi, at paulatim decrevit eorum numerus, qui per omnem vitam mallent diaconi permanere quam altius ascendere. Ita factum est, ut in Ecclesia Latina paene evanuerit Diaconatus permanens. Vix commemorare attinet ea, quae Tridentinum Concilium decrevit, cum sibi proposuisset ordines sacros secundum propriam eorum naturam redintegrare ut munia pristina in Ecclesia;[17] multo tamen serius mens maturuit, ut hic magni momenti ordo sacer etiam tamquam gradus vere permanens restitueretur. Rem celeriter attigit etiam Decessor Noster fel. rec. Pius XII.[18] Concilium denique Vaticanum II optatis et precibus suffragatum est, ut Diaconatus permanens, ubi id animarum bono conduceret, instauraretur veluti medius ordo inter superiores ecclesiasticae hierarchiae gradus et reliquum populum Dei, quasi interpres necessitatum ac votorum christianarum communitatum, instimulator famulatus seu *diaconiae* Ecclesiae apud locales christianas communitates, signurii vel sacramentum ipsius Christi Domini, qui *non venit ministrari, sed ministrare.*[19]

Quapropter tertia in Concilii sessione, mense Octobri anno MCMLXIV habita, ratum habuerunt Patres principium renovationis Diaconatus, atque insequenti mense Novembri promulgata est Constitutio Dogmatica *Lumen Gentium,* cuius articulo 29 praecipua lineamenta illius sta-

[14] Cfr. *Didascalia Apostolorum,* II, 31, 2: ed. F. X. Funk, I, Paderbornae, 1906, p. 112; cfr. *Testamentum D. N. Iesu Christi,* I, 31: ed. et latine redd. I. E. Rahmani, Moguntiae, 1899, p. 75.

[15] Cfr. *Didascalia Apostolorum,* II, 57, 6; 58, 1: ed. F. X. Funk, i, Paderbornae, 1906, pp. 162 et 166.

[16] Cfr. S. Cypriani *Epistolae* XV et XVI: ed. G. Härtel, Vindobonae, 1871, pp. 513-520; cfr. S. Augustinus, *De catechizandis rudibus,* I, cap. I, 1: *PL* 40, 309-310.

[17] Sessio XXIII, capp. I-IV: Mansi, XXXIII, col. 138-140.

[18] *Allocutio ad eos qui interfuerunt Conventui alteri catholicorum ex universo orbe pro Laicorum Apostolatu* Romae habita, die 5 Octobris anno 1957: *A.A.S.* 49 (1957), p. 925.

[19] Cfr. *Mt.* 20, 28.

tus propria describuntur : *In gradii inferiori hierarchiae sistunt Diaconi, quibus ((non ad sacerdotium, sed ad ministerium » manus imponuntur. Gratia etenim sacramentali roborati, in Diaconia liturgiae, verbi et caritatis Populo Dei, in communione cum Episcopo eiusque presbyterio, inserviunt.*[20]

De stabilitate vero in diaconali gradu, eadem Constitutio haec declarat : *Cum vero haec [Diaconorum] munera, ad vitam Ecclesiae summopere necessaria, in disciplina Ecclesiae latinae hodie vigenti in pluribus regionibus adimpleri difficulter possint, Diaconatus in futurum tamquam proprius ac permanens gradus hierarchiae restitui poterit.*[21]

Restitutio autem haec permanentis Diaconatus postulabat, ut Concilii mandata altius pervestigarentur atque ut mature deliberaretur de iuridica condicione Diaconi, tam caelibis quam matrimonio iuncti. Simul vero necesse erat, ut ea, quae ad Diaconatum eorum, qui Sacerdotes futuri sunt, spectant, ad hodiernas condiciones aptarentur, ut revera Diaconatus exercitium eam praeberet probationem vitae, maturitatis atque ad sacerdotale ministerium aptitudinis, quam vetus disciplina a candidatis ad Presbyteratum postulabat.

Quam ob rem Apostolicas Litteras, motu proprio datas, a verbis incipientes *Sacrum Diaconatus Ordinem*, die xviii mensis Iunii anno MCMLXvii edidimus, quibus congruentes normae canonicae de Diaconatu permanenti statutae sunt.[22] Die autem xvn Iunii anno sequenti, per Constitutionem Apostolicam *Pontificalis Romani Recognitio*,[23] novum ritum sanximus conferendorum ordinum sacrorum Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus, materia ac forma ipsius ordinationis simul definitis.

Nunc autem, dum, ulterius procedentes, hoc ipso die Apostolicas Litteras, a verbis *Ministeria quaedam* incipientes, promulgamus, expedire arbitramur certas edere normas circa Diaconatum ; itemque volumus, ut candidati ad Diaconatum noscant, quae ministeria ipsi exercere debeant ante sacram ordinationem, necnon quo tempore et qua ratione onera caelibatus et precationis liturgicae sibi assumenda sint.

Cum vero ingressus in statum clericalem ad Diaconatum differatur, non amplius habetur ritus primae tonsurae, quo laicus fiebat clericus. Attamen novus ritus inducitur, quo is, qui ad Diaconatum vel Presby-

[20] *A.A.S.* 57 (1965), p. 36.

[21] Ibidem.

[22] *A.A.S.* 59 (1967), pp. 697-704.

[23] *A.A.S.* 60 (1968), pp. 369-373.

teratum adspirat, publice manifestat suam voluntatem se Deo et Ecclesiae offerendi, ut sacrum ordinem exerceat; Ecclesia vero, hanc oblationem accipiens, eum eligit et vocat, ut ad sacrum ordinem recipiendum se praeparet, et hac ratione inter candidatos ad Diaconatum et Presbyteratum rite cooptetur.

Peculiari autem ratione convenit, ut ministeria Lectoris et Acolythi committantur iis, qui ut candidati ad ordinem sacrum specialiter se Deo et Ecclesiae devovere cupiunt. Ecclesiae enim, quippe quae *non desinat ex mensa tam verbi Dei quam Corporis Christi panem vitae sumere atque fidelibus porrigere,*[24] valde opportunum existimat, ut sacrorum ordinum candidati tum studio tum exercitio, quod gradatim fiat, ministerii Verbi et Altaris, duplicem hunc sacerdotalis muneris aspectum familiari consuetudine perspiciant atque meditentur. Ex quo fit, ut veritas ministerii maxima eniteat efficacitate. Candidati, enim, ad sacros ordines accedant, suae vocationis plane conscii, *spiritu ferventes, Domino servientes ... orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes.*[25]

Omnibus igitur mature perpensis, peritorum voto exquisito atque Conferentiis Episcopalibus consultis earumque sententiis attentis, necnon collatis consiliis cum Venerabilibus Fratribus Nostris membris Sacrarum Congregationum, ad quas pertinet, Apostolica auctoritate Nostra decernimus ea, quae sequuntur, derogando — si et quatenus opus sit — praescriptis Codicis Iuris Canonici hucusque vigentis, eademque hisce Litteris promulgamus.

I. *a)* Ritus inducitur admissionis inter candidatos ad Diaconatum et Presbyteratum. Ad quam admissionem rite habendam requiritur libera adspirantis petitio, propria manu exarata ac subscripta, necnon competentis Superioris ecclesiastici acceptio scripto data, vi cuius Ecclesiae electio efficitur.

Professi in religionibus clericalibus, ad Presbyteratum contendentes, hoc ritu non tenentur.

b) Superior competens pro hac acceptione est Ordinarius (Episcopus et, in clericalibus institutis perfectionis, Superior Maior). Acceptari possunt ii, qui signa verae vocationis praebeant, atque, bonis moribus ornati et, a mentis corporisque defectibus immunes, vitam suam

[24] **Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* n. 21: *A.A.S.* 58 (1966), p. 827.**

[25] ***Rom.* 12, 11-13.**

Ecclesiae servitio dicare velint ad Dei gloriam animarumque bonum. Oportet, ut, qui ad Diaconatum transeuntem adspirant, vigesimum saltem aetatis annum expleverint et studiorum theologicorum curriculum coeperint.

c) Vi acceptionis candidatus vocationem suam peculiari modo curare altiusque excolere debet ; atque ius acquirit ad necessaria subsidia spiritualia, quibus vocationem suam colere atque Dei voluntati, nulla condicione apposita, obtemperare possit.

II. Candidati ad Diaconatum, sive permanentem sive transeuntem, et ad Presbyteratum ministeria Lectoris et Acolythi debent recipere, nisi ea iam receperint, et per congruum tempus exercere, quo melius disponantur ad futura munera Verbi et Altaris.

Dispensatio a recipiendis ministeriis pro iisdem candidatis Sanctae Sedi reservatur.

III. Ritus liturgici, quibus fit admissio inter candidatos ad Diaconatum et Presbyteratum ac ministeria supra memorata demandantur, peragi debent ab Ordinario (Episcopo et, in clericalibus institutis perfectionis, Superiore Maiore) adspirantis.

IV. Interstitia a S. Sede vel a Conferentiis Episcopalibus statuta, serventur inter collationem — per curriculum theologicum habendam — ministeriorum Lectoratus et Acolythatus, necnon inter collationem Acolythatus et Diaconatus.

V. Candidati ad Diaconatum, ante ordinationem, Ordinario (Episcopo et, in clericalibus institutis perfectionis, Superiori Maiori) tradant declarationem propria manu exaratam et subscriptam, qua testificentur se sponte ac libere sacrum ordinem suscepturos esse.

VI. Consecratio propria caelibatus, propter Regnum caelorum servati, huiusque obligatio pro candidatis ad Sacerdotium et pro candidatis non uxoratis ad Diaconatum reapse conectuntur cum Diaconatu. Publica ipsius sacri caelibatus assumptio coram Deo et Ecclesia etiam a religiosis celebranda est speciali ritu, qui ordinationem diaconalem praecedat. Caelibatus hoc modo assumptus impedimentum dirimens est ad nuptias ineundas.

Diaconi quoque uxorati, amissa uxore, ex tradita Ecclesiae disciplina ad novum matrimonium ineundum inhabiles sunt.[26]

[26] **Cfr. Paulus VI, Litt. Apost, motu proprio datae *Sacrum Diaconatus Ordinem,* n. 16: *A.A.S.* 59 (1967), p. 701.**

VII. *a)* Diaconi ad Presbyteratum vocati ne ordinentur nisi prius expleverint studiorum curriculum, Apostolicae Sedis praescriptionibus definitum.

b) Quod spectat ad theologicorum studiorum cursum, ordinationi Diaconorum permanentium praeponendum, Episcoporum Conferentiae, attentis locorum adiunctis, congruas normas tradant easque Sacrae Congregationi pro Institutione Catholica approbationi subiciant.

VIII. Ad normam nn. 29-30 Institutionis generalis de Liturgia Horarum :

a) Diaconi ad Presbyteratum vocati ex ipsa sacra ordinatione obstringuntur obligatione Liturgiam Horarum celebrandi;

b) maxime decet stabiles Diaconos aliquam saltem partem Liturgiae Horarum, ab Episcopali Conferentia definiendam, cotidie recitare.

IX. Ingressus in statum clericalem et incardinatio alicui dioecesi ipsa ordinatione Diaconali habentur.

X. Ritus admissionis inter candidatos ad Diaconatum et Presbyteratum necnon consecrationis propriae sacri caelibatus a competenti Romanae Curiae Dicasterio proxime iuris publici fiet.

NORMA TRANSITORIA. — Candidati ad sacramentum Ordinis, qui ante promulgationem harum Litterarum Primam Tonsuram iam receperunt, omnia officia, iura et privilegia clericorum propria retinent; qui vero ad ordinem Subdiaconatus sunt promoti, susceptis obligationibus sive circa caelibatum sive circa Liturgiam Horarum tenentur; at publicam sacri caelibatus assumptionem coram Deo et Ecclesia, novo speciali ritu, qui ordinationem Diaconalem praecedit, iterum celebrare debent.

Quaecumque vero a Nobis per has Litteras, motu proprio datas, decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibusvis nihil obstantibus. Statuimus autem, ut ea vigere incipiant a die i mensis Ianuarii, anno MCMLXXIII.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xv mensis Augusti, in sollemnitate Assumptionis B. Mariae Virginis, anno MCMLXXII, Pontificatus Nostri decimo.

PAULUS PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

VALENTINAE IN VENETIOLA
(S. CAROLI IN VENETIOLA)

Detracta quadam parte a dioecesi Valentina in Venetiola, nova inde dioecesis conditur, « S. Caroli in Venetiola » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In vertice sacerdotalis auctoritatis Numinis voluntate constitutis, id unum Nobis haeret animo, qua via possimus christianorum commodis consulere Ecclesiaeque utilitati inservire ; et Nobis enim id est iniunctum ab adorando Filio Dei, quod beato Petro : « Pasce agnos meos ... pasce oves meas » (cfr. *Io.* 21, 15-17), Cui iubenti et Ipsi respondimus Nos amare Christum plus quam ceteros, et pro eo vel etiam mori Nos esse paratos (cfr. *Me.* 14, 31). Quam ob rem, cum venerabilis Frater Iosephus Alá Lebrún Moratinos, Episcopus Valentinus in Venetiola, audito coetu Episcoporum, ab hac apostolica Sede petierit ut diviso territorio suae dioecesis, quod late patet, novam constitueremus, Nos censentes id animorum bono prodesse posse, consilio usi venerabilis Fratris Antonii Dei Giudice, Archiepiscopi titulo Hierapolitani in Syria atque in Re publica Venetiolana apostolici Nuntii, haec decernimus. Ab Ecclesia Valentina in Venetiola civilem regionem separamus, seu Estado, Cojedes ; quo territorio novam dioecesim constituimus, *8. Caroli in Venetiola;* eius urbs princeps, illa erit cui per populum San Carlos nomen est, in eaque Episcopus cathedram suae potestatis collocabit, in templo videlicet Beatae Mariae Virginis a Conceptione Immaculata, quod dignitate cathedralis aedis honestamus. Nova circumscriptio Sedi metropolitanae Caracensi tamquam suffraganea subicietur, sic ut eius Episcopus, Archiepiscopo eiusdem Ecclesiae. Canonicorum Collegium condatur, ad alias sub plumbo Litteras ; quoad tamen Episcopus collegio hoc carebit, Consultores dioecesanos constituat, qui ei assint consilio atque opera in regenda Ecclesia. Mensam, quam dicunt, episcopalem efficient : fidelium collationes sponte datae; Curiae proventus; pars congrua bonorum, si qua sunt, quae dioecesi S. Caroli in Venetiola obvenient iuxta canonem 1500 C.I.C. Ad Seminarii constitutionem puerorumque educationem

quod attinet, serventur leges iuris communis, ratione habita Decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius », atque regulae a Sacra Congregatione pro Institutione catholica statutae. Cum vero iuvenes ad aetatem pervenerint philosophiae atque sacrae theologiae studio aptam, optimi ex illis Romam mittantur in Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum. Ad cetera autem quod pertinet : regimen, administrationem, electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, similia, sacri canones religiose observentur. Simul ac, praeterea, dioecesis condita fuerit, eo ipso Sacerdotes atque clerici qui beneficium vel ofiicium in alterutra Ecclesia habeant, ei accenseantur; ceteri clerici et Seminarii tirones, ei, in qua legitimo domicilio degant. Extremum, acta atque documenta ad novam dioecesim respicientia, eidem mittantur, in tabulario summa diligentia conservanda. Ceterum, quae statuimus venerabilis Frater Antonius Del Giudice ad exitum deducet, vel quem ipse delegaverit, factis ad id facultatibus. Re vero acta, documenta exarentur, sincerisque exemplis ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogamus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo secundo, Pontificatus Nostri nono.

ꠓB ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONPALONIBRI
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

£g Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco **£B Plumbi**

In Ap. Cane, tab., vol. CXLI, n. 50.

II

MANILENSIS '

(LIPENSIS)

Separatis Ecclesiis Lipensi, Lucenensi, Infantensi atque Calapanensi a provincia ecclesiastica Manilensi, nova conditur, Lipensis cognominanda.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui summi Numinis providentia in beatissimi Petri locum successimus, apostolorum principis, sic ut ille populorum agmina gubernaturi eaque ad immortalia caelorum litora ducturi, nihil sane agendum omittimus, sive id sit magnum quid, sive parvum, modo intellegamus fidei nostrae Christique religioni propagandae aut intendendae conferre posse. Quam ob rem, cum coetus Episcoporum, seu conferentia episcopalis Insularum Philippinarum, post auditos sive Archiepiscopum Manilensem sive eius suffraganeos, proposuerit ut detracta parte de provincia ecclesiastica Manilensi nova provincia constitueretur, Nos, negotio bene reputato, consilioque petito a venerabilibus Fratribus Nostris S. **E.** E. Cardinalibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, itemque venerabili Fratre Carmelo Rocco sententiam rogato, Archiepiscopo titulo Iustinianopolitano in Galatia et in eadem natione apostolico Nuntio, haec decernimus. A iure metropolitanae Ecclesiae Manilensis eximimus tum cathedrales Ecclesias Lipensem atque Lucenensem, tum Praelaturam Infantensem atque Vicariatum apostolicum Calapanensem. Ex quibus Ecclesiis novam provinciam ecclesiasticam creamus, *Lipensem* appellandam, cuius provinciae haec eadem Sedes erit caput, dignitate metropolitanae Ecclesiae. Huic nempe iura omnia facimus privilegia concedimus, quae ceteris eiusdem ordinis Sedibus fieri consueverunt; eique reliquae Ecclesiae eiusdem provinciae, scilicet Lucenensis, Infantensis et Calapanensis erunt suffraganeae, ad normam iuris. Censemus, praeterea, ut venerabilis Frater Alexander Olalia, adhuc Episcopus Lipensis, a iurisdictione metropolitana quidem Archiepiscopi Manilensis exemptus, ad dignitatem archiepiscopalem Metropolitarum propriam evehatur, atque facultatem habeat

Crucem et Pallium deferendi, postquam tamen in Consistorio hoc rite impetraverit. Ceterum quae iussimus venerabilis Frater Carmelus Rocco ad exitum perducet, factis potestatibus. Poterit autem hic alium legare, si visum fuerit cum eadem potestate. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogamus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo secundo, Pontificatus Nostri nono.

££l ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

gß CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Ioannes Coppa, *Proton. Apost. s.n.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLI, n. 66.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

In Republica Litoris Eburnei Apostolica Nuntiatura constituitur, cuius sedes in urbe Dakar collocatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Iussum, quo Christus Dominus praecepit apostolis suis ut universum terrarum orbem peragrantes divina hominibus monita traderent (cf. *Me.* 16, 15), tam instat, ut Nos, toto animo in eas rationes atque consilia incumbamus, quae ad sanctissimam religionem latius propagandam gentibusque inferendam conducant. Cui sane rei cum Romanae Sedis ceterarumque nationum mutua amicitia prosit admodum, idcirco sancta Christi Ecclesia curam hanc egit usquequaque ut cum populis necessitudines coniungeret. Cumque, opitulante Deo, qui omnia temperat, apostolica haec Sedes et Res publica Litoris Eburnei secundo rerum cursu in vicem voluntatem sibi conciliaverint, visum est cum utriusque commodo fieri, si ibi loci *Apostolica Nuntiatura* constitueretur, cuius sedes, nunc quidem, in urbe Dakar collocaretur. Quod per has Litteras facimus, datis iuribus omnibus. Ceterum quod iussimus sive nunc in posterum robur suum habeat, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIX mensis Iunii, anno MCMUXXII, Pontificatus Nostri nono.

83 ALOISIUS Card. TRAGLIA, *8. R. E. Cancellarius*

Loco © Sigilli

In Ap. Cane, tab., vol. II, n. 81.

II

Templum S. Teresiae, in finibus Vicariatus Apostolici Heliopolis in Aegypto, ad gradum Basilicae Minoris evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Catholica Ecclesia sanctorum cultum eorumque honorem apud homines reddendum quasi viam ac rationem semper habuit, quibus summo Dei Numini plus laudis atque honoris praestaretur. Ecclesia enim cum sanctos laude, gloria, amplitudine accumulât, non solum in eis virtutes celebrat, sed praecipue divinae gratiae et benevolentiae fructus, quae est sanctitatis cuiuslibet causa, fons, origo. Qua re, cum venerabilis Fratris Amand Hubert rogatu, Vicarii apostolici Heliopolis in Aegypto, eiusque cleri et populi, Sacra Congregatio pro Cultu Divino, factis a Nobis olim potestatibus benigne concesserit ut templum S. Teresiae a Iesu Infante in eiusdem Vicariatus finibus, in Basilicarum Minorum ordinem eveheretur, factis nempe iuribus atque liturgicis concessionibus quae ad huiusmodi templa competunt, servatis tamen iis quae iuxta decretum « De titulo Basilicae Minoris », die vi mensis iunii, anno MDCCCCLXVIII factum, servanda sunt, Nos haec omnia probantes, libenter petitis concedimus : agitur enim de templo omnibus numeris venerabili, in quo ignis divinae pietatis alitur et gloria Dei per Sanctae Teresiae religionem quaeritur. Contrariis minime obstantibus. Quae autem per has Litteras mandavimus sive nunc sive in posterum firma et valida esse statuimus, suosque effectus obtinere.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Iulii, anno MCMLXXII, Pontificatus Nostri decimo.

SB ALOISIUS Card. TRAGLIA, *8. R. E. Cancellarius*

Loco iii Sigilli

In Ap. Cane, tab., vol. II, n. 81.

III

S. Franciscus a Camporubeo patronus principalis provinciae Genuensis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum nominatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quanto semper usui pietas fuerit ad alendam fidem et virtutem populi christiani, res est in medio posita, modo breviter consideretur. Sancti enim, cum sint divinae gratiae fructus laetissimi, et amici Dei (cf. *Io.* 15, 15), non solum Christi fideles in petitione gratiarum plurimum adiuvare possunt, quibus flexuosum ac terrestre hoc iter tutius fiat, verum etiam iis exemplo virtutum insigni esse possunt, quas ad beati Pauli apostoli exhortationem (cf. *Phil.* 3, 17), presso vestigio, imitentur. Quandoquidem ergo dilectus Filius Rosarius Franciscus Pasquale, Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, datis litteris ab hac apostolica Sede petiit, ut electio et approbatio, a Ministro provinciali eiusdem Ordinis suo suorumque Fratrum nomine rite facta, qua S. Franciscus a Camporubeo, olim ex eodem Ordine Sodalis in totaque provincia summe cultus, *patronus principalis* provinciae religiosae Genuensis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum designatus est ad normam instructionis ((De Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis », confirmaretur, Nos re attente reputata actisque a S. Congregatione pro Cultu Divino probatis, aequo animi expostulationibus concedimus. Placet ergo S. Franciscum a Camporubeo, S. Barnabae loco, patronum principalem provinciae religiosae Genuensis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum renuntiari, cuius festum in tota provincia gradu « festi » celebrari, in templo vero B. M. V. Immaculatae, ubi sacrum eius corpus in Christi pace quiescit, gradu sollemnitatis. Spem autem non ex incerto concipimus, fore ut per hanc rem sive fides et religio, sive studium erga summum Dei numen, tum populi tum maxime Fratrum religiosorum, crescant, augescant, adolescant. Contrariis nihil obstantibus. Ceterum, haec quae iussimus, nunc et in posterum diligentissime serventur, suosque effectus habeant.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, sub anulo Piscatoris, die XXVIII mensis Iulii, anno MCMLXXII, Pontificatus Nostri decimo.

ꟹB ALOISIUS Card. TRAGLIA, *8. R. E. Cancellarius*

Loco SB Sigilli

In Ap. Cane, tab., vol. II, n SS.

IV

Templum Dei Genetricis titulo « Misericordiarum », in dioecesi S. Rosae de Osos, ad gradum et dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Si fuit umquam titulus, seu appellatio, quo populus christianus maiore opportunitate Mariam invocaverit, Matrem Christi amabilissimamque cunctorum fidelium parentem, fuit haec profecto quae per haud inane « Matris misericordiarum » vocabulum exprimitur. Nam sacra Christi plebs, quamquam est ab adorando Dei Filio redempta atque gratia munita, in hoc tamen terrestri itinere ad beatam illam et immortalem patriam tam multiplicibus periculis saepitur, tam turbidis rebus premitur, tanto maiorum gurgite abripitur, ut matre facile carere non possit, quae misericordia affluât, ad quam confugiat, cui fidat. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Ioachimus Garcia Ordonez, Episcopus Sanctae Rosae de Osos, suo suique cleri atque populi nomine, id petierit ut templum B. M. V. titulo « Misericordiarum », in eadem dioecesi situm, Basilicae Minoris honore atque dignitate decoraretur, Nos, iis probatis quae Sacra Congregatio pro Cultu Divino censuerit, rati posse privilegium hoc fidem atque religionem christiani populi augere, quam aequissimo animo petita concedimus. Est enim sacra illa aedes nobilis forma, ampla, aëria, decora, in qua, praesertim, pietas erga Deum eiusque Matrem alitur quasi ignis, ingenti studio doctrina sancta traditur. Placet ergo templum hoc titulo *Basilicae Minoris* insigniri, cum iuribus et liturgicis concessionibus, servatis tamen iis, quae iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris », die vi mensis iunii factum anno MDCccLxviii, servanda sunt. Contrariis minime obstantibus. Ceterum volumus ut quae per has Litteras iussimus sive nunc sive in posterum serventur, suosque effectus habeant.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, sub anulo Piscatoris, die xxvin mensis Iulii, anno MCMLXXII, Pontificatus Nostri decimo.

SB-ALOISIUS Card. TRAGLIA, *S. B. E. Cancellarius*

Loco £g Sigilli

In Ap. Cane, tab., vol. II, n. 32.

ALLOCUTIONES

I

Ad Excellentissimum Virum Iulianum Zamora Dobles, Costaricanae Reipublicae cum auctoritate Legatum, Summo Pontifici Litteras commissi muneris testes tradentem. *

Señor Embajador:

Hemos escuchado con ánimo grato las deferentes palabras que acaba de pronunciar Vuestra Excelencia en este acto de presentación de las Cartas que lo acreditan como Embajador Extraordinario y Plenipotenciario de Costa Rica ante la Santa Sede.

En sus devotas expresiones hemos podido percibir el eco de las convicciones y de los sentimientos que, profundamente arraigados en el alma y en la conducta de los costarriqueños, han contribuido a conformar la trayectoria histórica de su País en sus más nobles manifestaciones humanas y espirituales.

Ha querido poner de relieve Vuestra Excelencia la labor constante, solícita, de la Iglesia en favor del progreso y de la paz, ideales que reflejan de una manera palpable las más hondas inquietudes y aspiraciones de los hombres de nuestro tiempo.

No podía ser de otro modo. La Iglesia, siempre fiel al mandato de su divino Fundador, se siente íntima y realmente solidaria del género humano, y continúa, con esfuerzo renovado, su misión de servicio leal y vigilante a la humanidad : ella proclama la dignidad inviolable de la persona, depositaria de valores eternos ; señala los cauces legítimos a una expansión dinámica y ordenada de la libertad ; fomenta un diálogo fecundo, a nivel de personas y de instituciones, para lograr esa armonía de mentes y de corazones, capaz de realizar en seno a la familia humana la vocación universal al destino común y sobrenatural del hombre, es decir, a su perfección, a su salvación. ¿No es esto edificar el bien común?

De ahí que nos procure íntimo gozo todo cuanto se realiza por purificar y estrechar más los vínculos de fraternidad, de estima recíproca y de cooperación en un clima, despejado de intereses meramente terrenos, donde el individuo pueda desarrollar integralmente toda su personalidad, ver satisfechas sus legítimas aspiraciones no sólo mate-

*** Die 7 mensis augusti a. 1972.**

ríales, sino también morales y religiosas, y convertirse así en sujeto consciente y responsable de progreso dentro de la comunidad.

Sabemos con cuánto empeño y constancia se ha adelantado en Costa Rica esta tarea de promoción, con especial interés por la educación de la juventud, como base de una genuina igualdad, con sentido de justicia social, y garantía de una próspera y pacífica convivencia. A cuantos en Costa Rica dedican sus mejores energías a esta tarea de formación y de programación vaya nuestro atestado de paterna estima y reconocimiento.

Al corresponder con nuestro más respetuoso saludo al que, por mediación de Vuestra Excelencia, nos ha trasmitido el Presidente de su Nación, formulamos también, Señor Embajador, los mejores votos y le aseguramos nuestra benevolencia por el feliz cumplimiento de la noble y alta misión que ahora comienza.

Con estos sentimientos invocamos sobre Vuestra Excelencia, sobre su familia y los amados hijos de Costa Rica continuos y copiosos favores divinos.

II

Ad Excellentissimum Virum Sayed Salah-El-Din Osman Hashim, Sudanensis Reipublicae apud Sedem Apostolicam primum liberis cum mandatis Legatum, qui Summo Pontifici Litteras concrediti muneris fidem facientes tradidit. *

Mr. Amoassador,

It is with pleasure that we accept your Letters of Credence and assure you of our gratitude for the greetings which you have conveyed to us on behalf of President Nimeiry and the Government and people of the Démocratie Republic of the Sudan. We thank you also for your kind words concerning the work of the Church in developing nations and in your own country, especially in the Southern Region.

This is indeed a significant occasion because, as you have pointed out, you are the first Ambassador of the Sudan to présent Credentials to the Holy See. We are confident that this event marks yet another stage in a new climate of mutuai understanding. Furthermore, we hope that the exchange of diplomatie représentatives will be beneficiai for the good of your country and for the promotion of the well-being

*** Die 10 mensis augusti a. 1972.**

of all your people. In particular, we trust that it will benefit the Christian communities and that it will further the dialogue happily being carried on between Christians and Moslems.

We are indeed pleased to note the dispositions recently agreed upon, whereby your **Citizens** are to be assured of religious liberty and freedom of éducation. We are convinced that these guarantees render honour to your country and are greatly advantageous also to the civil **life** of the Sudan.

We are happy that reconciliation has taken place in your country and it is our hope that your Government and your people will indeed succeed in establishing increasingly satisfactory conditions of life and security so that ali the **Citizens** can see in their nation the guardián of their well-being and of their tranquil future.

In this regard we willingly give assurance of the Church's desire not only to work for the spiritual welfare of the people of the Sudan, but also to collaborate for the promotion of their full human dignity and material good. The Church will lend the full measure of her energy to further those initiatives that will help to make this world a place where discrimination and violence will be no more and where justice and peace will reign.

We would ask you, Mr. Ambassador, kindly to convey this assurance, together with our cordial greetings, to the President and people of your belo ved country. T o you personally we express our good wishes for the successful fulfilment of the mission which you are now happily beginning. Upon ali the Sudanese we invoke in abundance blessings from God.

III

Ad Excellentissimum Virum Varnerium De Merode, Belgicae Nationis cum auctoritate Legatum, Summo Pontifici Litteras concrediti muneris testes tradentem. *

Monsieur l'Ambassadeur,

Nous sommes très sensible aux aimables paroles que vous venez de prononcer et Nous vous en remercions vivement. Nous vous confions le soin de transmettre notre salut respectueux et cordial à Sa Majesté le Roi des Belges et à Sa Majesté la Reine, dont vous vous êtes fait Pinter-prète auprès de Nous.

*** Die 12 mensis augusti a. 1972.**

Au moment où vous assumez la charge de représenter ici votre noble pays comme Ambassadeur extraordinaire et plénipotentiaire, Nous formons les meilleurs vœux pour l'accomplissement de votre haute mission, afin qu'elle contribue à accroître les liens de mutuelle confiance dont vous avez souligné l'existence entre la Belgique et le Saint-Siège.

Comment les orientations fondamentales que vous avez brièvement rappelées ne justifieraient-elles pas une telle confiance? Rien n'est plus important, en effet, dans le concert actuel des nations, qu'une action loyale et persévérante en faveur du développement et de la paix. Dans ce domaine, l'édification de la Communauté européenne, à laquelle participe votre pays, peut se révéler riche d'espérances à condition, Nous avons eu plusieurs fois l'occasion de le rappeler, que cette Communauté sache mettre ses forces croissantes au service des buts élevés que la Providence et l'histoire lui assignent. Œuvre de longue haleine, une telle entreprise ne manque pas d'exiger, de la part de chaque communauté nationale, une claire vision du bien commun, jointe à l'ouverture au reste du monde. C'est pourquoi l'amour profond de la paix et le sens de la communauté internationale que vous, Monsieur l'Ambassadeur, avez si heureusement soulignés ne peuvent demeurer vivants et efficaces s'ils ne s'alimentent pas constamment aux véritables sources du sens de l'homme et ne sauvegardent pas toutes les dimensions de la personne appelée à accomplir, au sein de la communauté humaine, sa haute destinée spirituelle.

L'Eglise catholique porte la responsabilité du message de salut adressé à tous les hommes. Lui seul assure à l'idéal humain sa pleine portée et sa justification dernière. Nous n'oublions pas que nos fils catholiques, très nombreux dans votre cher pays, ont depuis longtemps fait la preuve de leur grande générosité pour répondre à leur vocation chrétienne et répandre, souvent bien au delà de leurs frontières, avec le souci de la paix, la lumière de l'Evangile. Ils tiennent une place importante dans la vie intellectuelle et dans divers secteurs de la vie sociale. Nous Nous en réjouissons et Nous sommes persuadé qu'ils continueront à apporter, en ces divers domaines, une contribution efficace au bien de leur patrie comme à celui de l'Eglise universelle et de toute la communauté humaine.

C'est vous dire dans quel esprit Nous vous accueillons en ce jour. Nous prions le Seigneur pour la prospérité du cher peuple de Belgique et Nous vous donnons de grand cœur, cher Monsieur l'Ambassadeur, au seuil de votre haute mission auprès du Saint-Siège, notre paternelle Bénédiction Apostolique.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

i

BAGENSIS - SANCTAE MARIAE

DECRETUM

De mutatione finium

Spirituali bono christifidelium in paroeciis vulgo nuncupatis *Mata* et *Sao Vincente do Sul* degentium consulere cupiens, Exc.mus P. D. Angelus Felix Mugnol, Episcopus Bagensis consensu Exc.mi P. D. Erici Ferrari, Episcopi S. Mariae, Apostolicae Sedi proposuit ut territorium praefatarum paroeciarum a dioecesi Bagensi distraheretur et dioecesi Sanctae Mariae adnecteretur.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Humberti Mozzoni, Archiepiscopi titularis Sidetani et in Brasilia Nuntii Apostolici, rata huiusmodi immutationem finium aeternae animarum saluti profuturam, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia Pp. VI, tributarum, oblatis precibus annuere censuit.

Quapropter suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto distrahit a dioecesi Bagensi territorium paroeciarum *Mata* et *Suo Vincente do Sul* illudque tribuit dioecesi S. Mariae.

Omnia acta et documenta praefatas paroecias respicientia a tabulario Curiae Bagensis ad tabularium Curiae S. Mariae transmittantur.

Ad haec omnia perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis memoratum Exc.mum P. D. Humbertum Mozzoni deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem S. Congregationem authenticum exemplar actus peractae executionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 19 mensis Iunii 1972.

£g CAROLUS Card. CONFALONIERI, *Praefectus*

L. © S.

£ß Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

II

MORELIENSIS - TACAMBARENSIS

DECRETUM

De finium mutatione

Maiori Christifidelium spirituali bono apprime studens, Exc.mus P. D. Carolus Martini, Archiepiscopus titularis Abaritanus, in Ditione Mexicana Delegatus Apostolicus, audita Conferentia Episcopali, ab Apostolica Sede expostulavit ut limites quibus in praesens archidioecesis Moreliensis et dioecesis Tacambarensis circumscribuntur aliquantulum immutarentur ac aptius disponerentur ita quidem ut ecclesiastici fines cum civilibus limitibus deinde conveniant.

Sacra Congregatio pro Episcopis, attento favorabili voto Exc.morum quorum interest Ordinariorum, rata petitam immutationem aeternae animarum saluti cessuram, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia Pp. VI, tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto ab archidioecesi Moreliensi distrahit territorium civilium districtuum vulgo *Enandio* et *Quanoro*, intra fines municipii cui nomen *Benito Juárez* exstans, illudque dioecesi Tacambarensi adnectit.

Quamobrem documenta et acta memorati territorii clericos, fideles et bona temporalia forte respicientia a Curiae Moreliensis tabulario ad Curiae Tacambarensis archivum, quam primum, transmittantur.

Ad clerum quod attinet, simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur in cuius territorio ecclesiasticum beneficium aut ofiicium detinent; ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ad haec perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis praefatum Exc.mum P. D. Carolum Martini deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae executionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 22 mensis iunii anno 1972.

£B CAROLUS Card. CONFALONIERI, *Praefectus*

L. © S.

£g Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

i

TONGANAE - RAROTONGANAE

DECRETUM

De mutatione finium

Cum ad bonum animarum provehendum expostulatum sit ut Insula vulgo Niue Dioecesi Rarotonganae adscribatur, Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando, accepto favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Raymundi Philippi Etteldorf, Archiepiscopi titulo Tyndaritani atque Apostolici in Nova Zelandia et Insulis Oceani Pacifici Delegati, consensu Exc.morum Ordinariorum quorum interest prae oculis habito, re mature perpensa, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI concessarum, oblatis precibus obsecundare censuit.

Qua de re idem Sacrum Dicasterium statuit ut Insula vulgo Niue, usque adhuc pertinens ad Dioecesim Tonganam, ab ipsa separetur atque Dioecesi Rarotonganae uniatur in perpetuum, et praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die tricésima prima mensis Maii anno Domini 1972.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

£B D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

II

LULUABURGENSIS

(KAN\ANGANAE)

DECRETUM

De mutatione nominis archidioecesis

Cum Exc.mus ac Rev.mus Dominus Martinus Bakole, Archiepiscopus Luluaburgensis, proposuisset ut praesens denominatio suae archidioecesis ita permutaretur ut deinde Kananganae nuncuparetur, iuxta novum nomen civitatis vulgo Kananga ubi sedes archiepiscopalis extat, Sacra haec Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, re mature perpensa auditoque favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Brunonis Torpigliani, Archiepiscopi titulo Mallianensis et Apostolici in Zaire Nuntii, optatis praelaudati Ordinarii inhaerendum esse censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a Ss.mo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, supramemoratam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 14 mensis iunii a. **D.** 1972.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

© **D.** S. Lourdusamy, *a Secretis*

III

ELDORETENSIS - NAKURENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Cum ad bonum animarum provehendum expostulatum sit ut districtus vulgo ((Baringo » Dioecesi Nakurensi adscribatur, Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando, accepto favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Petri Aloisii Sartorelli, Archiepiscopi titulo Seminaensis atque Apostolici in Kenya Pro-Nuntii, necnon Conferentiae

Episcoporum Kenyae, itemque consensu Exc.morum Ordinariorum, quorum interest, prae oculis habito, re mature perpensa, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI concessarum, oblatis precibus obsecundare censuit.

Qua de re idem Sacrum Dicasterium statuit ut districtus vulgo « Baringo », usque adhuc pertinens ad Dioecesim Eldoretensem, ab ipsa separetur atque Dioecesi Nakurensi uniatur et praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 28 mensis iunii a D. 1972.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

SB D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

IV

RAROTONGANAE

DECRETUM

De transitione ad aliam provinciam ecclesiasticam

Quo eificacius animarum curae intra limites Dioeceseos Rarotonganae provideretur, preces ad hanc Sacram Congregationem porrectae sunt ut eadem Dioecesis a provincia ecclesiastica Vellingtonensi separetur et provinciae ecclesiasticae Suvanae aggregetur.

Quas preces Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando benigne excipiens, attento favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Raymundi Philippi Etteldorf, Archiepiscopi titulo Tyndaritani atque Apostolici in Nova Zelandia et Insulis Pacifici Oceani Delegati, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, Dioecesim Rarotonganam a provincia ecclesiastica Vellingtonensi seiunxit et provinciae ecclesiasticae Suvanae in perpetuo aggregavit atque hoc ad rem Decretum confici mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die prima mensis Iulii anno Domini 1972.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

£B D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

V

ARCIS ARCHAMBAULT

(SARBENSIS)

DECRETUM

De mutatione nominis

Cum Exc.mus ac Rev.mus Dominus Henricus Veniat, Episcopus Arcis Archambault, proposuisset ut praesens denominatio suae dioecesis ita permutaretur ut deinde Sarhensis nuncuparetur, iuxta novum nomen civitatis vulgo Sarh ubi sedes episcopalis extat, Sacra haec Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, re mature perpensa auditoque favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Marii Tagliaferri, Archiepiscopi titulo Formiani et Apostolici in Ciad Delegati, optatis praelaudati Ordinarii inhaerendum esse censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, supramemoratam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 22 mensis augusti a. D. 1972.

£8 D. S. LOURDUSAMY, *a Secretis*

Titianus Scalzotto, *Mai. Off.*

VI

BALD ULNOPOLITANAE - KALEMIENSIS-KIRUNGUENSIS

DECRETUM

De mutatione nominis

Cum Exc.mus ac Rev.mus Dominus Ioseph Mulolwa, Episcopus Balduinopolitanus, proposuisset ut praesens denominatio suae dioecesis ita permutaretur ut deinde Kalemiensis-Kirunguensis nuncupantur, iuxta novum nomen civitatis ubi sedes episcopalis extat, Sacra

haec Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, re mature perpensa auditoque favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Brunonis Torpigliani, Archiepiscopi titulo Mallianensis et Apostolici in Zaire Nuntii, optatis praelaudati Ordinarii inhaerendum esse censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, supramemoratam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici et expediri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 22 mensis augusti a. D. 1972.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

© D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

VII

KANANGANAE - MUEKAENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Quo facilius et efficacius aeternae dominici gregis saluti eiusque regimini consuli possit, Exc.mi ac Rev.mi Ordinarii archidioecesis Kananganae et dioecesis Muekaënsis novam eamque aptiorem inter easdem dioeceses finium definitionem nuper ab Apostolica Sede expostulaverunt.

Quapropter, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, praehabito favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Brunonis Torpigliani, Archiepiscopi titulo Mallianensis et Apostolici in Zaire Nuntii, ratum huiusmodi immutationes in bonum animarum cessuras, vigore specialium facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit ac inter memoratas circumscriptiones ecclesiasticas hos, qui sequuntur, fines constituendos esse decernit :

« Le diocèse de Mweka cédera à Parchidiocèse de Kananga la Mission de Dibinga (Bena-Tshiadi). Les limites entre ces deux circonscriptions ecclésiastiques seront dorénavant à ce sujet les suivantes : au Nord) la frontière entre les circonscriptions civiles de Mweka et de Demba, à

l'Est, la rivière Lombelo, au Sud, la rivière Lulua, à l'Ouest, la rivière Luele ».

Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando in perpetuam rei memoriam praesens Decretum confici iussit et expediri.

Datum Eomae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 24 mensis augusti a. D. 1972.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

© D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

DECLARATIO DE CONCELEBRATIONE

In celebratione Missae « unusquisque ius habet et officium participationem suam afferendi diverso modo pro diversitate ordinis et muneris ... ita ut ex ipsa celebrationis ordinatione appareat Ecclesia in suis diversis ordinibus et ministeriis constituta »-[1] Presbyteri, ob speciale sacramentum Ordinis, munere sibi proprio in celebratione Missae funguntur cum ipsi, sive singulariter sive una simul cum aliis presbyteris, sacrificium Christi actu sacramentali conficiunt et offerunt idemque per Communionem participant.[2]

Consentaneum ergo est ut sacerdotes Missam celebrent aut concelebrent, quo plenius et modo sibi proprio Missam participent, nec tantum laicorum more communicent.[3]

Cum vero plures petitiones delatae sint de recta interpretatione

[1] ***Institutio generalis Missalis Romani*, n. 58. Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 28: *A.A.S.* 56 (1964), p. 107.**

[2] **Cfr.** S. **Congr. Rituum, Decr. generale *Ecclesiae semper*, 7 martii 1965: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 410-411.**

[5] **Cfr.** S. **Congr. Rituum, Instr, de cultu mysterii eucharistici, *Eucharisticum mysterium*, 25 maii 1967, n. 48: *A.A.S.* 59 (1967), p. 564.**

Institutionis generalis Missalis Romani (nn. 76, 158), Sacra Congregatio pro Cultu Divino haec, quae sequuntur, declarat :

1. Capitulares atque sodales communitatum cuiusvis instituti perfectionis, qui officio in bonum pastorale fidelium celebrandi tenentur, Missam quoque conventualem vel ((communitatis »[4] eodem die concelebrare possunt. Magni enim aestimanda est concelebratio eucharistiae in communitatibus. Concelebratio fraterna presbyterorum inter se[5] atque totius communitatis vincula significat et firmat, quia in huiusmodi sacrificii celebratione, quam omnes conscie, actuose atque modo uniuscuiusque proprio participant, clarius apparet actio totius communitatis atque praecipua habetur manifestatio Ecclesiae in unitate sacrificii et sacerdotii, in unica gratiarum actione circa unum altare.[6]

2. Qui in Missa principali occasione oblata visitationis pastoralis aut peculiaris coetus sacerdotum, v. gr. conventus de re pastorali, congressus, peregrinationis, ad mentem n. 158 Institutionis generalis Missalis Romani concelebrat, Missam ad utilitatem fidelium iterum celebrare potest.

3. Haec tamen quae sequuntur servanda sunt :

a) Episcopi et Superiores competentes[7] sedulo curent, ut concelebratio in communitatibus et in conventibus sacerdotum cum dignitate et vera pietate peragatur. Ad hunc finem et ad bonum spirituale plenius assequendum, concelebrantium libertati semper consulatur eorumque interior et exterior participatio foveatur per genuinam et integram celebrationis ordinationem iuxta normas Institutionis generalis Missalis Romani, omnium Missae partium secundum propriam earum naturam executionem,[8] munerum et officiorum distinctionem, ad cantus et sacri silentii momentum attendendo.

[4] Cfr. *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 76.

[5] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 28: *A.A.S.* 57 (1965), p. 53; Decr. de presbyterorum ministerio et vita *Presbyterorum ordinis,* n. 8: *A.A.S.* 58 (1966), pp. 1003-1005.

[6] Cfr. S. Congr. Rituum, Decr. gen. *Ecclesiae semper,* 7 martii 1965: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 410-412; Cfr. S. Congr. Rituum, Instr, de cultu mysterii eucharistici, *Eucharisticum mysterium,* 25 maii 1967, n. 47: *A.A.S.* 59 (1967), pp. 565-566.

[7] Cfr. *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 155.

[8] Cfr. S. Congr. Rituum, Instr, de musica in sacra Liturgia *Musicam sacram,* 5 martii 1S67, n. 6: *A.A.S.* 59 (1967), p. 302.

h) Sacerdotibus, qui in bonum pastorale fidelium celebrant et alteram Missam concelebrant, nullo titulo pro Missa concelebrata stipendium percipere licet.

c) Quamvis concelebratio forma sit praeclara celebrationis eucharisticae in communitatibus habendae, ipsa quoque celebratio sine fidelium participatione ((manet tamen centrum totius Ecclesiae et veluti cor exsistentiae sacerdotalis ».[9]

Quapropter salva sit oportet cuique sacerdoti Missae singularis celebrandae facultas ;[10] ad quam libertatem fovendam omnia illa praestentur, quoad tempus, locum, ministri auxilium et alia celebrationis adiuncta, quae hanc celebrationem facilem reddant.

Hanc declarationem, collatis consiliis cum Sacris Congregationibus, ad quas res pertinet, apparatam, Summus Pontifex Paulus VI, die VII mensis augusti, anno MCMLXXII, ratam habuit et confirmavit atque publici iuris fieri iussit.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 7 mensis augusti anno 1972.

ARTURUS Card. TABERA, *Praefectus*

£g H. Bugnini, Archiep. tit. Diocletianen., *a Secretis*

[9] Cfr. Synodus Episcoporum, *De sacerdotio ministeriali,* pars altera, n. 4: *A.A.S.* 63 (1971), p. 914.

[10] S. Congr. Rituum, Instructio de cultu mysterii eucharistici, *Eucharisticum mysterium,* 25 maii 1967, n. 47: *A.A.S.* 59 (1967), pp. 565-566.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

i

IANUENSIS

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Baptistae Vernazza, Monialis professae Ordinis Canonissarum Regularium S. Augustini Congregatio» nis Lateranensium.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo (Col. 3, 3) : his verbis Paulus Apostolus condicionem eius declarat, qui fide penitus imbutus, mysterium paschale accipit, quo ut membrum cum corpore vel ut palmes cum vite coniungitur; quo quidem mysterio efficitur, ut, cum ei benigne datum sit adoptionis dono frui, vitam ipsam divinam participando vivat, atque adeo verba eiusdem Apostoli possit iterare : *Vivo autem iam non ego, vivit vero in me Christus (Gal.* 2, 20). Homines, qui peculiari munere divino pulchritudine fidei, qua haec coniunctio cum Christo suscitato creditur, alliciuntur, mundo quasi mortui sunt in hac ipsa vita terrestri, sive sensibili, sive affectiva sive intellectuali. Ii profecto ea omnia sponte abiciunt, quae mundus magni aestimat, neque solum non exquirunt sed etiam contemnunt ea, quae saeculum sola bona esse arbitratur. Quod eo consilio faciunt, ut intimam cum Christo necessitudinem magis in dies ineant atque in huiusmodi secreto soli Patri innotescant, a quo ut praemium vitae, absconditae quidem sed non inertis, exspectant gaudia sanctissima amoris eius divini.

Baptista Vernazza in colloquiis suis atque scriptis saepe hanc refert Apostoli doctrinam; sed tota eius vita, etiam quatenus exterius agebatur, admirabile fuit exemplum modi illius moriendi mundo et

nobismet ipsis atque exsequendi actionem nostram vitalem, dum Christo in Deo coniungimur.

Thomasina, — ita Serva Dei appellabatur antequam in Monasterium se abderet, ubi nomen Baptistae ei inditum — Genuae nata est mense Martio vel Aprili anno 1497 ab Hectore Vernazza, notario et cancellario Rei publicae. Salutaribus aquis ablutae matrina fuit S. Catharina Fieschi Adorno, quam pater quasi filius spiritualis studioso animo observabat. Hic eo inclaruit, quod hospitia condidit pro aegrotis, qui sanari non poterant, et instituta excipiendis puellis, quae auxiliis enrisque indigebant, idque Genuae et aliis locis. Maxime vero dignus fuit admiratione, quod populi mores, quod attinet sive ad religionem sive ad rem socialem, sollicite emendare nitebatur; quod peragebat navitate apostolica, a strepitu aliena, cui incumbebat in ((Societate a Divino Amore », quam Genuae condiderat atque Romam deinde, Neapolim, Venetias propagavit. Haec incepta, quibus reformatio erat proposita et quae urbes frequentiores maiorisque momenti pervagabantur, conferebant ad fidem saeculo xv in Italia vividam servandam.

Sub patris ductu Thomasina teneros vitae annos innocenter transegit. Caelesti gratia praeventa, ardere coepit desiderio Deo se devovendi; ac, vix tredecim annos nata, postquam repugnationem quorundam propinquorum matris, paulo ante mortuae, superavit, nomen dedit monasterio S. Mariae a Gratiis, Canonissarum Regularium Lateranensium, ea mente, ut, quemadmodum ipsa scripsit, « sine macula » Deo adhaereret. Verumtamen, cum esset proclivis ad amandum et redamaretur cum benevolentia et amicitia a cunctis sororibus, religiosa adulescens inde quandam cepit oblectationem. Tunc, ponderans hunc sensum amicitiae, naturalem et honestum, pro amplitudine propositi sui Deum amandi sine admixtione creaturarum et se abnegandi parvis quidem sed continuis paenitentiae exercitiis, animum suum fortissime abstraxit ab huiusmodi oblectamentis lieitis; ac tandem, virgo cum esset undeviginti annorum, gratiam, quam tam flagranter exoptaverat, a Deo est consecuta: etenim ex illa aetate, in omni actione vitali nihil aliud quaerebat quam Deum, nulla alia re delectabatur nisi eius amore. Affirmari licet conversationem eius claustralem per 77 annos fuisse unam seriem actuum cultus divini. Praeter horas, secundum monasterii observantiam orationi destinatas, Serva Dei tempus ab officiis vacuum aut in adoratione privata Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti aut in lectione, cum meditatione sociata, Sacrae Scripturae et Sanctorum Ecclesiae Pa-

trum insumebat. Cum esset circiter quadraginta annos nata, haec virgo sapiens impulsionem quandam interiorem persensit, qua movebatur, ut de quodam argumento scriberet, quod plerumque ex meditatione loci alicuius Sacrae Scripturae menti eius occurrebat. Quapropter, non sine aerumna, ei pertractandae erant imperscrutabiles veritates fidei aut altissima mysteria illius coniunctionis, qua anima cum Deo per amorem unitur; notionibus usae intellectus sui, terminis satis circum - scripti, mysteria illa significanda erant verbis imparibus, cum litterarum ac disciplinae theologicae rudimenta tantum didicisset. Initio huic scribendi operi interdum se dabat, sed postremis vitae annis, cum quovis regendi ofiicio esset soluta, id summa industria faciebat ; qua de causa affirmari licet eam, quasi apem impigram, a choro ad mensam scriptoriam transisse et versa vice.

Haec eius scripta vim salutarem habebant ad omnes ac quidem modo continuo et universali ; siquidem eiusdem « Opera Spiritualia » post mortem ipsius pluries edita, statim divendita sunt (Venetiis-Veronae, 1588-1602 ; Bononiae, 1636 ; Genuae, 1754-1755) : propter haec opera, vernáculo sermone insignia, Baptista Vernazza ut magistra iis auctoribus Italicis saeculi xvi accensetur, qui de doctrina spirituali scripserunt. Sed, patris exemplum secuta, magnanimiter etiam in bonum proximi se impendit : fuit enim ab anno 1527 usque ad annum 1537 magistra novitiarum, religiosas instituens, sanctimonia vitae conspicuas; ab anno 1537 usque ad 1544 administratricèm monasterii egit; eodem anno vicaria est electa atque anno 1547 priorissa, quod munus usque ad 1553 gessit; cum iam esset octogenaria, onus regiminis ut priorissae ei in triennium 1577-1580, quamvis lacrimabunda obniteretur, est impositum. Etiamsi a regendi munere vacaret, nihilominus propter prudentiam alios moderandi, consilium, patientiam, scientiam ab omnibus expetebatur habebaturque monasterii ductrix et magistra.

Inexhaustae caritatis suae beneficiis etiam cives Baptista locupletavit; ad crates eos excipiebat, consiliis suis ac praesertim precibus eos confortans, utpote quae magis pro aliis quam pro se orare consuevisset. Inter eos, qui eam adierunt, non pauci genere ac virtute erant conspicui, veluti homines e gente Spinola, Doria, Centurione, Lomellini. Quin immo externos moderabatur et confirmabat per epistulas, bona spe repletas, eo quod ad amorem Dei legentes continenter instanterque adhortabatur. Satis est memorare litterarum commercium, quod Servae Dei fuit cum S. Andrea Avellino, quem ad pergendum apostolatum actuosum permovit, et cum Sororibus Augustinianis urbis Iriae

(vulgo ((Voghera» appellatae), et cum Canonicis Regularibus Placentiae alibique degentibus.

Servae Dei vires postremis quinque vitae annis ita imminuebantur, ut pedibus constare iam non posset; nihilominus, qua erat instituti religiosi observantia, aliarum bracchiis fultam iussit se in chorum portari ne umquam Liturgiae eucharisticae et horarum deesset. Cum extremis mensibus pluribus aegritudinibus vexaretur, omnem cruciatum vultu hilari toleravit. Vitae termino impendente, de Deo solum cogitavit et nihil aliud est locuta nisi quod ad excitandum amorem Dei pertineret, verba e Sacra Scriptura depromens. Maxima cum pietate Sacramenta animam agentium suscepit, ad preces sacri ritus ipsa respondens. Usque ad vitae exitum plane compos sui, singulis salutares adhibuit hortationes. Denique, quasi revelans mysterium paschale diuturnae vitae suae, quam Christo intime iuncta transegerat, haec verba Iesu Domini iteravit : *Exivi a Patre et reni in mundum, iterum relinquo mundum et vado ad Patrem (Io.* 16, 28) ; deinde tota in Deum intenta obticuit atque non ita multo post, vespere diei 9 mensis Maii a. 1587, animam placidissime exspiravit.

Spiritualis velut imago Baptistae Vernazza caritate in Deum ut nota peculiari est insignis : cum colloquia serit cum monialibus vel ad crates cum iis, qui eam invisebant, sermo non est de alio quam de Deo ; quod quidem tam sponte facit et modo paene naturali, ut non solum non fastidium ingerat sed circum se spiritualem quandam auram diffundat, qua omnes cum ipsa agentes accenduntur et illuminantur eorumque animi pace serena et gaudio iucundantur. Cum aliquem solatur, qui dubitatione vel scrupulo cruciatur, eum monet, ne sollicita perscrutatione propriae conscientiae angatur, sed ut sordidos <(pannos)) omnium peccatorum in ignem puriflcantem amoris miserentis Dei iniciat. Cum vero alicui scribit, eius mentem et cor ad Deum elevat, et argumentum pertractat irradiante luce amoris divini. Cum adulescentem aliquem hortatur, ut vocationi obsequatur, cui propinqui renituntur, legitimo amori terrestri immensa gaudia opponit, quae ex amore Iesu Christi animo obveniunt.

Caritatis eius erga proximos proprium est de eiusmodi necessitudine ratione supernaturali aestimare, ita ut illa fiat universalis atque humanos sensus, quos vitae vicissitudines excitant, prorsus egrediatur.

Animadvertendum quoque est hanc virginem vigilem studium cultui et amori Dei se devovendi putavisse officium, quo plane astringeretur, adeo ut omnem alium affectum, qui inde ipsam abstraheret, prorsus de-

trectaret. Persuasum enim habebat se ut monialem, in monasterii claustro inclusam, cunctos christianos modo ecclesiali repraesentare; qui quidem, externis occupationibus distentí, peragere non possent id, quod continenter ipsis esset faciendum, id est Deum laudare, benedicere, amare. Itaque haec mulier, doctrina suo et exemplo, universos Ecclesiae filios monet de iuribus Dei, a quo horum temporum inclinatio ad saeculum se accommodandi, seu « saecularizatio », eos disiungere nititur. Huius etiam aetatis christianos illa docet ascesim vere efficacem et sanctificatricem, quam omnes possint exercere, in eo positam esse, ut quis ex toto corde Deum amet, devitans quidquid ab Eo possit ipsum separare.

Hoc autem munus ecclesiale, quod Baptista Vernazza tanti faciebat, id est vitam uni contemplationi et amori Dei deditam, Concilium Vaticanum Secundum egregie confirmavit; quod necessitatem apostolatus actuosi omnino agnovit quidem, tamen amplissimum etiam locum praedicavit, quem ii in Ecclesia obtinerent, qui in religioso statu tantum Deo et orationi sine intermissione vacarent : hi enim *Ecclesiae decus exstant et caelestium scatebra gratiarum* iidemque *populum Dei sanctitatis uberrimis fructibus collustrant atque exemplo movent* (Decr. *Perfectae caritatis,* 7).

Sanctitatis fama, magna et late pervagata, qua Serva Dei, dum viveret, fruebatur (ipsa enim illorum temporum imperatrix et S. Andreas Avellino eam inviserunt; S. Carolus Borromaeus eam adire statuerat, sed fuit morte interceptus), statim post obitum eius vehementius erupit, quasi signum illius gloriae, quae secundum Apostolum Paulum apud Christum, mortis victorem, iis tribuitur, quorum vita abscondita erat in Deo (cfr. *Col.* 3, 4). Tantus enim fuit concursus civium Genuensium, Famulae Dei honorem adhibere cupientium, ut funus in octo dies esset differendum. Quae sanctitatis fama aucta est etiam magisque pervulgata editione « Operum » ipsius. Qua de causa paulo post vitae eius res memorabiles et facta collecta sunt eo consilio, ut Beatificationis processus posset institui.

Propter peculiaria adiuncta processus ordinarii coepti sunt anno 1634 et Causae introductio ab Urbano Pp. VIII die 8 mensis Aprilis anno 1639 obsignata. Verumtamen ob rationes externas Processus Apostolici instructio est valde retardata itemque totius actionis continuatio. Denique, postquam omnia acta Processuum et cuncta documenta, sive iudiciaria sive historica, ad Causam attinentia, sunt debite in unum congesta, « Positio » Sacrae Rituum Congregationi, ut olim appella-

batur, exhibita est, ut de gradu heroico virtutum disceptaretur. Quod quidem factum est die 7 mensis Decembris anno 1971 in peculiari Coetu Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum. Cum idem Coetus peculiaris rei favisset, Congregatio Plenaria Patrum Cardinalium, praedicti Sacri Dicasterii Membrorum, convocata est die 21 Martii anno 1972 in Aedibus Vaticanis : omnes autem circa dubium propositum singulatim sententiam dixerunt, Causae Relatore seu Ponente Silvio Cardinali Oddi.

Facta postmodum de praedictis omnibus Summo Pontifici relatione per infra scriptum Cardinalem in Audientia diei 4 Maii huius anni eidem concessa, Sanctitas Sua sententiam Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ratam habuit et confirmavit et decretum super heroicis virtutibus Servae Dei apparari mandavit.

Quod cum factum esset, idem Summus Pontifex, accitis subscripto Cardinali Praefecto necnon Silvio Cardinali Oddi, Causae Ponente, meque Antistite a secretis aliisque vocari solitis, iisque adstantibus, sollemniter edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, Venerabilis Servae Dei Baptistae Vernazza, monialis professae Congregationis Lateranensis Ordinis Canonissarum Regularium S. Augustini, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta huius Sacrae Congregationis referri iussit.

Datum Romae, die 22 Iunii a. D. 1972.

PAULUS Card. BERTOLI, *Praefectus*

L. © S.

Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

II

MONTIS PESSULANI

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Ioannis Gailhac, Sacerdotis, Fundatoris Instituti Sororum a Sacro Corde Mariae.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Deus ita operatur in animabus eorum quos diligit, ut opus perficiant quod in terris faciendum iis commisit. Quorum igitur gloria lausque haec est, ut divino consilio respondeant per spectatam virtutum exercitationem. Haec autem res mire illustratur etiam vita et operibus sacerdotis Ioannis Gailhac.

Natus est ille Bitteris intra fines dioeceseos Montis Pessulani in Gallia die 13 mensis Novembris anno 1802 atque postridie Baptismate sacro renatus. Erat quidem maximus natu septem filiorum quos Antonius Iosephus Gailhac agricola et Ioanna Elisabeth Crouzillac, rarissimi exempli materfamilias, genuerant. Septennis puer summo mane etiam hieme templum sacrum petebat ut Missarum Sacrificio inserviret, ac vestes parvis pauperibus dividere saepius est visus.

A parocho suo admonitus ut secum ipse deliberaret de capessendo aliquando sacerdotio, animi pendebat veritus ut dignus esset qui altari Dei appropinquaret. At opportuna demum occasio capiendi certi consilii data est cum videlicet apud patruum in urbe Tolosae medicamentarium sex menses commoraretur ut eius addisceret artem ; quo quidem tempore probe intellexit se ad munera sacra a Deo vocari. Hoc deinde in proposito a parocho confirmatus, anno 1818 dioecesanum intravit Seminarium Maius, seque ad presbyteratus ordinem suscipiendum magno animo et studiis et pietate paravit. Ibi vero tanto erat in honore et numero, ut moderatorum iussu vix subdiaconus munus philosophiae tradendae sacrorum alumnis expleret. Sacerdoti initiato die 23 mensis Septembris a. 1826, ut soli Deo famularetur, statim ipsi ofiicium demandatum est theologiae docendae, quod duos annos gessit. Reseravit tunc sui ingenii integritatem suaeque maturitatis et moderationis ex-

cellentiam. Verumtamen contra usitatum eo tempore morem recusabat laico parere regimini, quod Seminariorum magistros quattuor illos articulos *gallicanos* docere ac profiteri per iusiurandum cogebat ; etenim articulos eos Apostolicae Sedis iuribus nimis contrarios putabat.

In urbe autem episcopali pulchrum emetiri potuerat vitae curriculum omnesque adipisci honores Famulus Dei, sed multis iam ante annis se a Deo destinari sen tiebat ad egenorum et afflictorum ministerium, eorum scilicet quos homines despiciunt et velut fastidiosos et molestos in societatis limites extremos relegant. Porro faustus quidam eventus viam ei aperuit quam persequi omni contentione cupiebat. Nam scholasticis feriis a. 1828 Famulus Dei partes aegrotantis Curionis valetudinarii Bitterensis libenter sustinebat; et, ubi idem curio suo se abdicavit officio, protinus officium illud demisse sibi expetivit. Interroganti autem episcopo quid ibidem agere vellet, respondit se paradisum assequi studere. Die igitur 12 Septembris eiusdem anni curae Servi Dei valetudinarium Bitterense est commendatum ; in quam ipse ita ad annum usque 1848 sub signo : *Au Bon Dieu sans réserve et sans partage,* incubuit ut versatissimum exercitatissimumque se praebuerit in condendis operibus de quibus infra est sermo.

Viginti igitur per annos Ioannes Gailhac caritatis divitias, quibus abunde ipse affluebat, in salutem ac levationem infirmorum effundebat et omni genere abnegationis utebatur praesertim vero a. 1832 Bitteris chólerica grassante lue, cum vere se herois instar gessit. Praeterea quidquid ei supererat temporis in studium conferebat et precationem et sacras contiones necnon in augmentum pietatis animarum, quas ad virtutem mirabiliter perducebat. Quapropter magna erat auctoritate etiam apud Congregationum religiosarum sodales et moderatores.

In valetudinario autem, ubi invigilabat aegrotis, binam deprehendit plagam, quae cor eius sacerdotale acriore prae ceteris pungebat dolore, mulierum nempe et puellarum, quae egestate pressae perditionis viam ingressae erant, necnon puerorum derelictorum et orphanorum. Quorum proinde miserrimae condicioni succurrere totus eniti et laborare constituit.

Episcopo igitur annuente neque ullis difficultatibus eum impedientibus sive a familia sive a clero, Famulus Dei anno 1834 Refugium a Bono Pastore nuncupatum aperuit quod lapsis mulieribus victum, occupationem atque religiosam curam provideret. Eius apostolatus in hac regione adeo fuit salutaris et fructuosus ut, aliquae sodales ad meliorem frugem conversae religiosam vitam amplexatae

sint in ipsa Congregatione Sororum Oblatarum ab eodem Servo Dei anno 1851 fundata. Excipiendis vero puellis, orphanis aut derelictis, domum pupillarem anno 1834 instituit. Utrique huic operi, quod plus propria diligebat anima, suas tenues opes aliorumque benefactorum facultates atque ipsius municipii Bitterensis adiumenta subminis trahat.

Quo autem melius inceptis suis consuleret a. 1848 officium Curionis valetudinarii deposuit, ut totis viribus fundando Instituto Sororum a Sacro Corde Mariae Virginis Immaculatae sese dederet. Quod Institutum episcopus dioecesanus die 8 Aprilis a. 1850 probavit, eodemque tempore implicite Congregationem quoque Sacerdotum et Fratrum Missionariorum a Bono Pastore agnovit.

Cum harum Congregationum institutione Famulus Dei opportunum duxit novum dare ordinem operibus a se excitatis. Anno 1850 hospitium pro puellis inauguravit et, Refugio clauso, anno 1851 novam domum pupillarem duabus partibus constantem, altera quidem vocata a Preservatione pro adulescentulis, altera vero a Providentia appellata pro puellulis. Anno denique 1853 orphanotrophinm pueris excipiendis educandisque apud *Baissan-le-Baut* prope Bitteras fundavit.

Congregatio autem Sororum, cui omnia instituta pro feminis concredidit, suam operam statim explicare coepit; altera vero Sacerdotum et Fratrum a Bono Pastore legibus instrui et temperari potuit die demum 3 Novembris anno 1862, impetrata scilicet ultima Ordinarii approbatione. Ea autem varias ob causas a. 1887 dispersa atque a. 1912 post novissimi sodalis mortem exstincta est.

Ad natalis loci spiritualibus necessitatibus occurrendum, quae illi videbantur a Deo ipso denotatae, Servus Dei difficultates quasdam maximas supervadere debebat. Consolatione hinc leniebatur Ob velocem sui Instituti a Sacro Corde Mariae propagationem, dolore vero inde afficiebatur quod Societatem Sacerdotum et Fratrum Missionalium una cum colonia agricola interire conspiceret. Ab anno 1834 ad annum usque 1886 plerique omni ex parte consiliis Servi Dei acerrime obstiterunt; quibus in adiunctis, nisi heroicas exercuisset virtutes, ab inceptis suis apostolicis destitisset.

Atqui spretis difficultatibus rebusque cunctis adversis, opus Dei prosecutus est et feliciter ad effectum perduxit. Omne studium et curam -, ultimis praesertim vitae suae annis, in egregie informandas Christo sacratas iuvenes easque innumeras impendit. Quo factum est ut earum Congregatio firmiter stabilietur et ab Apostolica Sede approbata late

diffunderetur, ita ut nunc disseminata per totum ferme terrarum orbem, Ecclesiae salutares fructus importet, praesertim adulescentulis instituendis atque christiana doctrina informandis,

Ingravescente aetate et laboribus fractus experiri coepit omne genus incommoda. Cum autem officio satisfecisset condendi confirmandique sui Instituti, nihil ei restitit nisi ut opus suum documento cumularet pientissimae mortis. Re quidem vera, quamquam doloribus corporibus vexabatur, laetus iterabat verba : *Voluntas fiat Dei.* Die tandem 25 mensis Ianuarii anno 1890 extremis Ecclesiae sacramentis propriique episcopi benedictione refectus Servus Dei de vita decessit in festo Sacri Cordis Mariae, et sanctum sacerdotem mortuum esse proclamavit turba.

Nuntius et sensus ex vita Servi Dei eiusque operibus collectus amoris quidem est in Deum Invisibilem, qui agit per amorem in proximos visibiles, praesertim pauperes et quos mundus ex materiali et morali eorum condicione reiecit. Haec est via quam secutus est hic Famulus Dei ut regnum caelorum ingrederetur.

Sanctitatis fama post eius obitum non defervente eaque supernis signis confirmata, factum est ut Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem tribuendis agi coepta sit. Post igitur processus ordinaria auctoritate in Curia ecclesiastica Montis Pessulani ac, per rogatoriam, in ipsa Urbe ab anno 1949 ad annum 1951 instructus, atque edito decreto super scriptis eidem tributis die 22 mensis Maii a. 1952, Pius Papa XII commissionem introductionis Causae die 26 mensi Iulii a. 1953 obsignavit. Deinde, eadem in Curia Montis Pessulani apostolici processus adornati sunt super virtutibus in specie; de omnium harum inquisitionum iuridica validitate latum est decretum die 22 mensis Iulii anno 1956.

Cum autem processus tam ordinaria quam apostolica potestate constructi fuerint post dimidium ab obitu Servi Dei saeculum, ad probationes omnino plenas, prouti ius exigit, reddendas, necesse fuit ut Sectio Historica Sacrae Rituum Congregationis, ut olim appellabatur, amplissimam concinnaret Inquisitionem super documentis vitam, apostolicam actuositatem ac virtutes Servi Dei respicientibus.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, quaestio est agitata super virtutibus theologalibus et cardinalibus earumque adnexis praedicti Servi Dei, et quidem primum in Congressu Peculiari die 26 mensis Octobris anno 1971 habito, et deinde, in Congregatione Plenaria ad Vaticanum celebrata die 18 mensis Ianuarii huius anni, Rev.mo Cardinali Carolo Confalonieri Ponente seu Relatore. Et Patres Cardinales, Sacrae Congregationi pro Causis Sanctorum praepositi, cuncti unanimi

consensu affirmando responderunt Faniulum Dei heroum in modum coluisse omnes christianas virtutes.

De hisce omnibus Summo Pontifici Paulo VI subscriptas Cardinalis fecit relationem die 4 mensis Maii hoc eodem anno; et Sanctitas Sua affirmativam sententiam Patrum Cardinalium ratam habuit et confirmavit, iubens decretum hac de re apparari.

Quod cum factum esset, hodierna die Summus idem Pontifex infrascriptum Cardinalem Praefectum necnon Rev.mum Cardinalem Carolum Gonfalonieri, Causae Ponentem, meque a secretis ceterosque vocari solitos, ad se accivit, iisque adstantibus praesens Decretum promulgavit edicens : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis Servi Dei Ioannis Gailhac, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 22 Iunii a. D. 1972.

PAULUS Card. BERTOLI, *Praefectus*

L. $ S.

£B Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

III

NEAPOLITANA

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Ioannis Baptistae Jossa, Viri laici.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Maximum mandatum in lege est diligere Deum ex toto corde et proximum suum sicut seipsum (cf. *Mt.* 22, 37-40). Hoc vero mandatum caritatis erga proximum Christus proprium fecit novaque significatione ditavit, dum seipsum idem ac fratres tamquam obiectum caritatis esse voluit, dicens : " quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis

minimis, mihi fecistis" *(Mt.* 25, 40). Ipse enim assumendo naturam humanam, totum genus humanum supernaturali quadam solidaritate in familiam sibi colligavit, et ut signum suorum discipulorum constituit caritatem ... Quapropter misericordia erga egenos et infirmos atque sic dicta opera caritativa et mutui auxilii ad sublevandas omnímodas necessitates humanas, praecipuo in honore habentur ab Ecclesia » *(Apostolicam Actuositatem,* 8).

Quae Concilium Vaticanum II de ratione finibusque apostolatus laicorum opportune recolit, testimonio illustrantur Ioannis Baptistae Jossa, viri laici, qui totam vitae institutionem in operibus posuit misericordiae exercendis, quae sane eius animae ascensiones fuerunt quibus ad evangelicae perfectionis apicem perveniret.

Is mense Ianuario anno 1767 Neapoli primam aspexit lucem, atque die 21 eiusdem mensis baptismalibus aquis ablutus nomen Ioannem Baptistam accepit. Inter domesticos parietes religiose institutus, mature in adversis divino consilio se conformare didicit. Circiter annum 1780„ decimum tertium aetatis annum agens, orbatus patre, qui custodis seu ianitoris officio apud Tribunal Sacri Regis Consilii fungebatur, eidem benevolentia Tribunalis praesidis successit. Quo in explendo munere tam egregie se gessit tantamque meritus est aestimationem, ut officii socii Ioanni commiserint administranda omnia lucra, quorum depositarium constituerunt. Praesidem, Oficiales et aequales adeo veritus est„ ut non solum a quoquam reprehendí unquam potuerit, sed potius maximam omnium benevolentiam sibi conciliaverit et sodalium obiurgationes, quae aliquando per lusum fiebant, patienter sustinuerit.

Anno 1799 politicarum eversionum causa, quae mores Neapolitani Regni turbaverunt, inductis novis legibus, quae Ecclesiae libertati et iuribus adversari videbantur, quaeque omnibus publicis officialibus iusiurandum de earum legum fideli observantia imponebant, Ioannes protinus custodis seu ianitoris se abdicavit munere.

Sanctioris deinde vitae rationi anhelans, ab anno 1799 ad mortem usque, relicta quoque apud germanos fratres cohabitatione, Divinae Providentiae se totum commisit. Hoc altero vitae tempore virtutes Famuli Dei magis magisque enituerunt. Integram fidem, solidam spem, sinceram caritatem virtute Spiritus Sancti in dies corroboravit assiduas orationes diu noctuque fundendo, frequentando tum Missae sacrificium tum adorationem, et cotidie Eucharistiam sumendo. Id agebat etiam tenerrima pietate erga Deiparam Virginem, quam per singulos dies honorabat sacri Rosarii recitatione sive privatim sive cum infirmis; diuturna ac

vigilanti voluntate vitandi etiam venialem mandatorum transgressionem, spem assequendi Paradisum aiens, unice confisus in Dei misericordia meritisque Passionis D. N. Iesu Christi; studio adipiscendi christianam perfectionem prudenti moderamine usus Sancti Francisci Xaverii Bianchi.

Genuinam autem Ioannis Baptistae Jossa perfectionem effingit asceticum principium Ioannis Papae XXIII rec. mem. : « Exercitatione trium virtutum theologalium et quattuor cardinalium, adaucto quattuordecim operum misericordiae exercitio, quae fundamentum christianae humanitatis constituunt, pervenitur ad eminentem perfectionis gradum qua quisque Christo fit conformis » *(Discorsi, messaggi, colloqui del S. Padre Giovanni XXIII,* vol. II, Città del Vaticano 1961, p. 588).

Ee quidem vera fuit Famulus Dei indefessus tam in spiritualibus quam in corporalibus misericordiae operibus exercendis. Quamvis humilitatis causa se ineptum constanter reputaret ad spiritualia misericordiae opera praestanda, ad quae et sacerdotes et quos magis idoneos censeret hortabatur, tamen oblata sibi occasione numquam destitit ignorantes docere, consilia dubitantibus dare, afflictos solari, peccatores corripere, parcere inimicis, molestos patientissime tolerare ac praesertim omnes a peccati occasionibus amovere.

Sollicite vero sibi servavit corporalia misericordiae opera onus exercendi. Assidue per tuguria discursabat ut aegrotis necessaria ad sustentationem offerret remedia et ad promiscuam cohabitationem vitandam. Derelictis, puellis periclitantibus, orphanis eleemosynas, quas ipse laboriose emendicabat, distribuit. Domicilium suum in nosocomiis elegit et collocavit ut noctu praesto esset ad serviendum aegrotis. In carceribus detentos visitabat eorumque aerumnis occurrit tum vestibus cum opportunis eleemosynis. Anxius quoque auxilium praestabat operibus caritatis senibus aliisque indigentibus. Díceres totam Servi Dei vitam nihil aliud fuisse nisi constans heroicae misericordiae exercitium erga cuiuscumque generis miseros.

Diuturnis paenitentiis fractus ac simul acerrimo cruciatus morbo, quem mira patientia et firma fortitudine iugiter toleravit, pauperibus, quos uti fratres dilexerat, etiam lectulum in quo ipse moriturus iacebat, donavit.

Cupiens dissolvi et esse cum Christo, postrema Sacramenta pientissime suscepit atque, die 4 Iulii anno 1828, aetatis suae sexagesimo primo, caducam hanc vitam cum aeterna commutavit.

Relicta singulari sanctitudinis fama, ob quam a Sancto Francisco Xaverio Bianchi sanctus iam vivens appellatus fuit, Actores Causae

citius statuerunt Dei Famulo caelitum honores ab Apostolica Sede impetrare. Iuridicae igitur ordinaria auctoritate inquisitiones super eadem sanctitatis fama instructae fuere Romamque ad S. Rituum Congregationem transmissae.

Servatis omnibus de iure servandis, Pius Papa IX commissionem introductionis causae die 21 Aprilis anno 1853 obsignavit. De obtemperatione legibus praestita Urbani VIII cultum Servorum Dei prohibentibus actum fuit per decretum diei 8 Februarii a. 1855. Confectis deinde apostolicis processibus aa. 1857-1868 super virtutibus in specie, editoque decreto super processuum validitate anno 1877, iam ab elapso saeculo omnia ad Causae prosecutionem in promptu habebantur ; sed ob extrínsecas rationes Causa ad novissimos usque annos siluit.

Novo demum Summario confecto apparataque Positione super virtutibus, habita est, primum in Congressu Peculiari diei 12 Octobris a. 1971, deinde in plenario Coetu ad Vaticanum coadunato die 8 Februarii anni huius 1972, Causae Ponente Rev.mo Cardinali Silvio Oddi, disceptatio super dubio : *An constet de virtutibus theologalibus fide, spe et caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus prudentia, iustitia, temperantia et fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Patres Cardinales, huic Congregationi praepositi, omnes affirmativum tulerunt suffragium. Facta postmodum, die 4 mensis Maii hoc anno, Summo Pontifici Paulo VI per infrascriptum Cardinalem relatione, hic sententiam eorundem Cardinalium ratam habuit et confirmavit iussitque decretum super heroicis virtutibus Servi Dei concinnari.

Quod cum factum esset, Summus idem Pontifex hoc die subscriptum Cardinalem Praefectum necnon Rev.mum Cardinalem Silvium Oddi, Causae Ponentem seu Relatorem, meque a secretis Congregationis ceterosque vocari solitos ad Se accivit, iisque adstantibus sollemniter edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Ioannis Baptistae Jossa, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta huius Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 22 Iunii a. D. 1972.

PAULUS Card. BERTOLI, *Praefectus*

L- © S.

£g Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

IV

PORTUS LUDOVICI SEU EBROICENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Iacobi Desiderati Laval, Sacerdotis missionarii Congregationis S. Spiritus et Immaculati Cordis Mariae.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Salvator noster misericors secundum suam promissionem semper adest Ecclesiae usque ad saeculi consummationem (cfr. *Mt.* 28, 20), divinumque ei adfert auxilium quo providet et efficit, ut suis apte temporibus viri sanctitate conspicui exoriantur, qui ut novi Apostoli euntes in universum mundum Evangelium gratiae Dei testificentur (cfr. *Act. Apost.* 20, 24) atque ethnicis gentibus trophaeum crucis et Christi vexillum impavida inferant manu.

Huiusmodi apostolis optimo iure adnumeratur Servus Dei Iacobus Desideratus Laval, sodalis Congregationis S. Spiritus sub tutela Immaculati Cordis B. M. V., et missionalis sacer in Insula Mauriciana, ubi eo consilio munera apostolatus caritatis inter Nigritas paulo ante in libertatem vindicatos explevit, ut peccatorum etiam vitiorumque compedibus eos expediret.

Is videlicet in Galliae oppido, cui nomen vernaculum *Groth,* in finibus dioecesis Ebroicensis die 18 mensis Septembris anno 1803 natus est parentibus religionis pietate magis et morum honestate quam vitae et victus magnificentia insignibus. Domi ac praesertim a matre, quam puer octo annorum amisit, observantiam et amorem in pauperes ac miseros penitus didicit. Nihil proinde mirum si peractis studiis, quae apud patruum sacerdotem inchoaverat et in Collegio Parisiensi S. Stanislai sacro prosecutus erat, consilium cepit exercendae medicinae, qua egentibus plenius se devovere posset. Lauream in ea disciplina consecutus, primum apud *Saint-André* deinde apud *1vry-la-Bataille,*

in sua provincia natali quinque circiter annos eandem artem factitabat. At animum eius pauperibus deditum saepius homines haud recte interpretabantur ; unde adducebatur ipse in aliquod etiam spiritus discrimen, ex quo paulatim se a Deo vocari et allici ad sacerdotium intellegebat. Anno igitur 1835, aetatis suae trigesimo secundo, Seminarium S. Sulpitii Parisiense ingressus est et sacerdotio deinde initiatus die 2 Decembris a. 1838, parvae paroeciae loci *Pinterville* curio praefectus est. Cum vero paroeciani cultum religionis plerumque neglegerent, Dei Famulus statim suum esse duxit pro iis precari, paenitentiae actus implere atque inter eos caritatem testificari. Ita factum est ut vix biennio fidelium mores in melius ille correxisset, et tum simul animo se persentiret inclinare ad Evangelium in longinquis orbis terrarum plagis disseminandum.

Iam vero eo tempore, cum studia obibat theologica, quosdam cognovit sacrorum alumnos qui meditabantur sese vitamque suam aliquando spirituali curae servorum Nigritarum in Sancti Dominici et Reunionis insulis condonare. Quod quidem propositum et optatum paulatim crescebat ac firmabatur, donec anno 1840 Venerabilis Franciscus M. Paulus Libermann, qui veluti personam gerebat eorundem iuvenum, ab ipso Sacro Consilio propagandae fidei incitatus est ad Institutum aliquod condendum, cuius esset apostolatui incumbere inter Nigritas colonicos. Interea autem Vicarius Apostolicus Insulae Mauricii, Rev.mus Dominus Collier O. S. B., certior factus de Venerabilis Libermann eiusque sociorum consilio, promisit se novi Instituti curam ac tutelam suscepturum, ut sodales missionales adflictam religionis morumque condicionem sui Vicariatus érigèrent. Aliquis autem moderatorum Sancti Sulpitii cum meminisset Servum Dei Laval sibi quondam concupiscere se adfirmasse ad ethnicas gentes, si ita Deo placuisset, proficisci, eum ut Lutetiam Parisiorum veniret ad spiritualia exercitia peragenda invitavit. Quibus modo exactis, consilium initum est veniam proprii episcopi poscere ut ad Insulam Mauricianam missionalis appellerei. Qua potestate concessa, Dei Famulus supellectilem pauperibus largitus se viae commisit ad novum apostolatus curriculum et campum, quo die 14 Septembris a. 1841 pervenit. In antecessum autem condicio tacita ea lata erat, ut ipse sodalis fieret novae Congregationis a S. Corde Mariae, cuius prima communitas constituta est die 28 Septembris a. 1841 apud *Neuville* prope urbem Ambianensem in Gallia ab eodem Francisco Libermann, qui aliquot ante dies sacerdotalem ipse receperat dignitatem. Praecursor itaque

profectus, reliquorum sodalium adventum exspectare debuit ad annum usque 1847, cum politicae difficultates tamdiu obstitissent, quominus Gallici sacerdotes Mauricii insulam, ex Gallica in Britannicam interea factam coloniam, ingrederetur.

Antequam vero expeditionem sacram capesseret, narrationem vitae - rerumque gestarum S. Petri Claver lectitaverat Servus Dei et ad imitandum sibi proposuerat, qui deinde omnia omnibus factus in sectando illo praeclaro Nigritarum apostolo defixus erat totus. Multi enim manebant eum labores et res adversae. Nigritarum multitudo immensa recens servitute liberata omnino destituebatur spirituali cura. Et quamquam Baptismi aquis fere omnes expiati erant, in plena tamen vivebant Religionis veritatum ac praeceptorum ignorantia morumque pravitate. Novem sacerdotes insulam iam incolentes cum Servus Dei advenit, providebant et consulebant fidelibus tantum albi coloris; nigri vero christicolae, cum contemni se ac neglegi sentirent, ab illis abhorrebant. Vicarius vero Apostolicus pro illis ministris alios paulatim sacerdotes ad hoc electos substituebat.

Famulus autem Dei animo minime fractus se statim operi tradidit. Nec tempori deinceps nec labori viginti tres annos parcebat, dummodo eiusmodi servis bonum exoptabileque perferret nuntium liberationis vitii et peccati. Indefessa fides, spes non confusa et caritas ad omnia parata fortem eum reddebant ne animo labaret, etsi opus iam inchoatae conversionis iterum atque iterum ab integro suscipere debebat. Praeterea aspergebantur ei molestiae a civibus albi coloris, qui sacerdotem vivere cum nigritis, humanitatem erga eos ostendere eosque habere tamquam fratres criminabantur. Dies noctesque interea ipse aegrotos invisebat leniebatque, adultos et pueros Christiana doctrina instituebat, longum tempus coram Ss.mo Sacramento traducebat. Sciens autem apostolo non licere commissi sibi gregis bonum temporale praeterire, omnia quaecumque poterat officia hac etiam in re praestabat. Suo studio et amore carcere quoque detentos amplectebatur et creatus eorum curio pluries capite damnatis in ultimo vitae discrimine adsistebat. Sodalium autem adventus in insulam anno 1847 Famuli Dei actuosam navitatem missionalem non modo non diminuii aut refrigeravit, verum inflammavit et auxit quoniam novorum aedificatio sacellorum ei praebuit, unde ad maiorem numerum animarum aditum haberet. Exitiosa saeviente pestilentia, quae saepius insulam vastavit ingentemque fecit eaedem nigritarum praesertim anno 1854, omnes suas vires opesque in eorum salutem et commoditatem conferebat : per integras hebdomadas

peccata confitentibus aures sine intermissione praebebat, baptismate sancto abluebat, infirmorum oleum ministrabat, plurima conubia sanciebat, ac vespere immemor laboris sepulcreta pererrabat precans pro defunctis.

Anno 1848 pro sua humilitate repugnans ipse praefectus est parvo missionalium agmini. Dei voluntati in explendo munere semper obsecutus, suam auctoritatem cum affectu animoque servitii pro fratribus exercebat; quod ofiicium usque ad annum 1859 explebat. Eodem autem anno 1848 Sancta Sedes in unam redegit Congregationem S. Cordis Mariae et illam a Spiritu Sancto ob similes earum fines. Quam sententiam libenter accepit Dei Famulus, quamquam aliquantum conturbatus est, cum ignoraret omnino quid evenisset. Novum ipse Institutum toto pectore dilexit et, postquam illud ad iuris normam factum est Congregatio religiosa, laetus perpetua vota a. 1859 emisit, etiamsi re vera religiosi viri instar vitam semper duxerat.

Tum apostolici labores tum etiam voluntaria vitae eius asperitas valetudinem Servi Dei admodum debilitarunt. Viribus erat fere absumptis et confectis ; nihilominus a missionali opere animum et studium non remittebat, sodalibus etiam ut in Europam rediret ad reiiciendas vires suadentibus. Anno 1856 apoplexia percussus in sacro Paenitentiae tribunali procubuit; exinde usque ad mortem tametsi apostolicae contentioni modum constituere debuit, assiduus tamen fuit in audiendis confessionibus et in omnibus, qui eum adire cupiverant, benigne excipiendis. Quidquid temporis supererai, orationi divinisque meditandis mysteriis impendebat. Ab omnibus observatus et cultus, atque adeo ab iis qui primis apostolatus annis ei adversabantur, amatus quoque uti pater a nigritis quos ipse filios appellabat, fiducia magna cohortatus sodales aliosque in insulam accitos sacerdotes ad opus inceptum bene producendum, ac denique laetatus de sibi commissi gregis progressibus obdormivit in pace Domini die 9 mensis Septembris anno 1864, in festo die Sancti Petri Claver.

Ab omnibus defleto iusta sunt illi persoluta funera coram frequentissima multitudine. Apud locum quem vocant *Sainte-Croix* conditus est, cuius dein sepulcrum fama prodigiorum inclaruit gloriosum ad quod fideles Mauriciani peregrinorum ritu innumerabiles adhuc confluunt. Verumtamen excelsitatem nominis eius et magnitudinem animi vitaeque praestantiam non tantopere illustrat et amplificai inanima sepulchri memoria, quam flos et vigor et viriditas Catholicae fidei indigenarum, quorum maiores ipse suis manibus sacro fonte litavit, et qui

hodie exstant atque eminent in Ecclesia uti splendidum quoddam monumentum aere profecto perennius ab eo exactum et exstructum.

Ab eo autem qui non sua quaerens sed quae Iesu Christi erant viginti tres annos continuos caritate et laboribus complevit, ut innumerabiles homines Deum verum cognoscerent et adoptionem atque hereditatem filiorum Dei adipiscerentur, missionales huius nostrae aetatis ductum et incitamentum suscipere valent ad dominicum persequendum mandatum : ((Euntes in mundum universum, praedicate evangelium omni creaturae)) *(Me.* 16, 15).

Sanctimoniae fama, qua vivens Famulus Dei innotuerat, post obitum ipsius aucta magis atque diffusa est, cuius quidem rei probatio ac documentum sunt etiam saecularia sollemnia anno 1964 ad eius honorem adparata.

Quare, ut huic Mauricianae Insulae Apostolo beatorum caelitum honores decernerentur, canonicae coeptae sunt instrui inquisitiones in Curiis ecclesiasticis Portus Ludovici et Ebroicensi, quibus a S. Rituum Congregatione expensis, Benedictus XV commissionem introductionis causae die 26 Iunii a. 1918 signavit. Constitutis deinde et peractis apostolicis processibus in Curiis Portus Ludovici, Ebroicensi, Parisiensi et Burdigalensi, quaestio agitata est de eiusdem Famuli Dei virtutibus, et quidem primum in Coetu, quem dicebant, antepraeparatorio S. Rituum Congregationis, die 15 Octobris a. 1957 celebrato. Tum, novo edito iure in huiusmodi Causis servando, Congressus Peculiaris huius S. Congregationis pro Causis Sanctorum die 17 Novembris a. 1970 coactus est, quem die 21 Decembris a. 1971 secuta est Congregatio Plenaria, in qua, Rev.mo Cardinali Ioanne Villot a Secretis Status Causaeque ipsius Ponente seu Relatore, iterum disceptatum est utrum Dei Famulus heroicum attigisset culmen christianarum virtutum necne. Et omnes affirmantes responderunt.

Summus autem Pontifex, cui praedicta omnia relata sunt die 7 Ianuarii anni huius, sententiam eorundem Patrum Cardinalium ratam habuit iussitque decretum super heroicis virtutibus Servi Dei conscribi.

Hoc denique die Sanctitas Sua, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto et Ioanne Villot, Causae Ponente, meque a secretis aliisque vocari solitis, iisque adstantibus edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earum-*

que adnexis, in gradu heroico. Servi Dei Iacobi Desiderati Laval, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta huius Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 22 Iunii a. D. 1972.

PAULUS Card. BERTOLI, *Praefectus*

L. $ S.

£8 Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO
PRO INSTITUTIONE CATHOLICA

DECRETUM

Facultas Theologica penes studiorum Universitatem Fluminis Ianuarii canonice erigitur.

Sacra Theologia, quae saeculis ante actis ceteras disciplinas cuiusvis studiorum Universitatis excitabat atque provehebat, coepit temporibus proxime superioribus a publicis Athenaeis sensim removeri ob rationes, a quibus prope nunquam aliena fuit mens religioni infensa.

Hodie vero plures provide animadvertunt praecipuas scientiarum quaestiones non modo sine ea apte solvi non posse, sed immo homines universos adducere ad insanabilia sibi afferenda detrimenta. Ideo multi libenter probant, atque adeo necessarium censent, Theologiam, praesertim catholicam, Universitati studiorum esse restituendam, ut in ipso scientiarum sacrario ratio et divina revelatio inter se prudenter comparentur et salubriter compleantur, atque ita certam tutamque viam commonstrent hominibus ineundam. Nullibi enim melius quam in Universitate studiorum quaestiones attingi percipique possunt, quae nostra aetate agitantur, neque aptius potest necessitatibus subveniri, quas assidua variarum disciplinarum renovatio proponit.

Ideo Pontificia Universitas Catholica S. Sebastiani Fluminis Ianuarii impensius nunc quammaxime contendit esse investigationis sedes,

in qua scientiae plenam in Christo lucem accipiant; officina formationis secundum spiritum Evangelii; locus in quo divinitus revelata conferantur et concilientur cum novissimis scientiarum repertis et cum doctrinis, quibus novae formae vitae socialis nituntur. Haec studiorum Universitas, a duobus condita brasiliensibus viris de patria optime meritis — Patribus Leonello Franca S.I. et Sebastiano Lerne, qui postremus Archiepiscopus ipsius Fluminensis Dioecesis fuit et dein S. R. Ecclesiae Cardinalis — a Sancta Sede canonice erecta est die 20 ianuarii 1947 et moderationi Societatis Iesu commissa.

Itaque brasilienses Episcopi, signa temporum interpretantes cupientesque doctis nostrae aetatis hominibus — et imprimis suae gentis — efficax exhibere instrumentum utilis comparationis cum scientiis congruensque cum severioribus hodiernae scientiae postulatis, oculos in Catholicum Fluminis Ianuarii Athenaeum iniecerunt, cum illud censerent idoneam esse posse sedem altiorum theologiae studiorum, quippe quod sufficienter sit illis didacticae et inquisitionis instrumentis ornatum, quae ad fructuosam actuositatem scientificam in Ecclesiae et societatis bonum requiruntur, ut hominum intellegentia et scientia ad Eum reducantur, qui « in historiam mundi intravit, eam in Se assumens et recapitulans » *(Gaudium et spes,* 38). Hac de causa Brasiliensis Episcoporum Conferentia, de re quid sentiret rogata, persuasum se habere significavit, in supra dicto Fluminis Ianuarii Athenaeo condiciones exsistere requisitas ad Theologicam Facultatem condendam.

Iam enim ab anno 1968 quaedam Sacrae Theologiae Sectio (((Dipartimentum » vocant) in eo viget, quae et Professores numerat insignis doctrinae et frequentatur a studentibus sive laicis sive utriusque cleri candidatis ad sacerdotium. Die autem 10 februarii 1971 Societas Iesu, quae hanc partem in se recepit, petiit a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica ut in hac studiorum Universitate canonice erigeretur proprie dicta facultas Theologiae, praedita igitur potestate concedendi congruentes academicos gradus ecclesiasticos.

Rebus omnibus perpensis habitaque ratione responsi tum Conferentiae Episcopalis Brasiliensis, tum Nuntii Apostolici in Brasilia, tum Archiepiscopi Fluminis Ianuarii, hoc ipsum Sacrum Dicasterium commune votum Summo Pontifici Paulo VI proposuit, qui illud benigne assensu suo probavit. Eadem igitur Sacra Congregatio, ad normas art. 1 Constitutionis « Deus scientiarum Dominus)), <(Sectionem Theologicam » sic dicti ((Centro de Teologia e Ciencias Humanas (CTCH) » praesenti Decreto erigit et canonice erectam declarat in

FACULTATEM SACRAE THEOLOGIAE
PONTIFICIAE UNIVERSITATIS CATHOLICAE
SANCTI SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII

ius ei tribuens conferendi in Theologia gradus :

a) *Baccalaureatus:* studentibus qui, peracto curriculo philosophico-theologico saltem per quinquennium seu decem semestria et superatis examinibus scripto et ore habendis omnium eiusdem curriculi disciplinarum, felici exitu peculiare examen subierint de praecipuis quinquennii disciplinis theologicis;

b) *Licentiae* seu *Prolytatus* (« Mestrado ») : studentibus qui saltem per aliud biennium seu quattuor semestria operam dederint cursibus monographicis et exercitio inquisitionis scientificae, idoneam dissertationem conscripserint, peculiareque examen de potioribus disciplinis in biennio traditis superaverint ;

c) *Doctoratus :* studentibus qui, post congruum tempus a propriis statutis definitum, in accuratiores inquisitiones scientificas incubuerint typisque ediderint saltem partem dissertationis doctoralis « quae vere ad scientiae profectum conducat ».

Facultatis autem structura, accuranda prout « Normae quaedam » praescribunt, Magni Cancellarii munus — quod substitui prorsus nequit — agnoscet in loci Archiepiscopo « pro tempore », bene definitis normis ei praestituens ius officiumque invigilandi ((nomine Sanctae Sedis » toti actuositati didáctico-investigativae Facultatis, curando prudentem assiduamque doctrinae inspectionem, atque opportunis certisque normis indicando viam rationemque procedendi. Huiusmodi enim actuositas praecipue et natura sua ecclesialis est et proxime pertinet ad Magnum Universitatis Cancellarium qui, in casu de quo agitur, in se cumulat omnes auctoritatis partes Ordinario loci ex iure competentes.

Pertinebit igitur ad Ordinarium loci praevium dare assensum nominando — ex ternis designatis — Moderatori Sectionis seu Facultatis, ac pariter nominandis omnibus et singulis in ea Docentibus ; eorum professionem fidei quotannis accipere; probare graviores Consilii Facultatis deliberationes, antequam subdantur Consilio « Centri Theologiae Scientiarumque Humanarum » vel Consilio Universitario vel « Conselho de Ensino e Pesquisa » Universitatis.

Quod denique attinet ad programmata rationesque studiorum, prae-

sertim vero ad activam studentium participationem optimamque eorum formationem spiritualem, sacerdotalem et pastoralem, definietur quam primum in propriis peculiaribus Statutis — examini probationique Sacrae Congregationis subiciendis —, ita ut ipsi Facultati corpus normarum suppeditetur, quo illa possit totam Athenaei Fluminensis actuositatem religiosam excitare ac promovere, quasi sidus omnibus in Brasilia praelucens et proprium verae scientiae sacrarium.

Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, die 20 ianuarii, vigesimo recurrente anno a canonica Fluminensis Universitatis erectione, anno Domini 1972.

GABRIEL MARIA Card. GARRONE, *Praefectus*

£B Iosephus Schroffer, Archiep. tit. Volturnen., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì 7 **Agosto** 1972, **il Santo Padre Paolo** VI **ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Prof.** JULIAN ZAMORA DOBLES, **Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Costa Rica.**

Giovedì 10 **Agosto** 1972, **il Santo Padre Paolo** VI **ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor** SAYED SALAH-EL-DIN OSMAN HASHIM, **primo Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Sudan.**

Sabato 12 **Agosto** 1972, **il Santo Padre Paolo** VI **ha ricevuto in Solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Principe** WERNER DE MERODE, **Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Belgio.**

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Protonotari Apostolici soprannumerari;

13	gennaio	1972.	Mons. Cabias Antonio (San Vicente).
4	maggio	»	Mons. Vosnitza Francesco (Köln).
»	»	»	Mons. Mejía Fajardo Luigi Enrico (Managua).
28	luglio	»	Mons. Corazza Giovanni (Treviso).

Prelati d'onore di Sua Santità.

29	marzo	1972.	Mons. Díaz Plata Emeterio (Facatativá).
			Mons. Flatten Enrico (Köln).
»			Mons. Rodilla Zanon Antonio (Valencia).
20	maggio		Mons. Forn Casamitjana Antonio (San José de Costa Rica).
»			Mons. Troyo Calderón Antonio (San José De Costa Rica).
21			Mons. Calne Martin (Buffalo).
			Mons. Galigiuri Antonio (Buffalo).
»			Mons. Coughlin Giuseppe (Buffalo).

21	maggio	1972.	Mons. Digiovanni Lorenzo (Buffalo).
»	»	»	Mons. Dineen Patrizio (Buffalo).
»	»	»	Mons. Foley Giacomo (Buffalo).
»	»	»	Mons. Hogan Roberto (Buffalo).
»	»	»	Mons. Hanna Francis (Buffalo).
»	»	»	Mons. Kazmierczak Edward (Buffalo).
»	»	»	Mons. Klein Stanley (Buffalo).
»	»	»	Mons. Kolb Eugene (Buffalo).
»	»	»	Mons. Marcinkiewicz Eugene (Buffalo).
»	»	»	Mons. Neylon Giovanni (Buffalo).
»	»	»	Mons. Nugent Riccardo (Buffalo).
»	»	»	Mons. Schwartz Francesco (Buffalo).
»	»	»	Mons. Sutherland William (Buffalo).
»	»	»	Mons. Walker Edward (Buffalo).
6	giugno	»	Mons. Fischer Enrico (München und Freising).
7	»	»	Mons. Wolf Francesco Xaverio (Regensburg).
17	»	»	Mons. Gantert Giuseppe (Rottenburg).
21	»	»	Mons. Mirabella Francesco (Palermo).
3	luglio	»	Mons. De Simpliciis Giuseppe (Brooklyn).
4	»	»	Mons. Siciliano Francesco (San Marco e Bisignano).
12	»	»	Mons. D'Elia Italo (Campagna).
17	»	»	Mons. Giudicelli Angelo Francesco (Ajaccio).
1	agosto	»	Mons. Fogas Stefano (Kosice).
»	»	»	Mons. Conti Luigi (Veroli-Frosinone).
24	»	»	Mons. Squicciarini Donato (Altamura ed Acquavi va delle Fonti).
»	»	»	Mons. Meile Adriano (Basel).
»	»	»	Mons. Ceirano Giovanni (Saluzzo).

Cappellani di Sua Santità:

10	gennaio	1972.	Mons. Kockel Alfredo (Köln).
12	»	»	Mons. Barahona Oscar (San Vicente).
29	marzo	»	Mons. Berger Ugo (Köln).
11	aprile	»	Mons. Tönnies Augusto (Köln).
8	maggio	»	Mons. Andermartl Walter (Essen).
»	»	»	Mons. Grewer Guglielmo Augusto (Essen).
12	»	»	Mons. Römer Wolfango (Aachen).
»	»	»	Mons. Schmitz Lodovico (Aachen).
»	»	»	Mons. Crusco Domenico (San Marco e Bisignano).
13	giugno	»	Mons. Latina Carmine (Teano).
21	»	»	Mons. Cuti Antonino (Palermo).
»	»	»	Mons. Piazza Ignazio (Palermo).
»	»	»	Mons. Trentacoste Antonino (Palermo).
4	luglio	»	Mons. Wichmann Francesco Giuseppe (Essen).
12	»	»	Mons. Fiasconaro Francesco (Caltanissetta).
»	»	»	Mons. Mendola Pietro (Caltanissetta).
»	»	»	Mons. Volpe Mario (Caltanissetta).
»	»	»	Mons. Gasperini Giovanni (Imola).
»	»	»	Mons. Ceci Giovanni (L'Aquila).
»	»	»	Mons. Cinque Gustavo (L'Aquila).

12 luglio 1972. Mons. Equizi Cesare (L'Aquila).
» » » Mons. Mancini Giacomo (L'Aquila).
» » » Mons. Navarra Arnaldo (L'Aquila).
» » » Mons. Saint-Hilaire Guido (Québec).
17 Mons. Zarzelli Giuseppe (Ajaccio).
19 » Mons. Jarque y Jutglar Giovanni E. (Barcellona)
» » » Mons. Bolonek Gennaro (Loda).
» » Mons. Gatt Lorenzo (Malta).
29 » » Mons. Di Domenico Carmine (Cava e Sarno).
» » » Mons. Sorrentino Luigi (Cava e Sarno).
9 agosto » Mons. Coveney Patrizio (Cork).
23 » Mons. De Marinis Ettore (Chieti).

Gentiluomini di Sua Santità:

3 luglio 1972. Sig. Coppa Gino Maria (Penne-Pescara).
» » » Sig. Gelsi Candido (Roma).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

20 maggio 1972. A S. E. Khalyl - Abou - Hamad *(Libano).*
21 giugno » A S. E. Hattori Hisaji *(Giappone).*
» » » A S. E. Penaìierrera Luis Antonio *(Ecuador).*
» » » A S. E. Pompei Gian Franco *(Italia).*
» » » A S. E. Raondry Philibert *(Madagascar).*
» » » A S. E. Robbins John *(Canada).*
» » » A S. E. Teolock Leckraz (Mauritius).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

15 febbraio 1972. Al sig. Bosch Federico Guglielmo (Köln).
» » » Al sig. Scheurer Ulrico (Köln).
28 maggio » Al sig. Mohamed Mahmoud Hassib *(Repubblica Araba d'Egitto).*
6 giugno » Al sig. Agnello Giuseppe (Siracusa).

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

12 maggio 1972. Al sig. Marini Piero (Roma).
21 giugno » Al sig. Borri Silvio (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

25 gennaio 1972. Al sig. Sijthoff Alberto Giorgio (Rotterdam).
27 » » Al sig. Langer Adalberto (Rottenburg).
22 marzo » Al sig. Gelli Edo (Prato).
» » » Al sig. Busby Mattia (Salford).
15 aprile » Al sig. Van Dam Guglielmo Francesco (Rotterdam).

12	maggio	1972.	Al sig. Falzoi Salvatore (Roma).
»	»	»	Al sig. Spaziani Mario (Roma).
21	»	»	Al sig. Basabe Manuel (Cuba).
6	giugno	»	Al sig. Mambor Felice (Roma).
17	»	»	Al sig. Chiarusi Giovanni (Roma).

II Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

14	ottobre	1971.	Al sig. Finberg Erberto Patrizio Reginaldo (Westminster).
1	dicembre	»	Al sig. Chenier Brierre Giovanni (Alexandria).
»	»	»	Al sig. Christof el Roy Adolfo (Alexandria).
»	»	»	Al sig. Crew Woödrow (Alexandria).
»	»	»	Al sig. Dailey Giovanni (Alexandria).
»	»	»	Al sig. Gremillion E. L. (Alexandria).
»	»	»	Al sig. Hebert Francesco Shirley (Alexandria).
»	»	»	Al sig. Hull Edgardo (Alexandria).
»	»	»	Al sig. Jones Lewis E. (Alexandria).
»	»	»	Al sig. Kauf man Giacomo Vernon (Alexandria).
»	»	»	Al sig. Kramer Caspar P. Jr. (Alexandria).
	»	»	Al sig. LaBorde Adras (Alexandria).
»	»	»	Al sig. LaBorde Cliffe E. (Alexandria).
»		»	Al sig. Lemoine Albino M. (Alexandria).
		»	Al sig. Lensing Giorgio (Alexandria).
	»	»	Al sig. Martzell Vittorio Giovanni (Alexandria).
»	»	»	Al sig. Medica Leone (Alexandria).
»	»		Al sig. Moore Elmer V. (Alexandria).
»	»	»	Al sig. O'Brien Guglielmo J., Jr. (Alexandria).
»	»	»	Al sig. Thomas Giuseppe A. (Alexandria).
»	»	»	Al sig. Thornton Ealle W. (Alexandria).
»			Al sig. Williams Christen (Alexandria).
15	»	»	Al sig. Philp Roberto (Westminster).
21	»	»	Al sig. Finney-j- Clemente Jr. (Oakland).
»	»	»	Al sig. McKenbrock Federico (Oakland).
»	»	»	Al sig. Quittman D. Filippo (Oakland).
23	»	»	Al sig. Hesseltine Giorgio (Westminster).
30	gennaio	1972.	Al sig. Cleveland Ralph Milton (Salisbury).
23	febbraio	»	Al sig. Nefkens Enrico Villibrordo Antonio (Rotterdam).
8	marzo	»	Al sig. Koch Francesco ('s-Hertogenbosch).
14	»	»	Al sig. Quint Giovanni Guglielmo (Roermond).
17	»	»	Al sig. Ambrosio Giuliano (Pesaro).
24	»		Al sig. Mallet Giorgio (Bayeux et Lisieux).
27	»	»	Al sig. Mason Davide (Birmingham).
7	aprile	»	Al sig. Jaccoud Francesco (Annecy).
15	»	»	Al sig. Broadbent Francesco (Clifton).
»	»		Al sig. Hargan Giacomo (Leeds).
20	»	»	Al sig. Van Campem Giuseppe Ferdinando (Haarlem).
26	»	»	Al sig. Goossens Engelberto ('s-Hertogenbosch).
4	maggio	»	Al sig. Ciotti Pasquale (Roma).
»	»	»	Al sig. Scarpellini Carlo (Roma).
8	»	»	Al sig. Otto - Goldschmidt Enny ('s-Hertogenbosch).

12 maggio 1972. Al sig. Lucibelli Filippo (Roma).
» » » Al sig. Martignetti Virgilio (Roma).
» » » Al sig. Tornassi Giuseppe (Roma).
21 » Al sig. Dentihger Federico (Buffalo).
» » » Al sig. Marino Vincenzo (Buffalo).
» » » Al sig. Valsh Giovanni (Buffalo).
» » » Al sig. Urbanski Walter (Buffalo).
» » » Al sig. Werick Giacomo (Buffalo),
24 » » Al sig. Gianni Fabrizio (Roma).
» » Al sig. Pesciatini Aldo (Roma).
29 » » Al sig. Ottaggio Marco *(Italia)*.
6 giugno Al sig. Pedretti Luigi (Como).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

6 maggio 1972. Al sig. Lancione Sergio (Roma),

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25 gennaio 1972. Al sig. Ozernin Carlo (Gurk).
15 febbraio » Al sig. Cottausz Alfredo (Paderborn).
23 » » Al sig. Brusatti Luigi (Wien).
» » » Al sig. Fussek Alessandro Walter Carlo (Wien)
20 aprile » Al sig. Arciello Domenico (Roma).
26 » » Al sig. Turcillo Renato (Napoli).
» » Al sig. Valloni Sergio (Roma).
4 maggio » Al sig. Mulazzani Romolo (Rimini).
» » » Al sig. Incardona Salvatore (Roma).
» » Al sig. Capozucco Luigi (Chieti e Vasto).
» » » Al sig. Brielli Ugo (Novara).
» » » Al sig. Bertucci Giuseppe (Roma).
» » » Al sig. Segala Umberto (Roma).
12 » » Al sig. Fabri Mauro (Roma).
» » » Al sig. Loprete Umberto (Roma).
» » Al sig. Cambiaggi Fedro (Siena).
» » Al sig. Meoli Antonio (Siena).
» » » Al sig. Porciani Alfredo (Siena).
24 » » Al sig. Pancioli Tullio (Pescia).
» » » Al sig. Cantamessa Vittorio (Roma).
30 » » Al sig. Toschi Fulvio (Roma).
31 » » Al sig. Mustafa Somer *(Turchia)*.
» » » Al sig. Zazadze Paolo *(Turchia)*.
17 giugno Al sig. Agostini Donato (Chiusi e Pienza).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

4 dicembre 1971. Al sig. Pedersen Edoardo (Copenhagen).
» » » Al sig. Costibolo Nemesio P. (Palo).
» » » Al sig. Tismo Giovanni S. (Palo).
15 febbraio 1972. Al sig. Stoefzer Ermanno (Breda).
» » » Al sig. Van Hoek Giovanni (Breda).
» » » Al sig. Sassen van Vlierden Napoleone (Utrecht).

16	febbraio	1972.	Al sig. Köster Edoardo H. G. J. (Haarlem).
3	marzo	»	Al sig. Eiccardi Ciro (Napoli).
8	»	»	Al sig. Holland Enrico Alberto (Breda).
»		»	Al sig. Gstettner Antonio (Eisenstadt).
»		»	Al sig. Löschnauer Ruperto (Eisenstadt).
»		»	Al sig. Mersich Conrado (Eisenstadt).
»		»	Al sig. Riedl Adalberto (Eisenstadt).
	»	»	Al sig. Sattler Antonio (Eisenstadt).
»	»	»	Al sig. Stelzer Paolo (Eisenstadt).
	»	»	Al sig. Wanitschek Carlo (Eisenstadt).
14	»	»	Al sig. Jongmans Teodoro Marino (Breda).
»	»	»	Al sig. Hageman Guglielmo (Roermond).
»	»	»	Al sig. Mey Alberto Vitale Maria (Roermond).
22	»	»	Al sig. Schuurman Guglielmo H. A. (Utrecht).
25	»	»	Al sig. Broccolo Giuseppe (Foligno).
»	»	»	Al sig. Casini Giuseppe (Foligno).
		»	Al sig. Circi Ugo (Foligno).
»	»	»	Al sig. Santinelli Guglielmo (Foligno).
»	»	»	Al sig. Simeoni Gaetano (Foligno).
7	aprile	»	Al sig. Berone Luigi (Asmara).
»	»	»	Al sig. De Boni Antonio (Asmara).
»	»		Al sig. Tanzi Mario (Asmara).
20	»	»	Al sig. De Zeeuw Gelico Endrigo (Haarlem).
»		»	Al sig. Rovesti Fernando (Guastalla).
	»	»	Al sig. Prins Pietro (Haarlem).
26		»	Al sig. Lodoli Enrico (Roma).
»			Al sig. Lodoli Luigi (Roma).
»	»	»	Al sig. Pelatelli Vittorio (Roma).
4	maggio		Al sig. Roberts Francesco (Birmingham).
»	»	»	Al sig. Rizzi Giuseppe (Trieste).
6			Al sig. Crifò Domenico (Roma).
»	»		Al sig. Karel vant't Hullehaar Antonino (Utrecht).
12	»	»	Al sig. Senatore Luigi (Amalfi).
17	»	»	Al sig. Pacifici Armando (Roma).
28	»	»	Al sig. Mair Antonio *(Austria).*
30	»		Al sig. Lalle Ferdinando (Roma).

NECROLOGIO

14	agosto	1972.	E.mo Signor Cardinale Giobbe Paolo, del titolo di S. Maria in Vallicella.
17	»	»	Mons. Zaya Dachtou, Vescovo di Urmyà, Urmia e Rezayeh dei Caldei.
27	»	»	E.mo Signor Cardinale Dell'Acqua Angelo, Vicario Generale di Sua Santità per la città di Roma.
30	»	»	Mons. Bertazzoni Augusto, già Vescovo di Potenza (Arcivescovo tit. di Temuniana).
»	»	»	Mons. Pulido Méndez Raffael, Arcivescovo di Merida.

An. et vol. LXIV 30 Septembris 1972 N. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

EPISTULAE

I

Ad Exc.mum P. D. Aloisium Carli, Signinum Episcopum, tertio et decimo expleto saeculo ab excessu Sancti Vitaliani Pontificis Maximi.

Signia, urbs vetustate monumentisque illustris, eo etiam non paulum commendatur, quod patria fuit S. Vitaliani, qui ab anno DCLVII ad annum DCLXXII ut Beati Petri in apostolico munere successor Ecclesiam rexit. Quoniam igitur ab eius obitu xin saeculum expletur, hanc memoriam celebrare decrevisti, non solum ut eiusdem Pastoris velut imago ob oculos poneretur, sed etiam ut eiusmodi recordatio ad religionis studium excitandum fovendumque valeret.

Profecto difficilibus temporibus ille supremum ministerium gubernandae Ecclesiae obiit; est tamen animadvertendum prudentia ac benevolentia eum effecisse, ut inter Apostolicam Sedem atque imperatorem necnon patriarcham Constantinopolitanum mutua consensio restitueretur. Benignitas et mansuetudo eiusdem Pontificis Maximi tunc etiam effulsit, cum is quaestionem inter Paulum, archiepiscopum Cretensem, et Ioannem, episcopum Lappensem, obortam composuit.

Sed et est summa laus S. Vitaliani, quod rei catholicae in Anglia provehendae recteque ordinandae consuluit. Hoc praesertim eo fecit, quod Theodorum, monachum, Cantuariensem episcopum consecravit. Quam ob rem Philippus Michael Ellis, Praesul Signinus, qui saeculo XVIII vixit, non dubitavit eum « coapostolum Angliae » una cum S. Gregorio Magno appellare.[1]

[1] *Cur. Sign.*, ms. vol. I, f. *ÎM'*.

Itaque Sanctus hic Pontifex Maximus, quamvis aetate longe remota et caliginosa degerit, tamen clerum et fideles natalis soli sui, qui nunc sunt, in hac sacra celebritate quasi praesens confirmare videtur imprimis ad fidelitatem erga Magisterium ecclesiasticum. Huic ergo libenter inhaereant, memores « Ecclesiam, cum a Conditore suo mandatum accepisset nuntiandi Evangelium omnibus gentibus, ad huiusmodi munus rite implendum constitutam esse fidissimam veritatis Magistram et charismate indefectibilis veritatis pollere ».[2]

Navitatem quoque apostolicam S. Vitalianus exemplo suo suadere videtur ; ad quam, ut Concilium Vaticanum II aperte affirmavit, « omnes ab ipso Domino per baptismum et confirmationem deputantur ».[3] Accendantur ergo animi ad amplificandum Regnum Dei in terra, memores etiam horum verborum S. Augustini : « Non potestis ostendere quantum ametis Deus, nisi quantum apparueritis amare lucra Dei ».[4]

Hunc omnium bonorum Largitorem deprecantes, ut statuta sollemnia exspectatos fructus spirituales afferant, Venerabili Fratri Nostro Perieli Cardinali Felici, qui illis praesidebit, tibimet ipsi, qui Signinam obtines sedem, sacerdotibus, religiosis cunctisque fidelibus, curae tuae commissis, Benedictionem Apostolicam, caelestium munerum pignus, amanti animo impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die x mensis Augusti, anno MCMLXXII, Pontificatus Nostri decimo.

PAULUS PP. VI

II

Ad E.mum P. D. Antonium S. R. E. Cardinalem Poma, Archiepiscopum Bononiensem, quem mittit ad Eucharisticum Coetum, e tota Italia Utini habendum, ut celebritatibus praesideat.

Venerabile Nostro Fratello, salute ed Apostolica Benedizione. — La nobile città di Udine brillerà di vivida luce nel prossimo mese di settembre, perché sarà sede del XVIII Congresso Eucaristico Italiano. Come è facile prevedere, si recheranno là numerosi i Vescovi, i sacerdoti,

[2] Alloc, ad eos, qui Conventui de Theologia Concilii Vat. Il interfuerunt, l oct. 1966: *A.A.S.* 58 (1966), pp. 890-891.

[3] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 32.

[4] *Serm. 296,* 10, 11; *PL* 38, 1338.

i religiosi ed i laici per rendere pubblica testimonianza di fede all'ineffabile mistero del Corpo e del Sangue di Cristo, per offrirgli il tributo di devozione e di lode, per farlo intimamente penetrare nel loro cuore.

Perché in una celebrazione di sì grande importanza ci sia un Nostro personale rappresentante, Noi eleggiamo, stabiliamo e nominiamo come Nostro Inviato Straordinario, Lei, Signor Cardinale, che è Arcivescovo di Bologna, ed insieme Presidente della Conferenza Episcopale Italiana, afìidandoLe l'incarico di presiedere, a nome Nostro, ai sacri riti ed incontri. Per la conoscenza che abbiamo della sua pietà e del suo zelo pastorale, non dubitiamo che Ella adempirà con frutti lusinghieri un tale mandato.

Quanto al tema generale, che è stato prescelto per il Congresso, esso si presenta di viva attualità per questi tempi : ha, infatti, per oggetto lo studio dell'Eucaristia nei suoi rapporti con la Comunità locale. Essendo questo Sacramento divino come il centro ed il cuore della vita della Chiesa, perché contiene realmente l'Autore stesso della grazia, la Comunità deve riunirsi intorno ad esso per ricavare soprattutto di là le energie spirituali.

Ora, il mistero eucaristico va considerato in tutta la sua ampiezza, cioè nella sua natura di sacrifìcio e di convito, ed in quanto alle sacre Specie, « che si conservano per estender la grazia dopo la Messa », viene tributato il culto di adorazione.[1] Non c'è dubbio, dunque, che proprio da questa fonte inesauribile non solo la vita spirituale di ciascun fedele, ma anche quella della Comunità stessa potrà attingere nuovo e meraviglioso vigore ed intimamente trasformarsi : « Così infatti diventiamo "cristiferi" (portatori di Cristo), essendosi nelle nostre membra diffuso il suo corpo e il suo sangue ».[2] Ora una simile Comunità non vive più per se stessa, ma per una arcana comunicazione di energie spirituali, spinge il suo influsso nelle altre membra ed in tutta quanta la Chiesa.

In realtà, l'Eucaristia, essendo derivata dall'amore infinito del Salvatore, il quale ((amò fino alla fine)) i suoi,[3] è in modo eminente operatrice di carità e di unità. A proposito di questo « sacramento della mensa del Signore », Sant'Agostino fa questa bella osservazione : « Se l'avete ricevuto bene, voi divenite quel che avete ricevuto. L'Apo-

[1] **Istruz. intorno al eulto del mistero eucaristico, del 25 maggio 1967: *A.A.S.* 59 (1967), p. 543.**

[2] **S. Cirillo di Gerusalemme, *Catech. mystag.*, 4, 3; *PO* 33, 1100.**

[3] ***Giov.* 13, 1.**

stolo infatti afferma : *C'è un soto pane, e noi pur essendo molti, formiamo un sol corpo* . . .[4] Appunto con questo pane a voi è raccomandato come dobbiate amare *Vunità* ».[5]

Pertanto, in ciascuna Comunità cristiana dev'essere come presente e risplendere la Chiesa stessa, una, santa e cattolica. Soprattutto nella preghiera e nell'azione eucaristica ogni Comunità deve trascendere i propri confini, ricordando ancora una volta le parole di Sant'Agostino : ((Estendi la carità in tutto il mondo, se vuoi amare Cristo, perché le membra di Cristo sono sparse per il mondo » .[6]

Uno storico famoso del mondo romano ha affermato giustamente che « con la concordia crescono le piccole cose, e con la discordia anche le più grandi vanno distrutte».[7] Quanto più e meglio di altri uomini non potranno i fedeli, se si nutriranno e vivranno di questo cibo celeste, contribuire all'accordo degli animi, alla pacifica convivenza della società, al vero progresso ! Quanti, dunque, si dicono cristiani, sian pronti a riconoscere le responsabilità che loro incombono dal momento che si alimentano a questo « sacramento dell'unità ».

E proprio perché dal Congresso Eucaristico di Udine si possan ricavare tali frutti tanto desiderati, Noi eleviamo a Dio la Nostra fervente preghiera.

Son questi i pensieri che abbiamo voluto comunicarLe, Signor Cardinale, con animo affettuoso e sollecito, mentre, in auspicio della grazia e dell'aiuto celeste, Le impartiamo ben volentieri la Benedizione Apostolica, che amiamo estendere ai Cardinali, ai Presuli, segnatamente a Mons. Giuseppe Zaffonato, Arcivescovo di Udine, ed a Mons. Emilio Pizzoni, suo Vescovo Ausiliare e Vicario Generale, alle Autorità, al Clero ed a tutti i fedeli, che parteciperanno al medesimo Congresso.

Dato a Roma, presso S. Pietro, il 15 agosto dell'anno 1972, decimo del Nostro Pontificato.

PAULUS PP. VI

* *1 Cor.* 10, 17.

[5] *Serm. 227; PL* 38, 1099-1100.

[6] *In Ep. Ioann. ad Parth.* 10, 5; *PL* 35, 2060.

[7] Sallustio, *Bell. Iug.,* 10.

NUNTIUS GRATULATORIUS

Ad E.mum P. D. Ferdinandum S. R. E. Cardinalem Cento, titulo Ecclesiae suburbicariae Veliternae, decem condentem lustra a suscepta ordinatione episcopali.

Quod fugaces labantur anni, conqueratur sane is, cui inertes fructu et aridi decurrerunt, at Deo, rerum et temporum aeterno auctori, numquam parem pro acceptis beneficiis, nec sine religiosa laetitia, exsolvat memoris hymnum laudis, is qui dum diu vixit, diu profecit, atque in virtute ac notitia rationeque rerum assequendis cotidianam suam posuit cogitationem.

Haec tibi, Venerabilis Frater Noster, putamus perquam apte et congruenter convenire, qui in senecta uberi et intacto spirituali vigore *quinquagesimum episcopatus* tui mox celebrabis natalem.

Pro benevolentia caritatis, qua in te ferimur, saepius, at numquam satis testatam, liceat Nobis communi ex iudicio hoc fausto die tibi bona promere verba, quae scito laudes et gratulationes sonare.

Per hactenus demensa aetatis spatia in multimodo Ecclesiae famulatu versatus es : primo Maceratensis cathedralis aedis sacrae parochus, subinde Episcopus Iaciensis, postea Apostolicus Nuntius creatus, in America Australi et in Europae regionibus crebris atque honorificis legationibus es functus ; postremo Purpuratorum Patrum collegio adlectus, Romanae Curiae, praesertim ut Paenitentiarius Maior, perutilia officia exsolvisti. Benigna ingenii vena praeditus, generosa indole animi instructus, ad perfectam speciem pulchri diligendam inclinis, ab ineunte adulescentia statuisti virtutem sequi, minime innominatam et vagam, sed gemino elemento firmam et decoram, scilicet in religione sapientiam et in sapientia religionem, addens quoque litterarum et humanitatis adsiduum studium. Cum eleganter et docte loqueris et scribis, praecipuum ab aestimatoribus tuis, quibus Nosmet fac interseras, accipis praeconium, idque etiam quod Dantis Aligherii divinum poema amanter investigas, colis, calles.

At non minus quam insigni fama conspicuos poetas, putamus tuis in deliciis esse legem Domini, caeleste gazophylacium, omni auro et argento pretiosius. Ergo quo magis ad solis occasum inclinat dies, discurre Sacram Scripturam, volve et revolve, versa et reversa : absconditus thesauros spiritualium charismatum inquirens in superni

Sponsi horto, divitias degustabis plenioris sapientiae, simplicitatis, tranquillitatis, nullibi efficientius inveniendae quam in Dei mandatis prosequendis : « Nam in eius voluntate sita nostra est pax *y).*[1]

Deus spei repleat te omni gaudio,[2] et virtute Spiritus Sancti communiât, patrocinio opifero semper fultum Beatissimae Virginis Mariae, Reginae Apostolorum, cui te tuaque nunc et in posterum commendamus.

Tibi denique, Venerabilis Frater Noster, Apostolicam Benedictionem, supernorum munerum pignus, peramanter impertimus, quam quidem volumus ad universos, qui episcopatus tui quinquagesimam anniversariam memoriam recolent, pertinere.

Ex Aedibus Vaticanis, die III mensis Augusti, anno MCMLXXII, Pontificatus Nostri decimo.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Ad Excellentissimum Virum Mohammad Yousuf, Pachistanae Reipublicae liberis cum mandatis Legatum, Summo Pontifici Litteras commissi muneris testes tradentem. *

Mr Ambassador,

It is our great pleasure to welcome you and to receive the Letters of Credence accrediting you as Ambassador Extraordinary and Plenipotentiary of the Islande Republic of Pakistan to the Holy See. We appicciate very much the friendly greetings you bring from the President and people of your country, as well as the good wishes you have yourself extended to us. These sentiments of respect and goodwill have a special significance for us because, since the foundation of the Republic of Pakistan, our relations have always been most cordial. It is this that has made it possible for us to take a special interest in the welfare of your country and, as you have so kindly said, to make some contribution to it. As our mission demands of us a spiritual com-

[1] **Cfr. Divina Commedia, *Parad.*** III, 85.
[2] **Cfr. *Rom.*** 15, 13.

*** Die 9 mensis septembris a. 1972.**

mitment to meet in every way we can the needs of mankind, we assure you of our continued regard and concern.

You have spoken of the struggle in Pakistan to achieve a **Detter Avay** of life and of the desire of its people to be at peace. We would like to take this occasion to compliment your Government on the great efforts being made to build up your economy, especially through the harnessing of natural resources so as to increase the return from the land. We encourage too the efforts of Pakistan to establish lasting peace on the subcontinent and have learned with satisfaction of the recent agreements arri ved at in this regard. Greater politicai stability can only facilitate the arduous task of bettering the conditions of life within the country. We would also like you to know that the Church recognises the riches of the Islamic faith—a faith that binds us to the one God. How could we be indifferent to the fact that the Islamic religion is tolerant of other religious communities in your country? It is indeed by virtue of that tolérance that the Catholic Church has been able to work there and that Catholics in Pakistan are numbered among those most dedicated to the life of the nation. Because of the same tradition of Islam, we believe that the people of Pakistan will retain their deep concern for the spiritual quality of human living.

May we ask you to accept the wärmest reciprocation of the greetings from your President, Mr Zulfikar Ali Bhutto, and your Government. Upon them and the beloved people of Pakistan we invoke from Almighty God the favours of his providence, his guidance and peace.

T o you, Mr Ambassador, we extend our very best wishes for the happy accomplishment of your mission.

II

Nous nous réjouissons aussi de constater que, tout en s'attachant à l'alphabétisation en ce qu'elle a de spécifique, l'UNESCO est de plus en plus soucieuse de la situer et de l'intégrer dans l'ensemble des tâches éducatives. Celles-ci, en effet, constituent un tout, dont les éléments doivent être harmonisés en vue, à la fois, d'une plus grande efficacité et de la formation intégrale de l'homme. Nous vous disons donc, Monsieur le Directeur Général, notre appréciation des initiatives récemment prises en ce sens.

En formulant nos meilleurs vœux pour le juste succès que mérite cette grande œuvre de l'alphabétisation, Nous appelons de grand cœur, sur ceux et celles qui lui consacrent leur générosité et leur compétence, l'abondance des divines Bénédictions.

Du Vatican, le 4 Septembre 1972.

PAULUS PP. VI

SS.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

Declaratio quoad interpretationem quarundam dispositionum, quae Normis, die XIII Ianuarii 1971 editis, statutae sunt.

Die XIII Ianuarii 1971 hoc Sacrum Dicasterium novas Normas statuit ad apparandas sive in Curiis Dioecesanis sive in Curiis Generalitiis Religionum Clericalium causas reductionis sacerdotum ad statum laicalem cum dispensatione ab omnibus oneribus e Sacris Ordinibus manantibus.

Memorata publicatione peracta nonnulla dubia ac difficultates huic Sacrae Congregationi propositae fuerunt praesertim quoad interpretationem quarundam dispositionum in Normis statutarum.

Ad dicta dubia seu difficultates solvendas vel devincendas, hoc Sacrum Dicasterium, Ordinariorum sollicitudinis particeps, haec consideranda proponit authentico modo praedictas Normas interpretando in materia gravi et peculiariter ardua.

I. Hoc Sacrum Dicasterium Ordinarios enixe adhortatur ut, pro eorum laudanda prudentia, « opportune et importune » Sacerdotibus qui in crisi vocationis versantur paterne assistere velint ne in re tam gravis momenti, tum pro eorum ipsorum futuro, tum pro bono Ecclesiae, praecipitanter agant, nec dispensationem sine gravibus obiectivis rationibus petant.

Revera praesertim his ultimis temporibus nonnulli qui ob repentinam crisim dispensationem expostulaverant postea propriam petitionem revocabant cum iam Sacrum Dicasterium casum perpendebat.

Alii autem post communicatum Rescriptum gratiae iam impertitae eam acceptare noluerunt ut sacerdotii exercitium servarent, divina gratia moti ac angoribus conscientiae cruciati.

Sunt denique et qui, dispensatione obtenta et matrimonio coram Ecclesia celebrato, fidem etiam matrimonialem prodiderunt.

Novae Normae non eum finem habent ut gratia dispensationis cuicumque petenti indiscriminatim concedatur, sed tantum ut ad

simpliciorem formam investigationes ab Ordinariis peragendae reducantur.

II. Ad n. II, 3, *1,* Normarum : « Causae et adiuncta seu circumstantiae difficultatum quibus orator premitur », sunt elementa praecipua investigationis ab Ordinariis peragendae ut Sacro Dicasterio referre possint quibus rationibus oratoris petitio fulciatur. Hae autem rationes firmari debent etiam aliis notitiis et adiunctis ex ipsis investigationibus forte manantibus (cfr. n. II, 3, *c, d, e)* et Voto quo ipse Ordinarius circa ipsam petitionem propriam mentem manifestat. Dispensatio autem non veluti « automatice » conceditur, sed rationes proportionate graves requiruntur.

Huius S. Congregationis est allatas rationes perpendere et in singulis sententiam dicere, considerando non tantum ipsius Oratoris bonum spirituale, sed et bonum Ecclesiae Universae, integra servata lege sacri coelibatus.

Hac de causa non quaecumque rationes propositae semper sufficientes seu validae censendae sunt ad imploratam gratiam obtinendam. Ita sufficientes dici nequeunt : *a)* simplex voluntas nubendi, *b)* legis sacri coelibatus contemptus, c) attentatum matrimonium civile vel praestituta dies pro matrimonii celebratione cum spe dispensationem sic facilius obtinendi.

Petitiones igitur quae unice memoratis rationibus fulciri apparent Ordinarii huic Sacrae Congregationi ne mittant, praesertim dum agitur de sacerdotibus qui tantum a paucissimis annis Sacram Ordinationem acceperint.

III. Ad propositum dubium an Ordinarii applicare possint can. 81 CIC etiam cum de dispensatione a sacro coelibatu agitur, « Negative » respondendum est. Haec enim dispensatio unice et personaliter Summo Pontifici reservatur (cfr. *De Episcoporum muneribus,* n. IX, 1).

Proinde matrimonium forte celebratum quin concessa fuerit ab ipsa Sede Apostolica dispensatio quavis validitate caret.

IV. Rescriptum reductionis ad statum laicalem et dispensationis ab oneribus suam vim plene exercet immediate a momento notificationis ex parte Ordinarii, nec ulla acceptatio ex parte Oratoris requiritur. Opportuna cautela, Sacra Congregatio numquam directe cum Oratore dispensationis Rescriptum communicat, sed semper Ordinario

id mittit, ut occasione Rescripti executionis, ipsum Oratorem modo magis personali moneat quoad vitam christianam ducendam ad animae propriae aeternam salutem promerendam et christifidelium aedificationem.

Si vero, Rescripto notificato, Orator poenitentia motus voluntatem manifestat perseverandi in exercitio sacerdotii, ipse pariter a quovis sacerdotali munere iure suspensus censendus est quia ipsa notificatione ad statum laicalem reductus est; attamen potest Sacrae Congregationi novam petitionem porrigere pro readmissione in statum clericalem. Ipsa autem Sacra Congregatio, post congruum probationis tempus, attento favorabili Voto Ordinarii, decernet de opportunitate proponendi novam gratiam Summo Pontifici.

V. Verbis ((similibus Institutis » quae in n. VI, 4, *d,* ((Normarum » inveniuntur, intelligi debent :

a) *Facultates, Instituta, Scholae etc., scientiarum ecclesiasticarum vel religiosarum (v. g. Facultates Iuris Canonici, Missionologiae, Historiae Ecclesiasticae, Philosophiae vel Instituta Pastoralia, Paedagogiae Religiosae, Catecheticae, etc.).* Apud memorata Instituta nullum docendi munus sacerdotibus dispensatis committi potest, immo ipsi a dicto munere omnino recedant oportet ante dispensationis concessionem.

b) *Quaevis alia superiora studiorum centra, etiam ab Ecclesiae auctoritate stricte non dependentia in quibus etiam theologicae vel religiosae disciplinae doceantur.* Apud haec Instituta memoratis sacerdotibus dispensatis committi nequeunt disciplinae proprie theologicae vel ipsis intime conexae (e. g. paedagogia religiosa et catechetica). In dubio quoad disciplinas theologiae conexas, res a S. Congregatione pro Doctrina Fidei, collatis consiliis cum S. Congregatione pro Educatione Catholica, dirimetur.

VI. Haec Sacra Congregatio confidit nonnullorum expectationes explevisse ut, difficultatibus solutis, faciliori via Normae datae integre servari possint.

Datum Romae, die 26 Iunii 1972.

FRANCISCUS Card. SEPER, *Praefectus*

£B Paulus Philippe, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 5 Septembris 1972. — Titulari episcopali Ecclesiae Tisilitanae praefecit R. D. Iosephum Emmanuelem Estepa Llaurens, sacerdotem archidioecesis Matritensis-Complutensis, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Vincentii S. R. E. Cardinalis Enrique et Tarancón, Archiepiscopi Matritensis-Complutensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tubernucensi R. D. Albertum Iniesta Jiménez, sacerdotem dioecesis Albasitensis, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Vincentii S. R. E. Cardinalis Enrique et Tarancón, Archiepiscopi Matritensis-Complutensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Limisensi R. D. Victorium Oliver Domingo, sacerdotem dioecesis Terulensis, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Vincentii S. R, E. Cardinalis Enrique et Tarancón, Archiepiscopi Matritensis-Complutensis.

die 12 Septembris. — Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Iosephi Heuschen, Episcopi Hasseletensis, constituit Exc. P. D. Paulum Schruers, Episcopum tit. Sleptensem.

die 15 Septembris. — Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Renati Iosephi Piérard, Episcopi Catalaunensis, Exc. P. D. Lucianum Aemilium Bardonne, Episcopum tit. Thimidorum regiorum.

— Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Rogeri Johan, Episcopi Agennuensis, Exc. P. D. Sabinum Saint-Gaudens, Episcopum tit. Lapdensem.

die 16 Septembris. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Voncariensi praefecit Exc. P. D. Iosephum Ali Lebrun Moratinos, hactenus Episcopum Valentinum in Venetiola, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis E.mi P. D. Iosephi Humberti S. R. E. Cardinalis Quintero, Archiepiscopi Caracensis.

die 18 Septembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Zamensis Mino-

ris R. D. Iosephum Mariam Setién Alberro, sacerdotem dioecesis Sancti Sebastiani, facultatis theologicae Pontificiae Universitatis Salmaticensis decanum, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Hyacinthi Argaya Goicoechea, Episcopi Sancti Sebastiani.

die 25 Septembris. — Archiepiscopali Ecclesiae Amalphitanae Exc. P. D. Alfredum Vozzi, Episcopum Cavensem.

— Cathedrali Ecclesiae Sarnensi Exc P. D. Iolandum Nuzzi, Episcopum Nucerinum Paganorum.

die 28 Septembris. — Cathedrali Ecclesiae Laudensi R. P. D. Iulium Oggioni, ex archidioecesi Mediolanensi.

— Cathedrali Ecclesiae Auximanae Exc. P. D. Carolum Maccari, Archiepiscopum Anconitanum et Numanensem.

II

MUTINENSIS ET PISTORIENSI

DECRETUM

De mutatione finium dioecesium

Quo facilius christiani gregis fidelibus consuleretur fieretque sacrorum Antistitum fructuosior labor, nuper ab Apostolica Sede expostulatum est ut Ecclesiarum Mutinensis et Pistoriensis fines immutarentur aptiusque disponerentur.

Sacra autem Congregatio pro Episcopis, auditis quorum interest locorum Ordinariis, rata huiusmodi immutationem in bonum animarum cessuram, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice PAULO, Divina Providentia PP. VI, tributarum, porrectas preces accipiendas esse censuit.

Quapropter, suppleto quatenus opus sit eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Sacrae Congregationis pro Episcopis decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, statuit ut pars territorii paroeciae vulgo « Piumalbo », in municipio quod dicitur « Abetone)) exstans et ad Mutinensem archidioecesim pertinens, ab eadem archidioecesi Mutinensi separetur et ad paroeciam vulgo « S. Leopoldo in Boscolungo », quae in eodem municipio « Abetone » exstat et dioecesi Pistoriensi subiicitur, adnectetur.

Proinde utriusque dioecesis fines in hoc loco ad amussim cum illis civilium provinciarum Mutinensis et Pistoriensis congruunt.

Ad haec autem exsequenda Sacra Congregatio pro Episcopis deputat Exc.mum P. D. Marium Longo Domi, Episcopum Pistoriensem, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito quam primum remittendi ad eandem Sacram Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis die 12 iulii 1972.

£g CAROLUS Card. CONFALONIERI, *Praefectus*

L. © S.

£8 Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 6 MaiA 1972. — Cathedrali Ecclesiae Diaiapuraënsi praefecit R. P. Hermannum Ferdinandum Mariam Münninghoff, ex Ordine Fratrum Minorum, Vicarium Generalem eiusdem nominis dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Lilongvensi, R. D. Patricium Augustinum Kalilombe, socium Missionariorum Africae, rectorem seminarii maioris Sancti Antonii in Kachebere siti.

— Cathedrali Ecclesiae Manonensi, R. D. Gerardum Kabwe, eiusdem dioecesis Administratorem Apostolicum.

— Cathedrali Ecclesiae Portus Elizabethensis, R. D. Ioannem Patricium Murphy, Vicarium Generalem eiusdem nominis dioeceseos.

— Titulari episcopali Ecclesiae Horreacoeliensi R. D. Ambrogium Urna, e clero saeculari autochthone, Vicarium Generalem Isirensis-Mangaraënsis dioecesis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Francisci Oddonis De Wilde, Episcopi Isirensis-Mangaraënsis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Afufeniensi, R. P. D. Paulum Andreotti, Ordinis Fratrum Praedicatorum, eorumque provinciae romanae Superiorem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Francisci Benedicti Cialeo, Episcopi Lyallpurensis.

die 23 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Arcis Rousset, R. D. Georgium Singha, cleri saecularis sacerdotem, Administratorem Apostolicum eiusdem dioecesis nominis.

die 28 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Urcitanae R. D. Philippum Sulumeti, e clero saeculari autochthone, Vicarium Generalem Kisumuensis dioeceseos, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis de Reeper, Episcopi Kisumuensis.

die 26 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Meraukensi, R. P. Iacobum Duivenvoorde, sodalem Sacratissimi Cordis Iesu Missionariorum, Vicarium Generalem eiusdem Archidioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Dodomaènsi, R. D. P. Matthiam Iosephum Isuja, Vicarium Capitularem eiusdem dioecesis.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Velebusdiensi R. D. Petrum Jatau, sacerdotem dioecesis Iosensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Ioannis MacCarthy, Archiepiscopi Kadunaënsis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Lamphuensi R. P. Philippum Franciscum Smith, e Congregatione Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae, quem deputavit Vicarium Apostolicum Vicariatus Apostolici Ioloënsis.

die 80 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Lokoianae Exc. P. D. Alexium Makozi, hactenus Episcopum titularem Fallabensem.

— Cathedrali Ecclesiae Adoëkitiensi, noviter erectae, Exc. P. D. Michaelem Patricium Olatunji Fagun, hactenus Episcopum titularem Casanigrensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Elephantariensi in Proconsulari R. P. Petrum Ioannem Butelezi, sodalem Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae Congregationis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Hugonis Boyle, Episcopi Iohannesburgensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tigamibenensi R. P. D. Patricium

Ria Iuwle, e clero saeculari indigena, praelatum honorarium Sanctitatis Suae, quem deputavit Vicarium Apostolicum Capitis Palmensis.

die 12 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Georgiopolitanae Exc. P. D. Benedictum Singh, hactenus Episcopum titularem Arsennaritanum.

die 19 Septembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Forconiensi, R. D. Paulum Lee, alias Ri Moun-Ke, e clero archidioecesis Taeguensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Baptistae Bong-Kil Sye, Taeguensis Archiepiscopi.

II

NOMINATIONES

Decretis ut infra datis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit :

die 19 Maii 1972. — Exc. P. D. Irenaeum Wien Dud, Episcopum titularem Barcusenum, *Administratorem Apostolicum « ad nutum Sanctae Sedis »*, vicariatus apostolici Rumbekensis.

— R. D. Paulinum Doggale, e clero africano autochthone, *Administratorem Apostolicum* vicariatus apostolici Iubaensis.

die 1 Septembris. — R. P. Dominicum Spinosi, in religione Lucam a Corde Mariae, Passionis Iesu Christi Congregationis sodalem, *Praefectum Apostolicum* praefecturae apostolicae Sekadauensis.

die 11 Septembris. — Exc. P. D. Dionisium Eugenium Hurley, Archiepiscopum Durbanianum, *Administratorem Apostolicum ((sede vacante* » dioecesis Umzimkulensis.

die 19 Septembris. — Exc. P. D. Antonium Saliu Sanusi, Episcopum Iiebuodensem, *Administratorem Apostolicum « sede vacante* » Archidioeceseos Lagosensis.

— Exc. P. D. Antonium Okogie, Episcopum titularem Masculitanum, *Auxiliarem* Administratoris Apostolici Lagosensis, Exc.mi R. D. Antonii Saliu Sanusi, Episcopi liebuodensis.

die 20 Septembris. — R. P. Hermann um Villelmum Teuben, Congregationis Missionis sodalem, *Administratorem Apostolicum ((ad nutum Sanctae Sedis* » vicariatus apostolici Gimmaënsis.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

ROMANA SEU TIBURTINA

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Augustinae Pietrantoni, sororis professae Instituti Sororum a Caritate.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Christum in proximis, ac potissimum in infirmis, amare, revereri ac servire, secundum illud Domini : *Amen, dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis (Mt.* 25, 40), proprium fuit vitae sororis Augustinae Pietrantoni.

Cum enim Institutum Sororum a Caritate amplexata esset, totam se infirmorum curae et servitio impendit Romae, in nosocomio a S. Spiritu in Saxia, iuge et absconditum quasi perficiens sacrificium. Nam, viribus non parcens suis, illis praecipue infirmis se devovit, qui morbis sive corporis sive animi magis laborabant. In qua perfecta humilique sui abnegatione morbum contraxit, in quo perferendo nullum quaesivit solamen, immo petiit ut in eodem officio prae ceteris servaretur. Profecto, in hoc caritatis officio occupatam, aetate adhuc florentem, mors deprehendit, quam vir quidam nefarius et ingratus, e nosocomio dimissus, eidem intulit die 13 mensis Novembris anno 1894, tota Urbe vehementer commota. Nec tamen memoria eius periit, quin immo illius sanctitatis fama in dies increbruit, eamque Deus supernis signis illustrare visus est. Quapropter, instructis rite canonicis processibus, Paulus Papa VI eamdem Famulam Dei heroicas exercuisse virtutes christianas die 19 mensis Septembris anno 1969 edixit. Ex quo autem huiusmodi decretum est editum, Causae actores in id toti incubuerunt, ut alteram actionem instituèrent, quae de miraculis est, a Deo per intercessionem eiusdem Venerabilis patratis. Duas autem, ut ius exigit, miras sanationes selegerunt et huic foro ad cognoscendum exhibuerunt, ut Venerabili ipsi Augustinae Pietrantoni beatorum caelitum honores decernerentur.

Quarum ordine propositionis prior contigit in oppido cui vulgo nomen *O zzano Monferrato*, intra fines dioeceseos Casalensis sito. Puellula Catharina Monzeglio, sub vesperum diei 7 mensis Martii anno 1952 gravi affecta est ustione corneae oculi sinistri. Postridie autem valde mane, fervidis Venerabili Augustinae precibus a parentibus adhibitis eiusque imagine oculo laeso admota, puellula perfecte sanata inventa est.

Altera vero mira sanatione, invocata Venerabilis Augustinae Pietrantoni intercessione, fruitus est Victorius Berti, sex annorum puer, in pago degens quem appellant *Ravalle*, in finibus dioeceseos Adriensis posito. Is enim, vespere diei 5 mensis Septembris anno 1950, ex agricolari curru patris casu adverso in terram cecidit et, violento rotae transitu intortus, letaliter in abdominali corporis parte vulneratus est. Infausta quoad vitam edita a perito medico prognosi, imploratum est Venerabilis patrocinium ; nec incassum, nam media nocte vix transacta, puer plene convaluit.

Cum praeter naturae vires huiusmodi sanationes accidisse ducerentur, canonici processus tempestive adornati sunt : super priore in Curia dioecesana Casalensi a die 26 Octobris anno 1953 ad diem 17 Februarii anno 1954; super altera in Curia dioecesana Adriensi a die 25 Octobris a. 1954 ad diem 21 mensis Martii a. 1955. Iuridicae hae inquisitiones S. Congregationi tunc Rituum appellatae fuerunt transmissae, quae de earum legitima forma die 22 Februarii a. 1969 constare decrevit.

Adunatum est deinde huius Congregationis Consilium medicum die 14 mensis Aprilis a. 1970, quod de utriusque sanationis indole, constantia et perfectione pro sua competentia disceptavit ac censuit utramque praeter naturae leges et vires contigisse. Postea vero res tota theologorum studio ac iudicio subiecta est. Exquisitis prius trium Consultorum votis pro rei veritate, habitus est die 23 mensis Novembris a. 1971 Congressus Peculiaris huius Congregationis, quem secuta est die 29 Februarii huius anni in Vaticanis Aedibus Congregatio Plenaria Patrum Cardinalium in qua, referente Rev.mo Cardinali Aloisio Traglia, Causae Relatore, disceptatum est super dubio : *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur*. Et, qui convenerant, Patres Cardinales affirmativum responsum dederunt.

Quibus de rebus facta demum die 4 mensis Maii huius anni 1972 Summo Pontifici Paulo VI per infrascriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua sententiam Sacrae Congregationis ratam habens, iussit decretum super duabus miris sanationibus concinnari.

Quod cum factum esset, hodierna die Summus Pontifex subscriptum

Cardinalem Praefectum necnon Cardinalem Aloisium Traglia, Causae Ponentem, meque Antistitem a secretis Congregationis ceterosque vocari solitos ad se accivit, eisque adstantibus praesens decretum confirmavit et promulgavit edicens : *Constare de duobus miraculis, Venerabili Augustina Pietrantoni intercedente, a Deo patratis, nimirum: instantaneae perfectaeque sanationis tum puellulae Catharinae Monzeglio a gravi ustione corneae oculi sinistri, tum pueri Victorii Berti a gravissima contusione addominali, gravi et producto statu traumatico.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta huius Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 22 Iunii a. D. 1972.

PAULUS Card. BERTOLI, *Praefectus*

L. © S.

© Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

VASHINGTONENSIS

Nullitatis matrimonii (Hugin - Samorini)

Cum ignoretur locus actualis domicilii dominae Serenae Samorini, conventae in causa de qua supra, eandem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 13 decembris 1972, hora decima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An sententia Rotalis diei **23** *novembris 1971 confirmanda vel infirmanda sit, in casu.*

Ordinarii locorum, parochi, et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Serenae Samorini, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Ovidius Bejan, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 28 mensis septembris a. 1972.

Raphael Funghini, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Serena Samorini, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria), le 13 décembre 1972, à 10 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

La sentence du Tribunal de la Bote en date du 23 novembre 1971, doit-elle être confirmée ou infirmée, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite M.me Serena Samorini devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato 9 **Settembre** 1972, **il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor** MOHAMMAD YOUSUF, **Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Pakistan.**

Venerdì 22 **Settembre** 1972, **il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Visita Ufficiale Sua Eccellenza l'Onorevole Signor** GIOVANNI LEONE, **Presidente della Repubblica Italiana.**

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

6 settembre 1972. S. E. Rev.ma Mons. Pangrazio Andrea, Arcivescovo-Vescovo di Porto e Santa Rufina, *Consultore della Sacra Congregazione per i Vescovi.*

15 » » Il dott. Franz Pfyffer von Altishofen, *Capitano Comandante della Guardia Svizzera Pontificia.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Prelati d'onore di Sua Santità:

12 gennaio 1972. Mons. Parsons Clemente Enrico (Westminster).
5 febbraio » Mons. Paypilly Francesco (Verapoly).
15 » » Mons. Bauer J. Lorenzo (Sioux City).
» » » Mons. Brady Frank J. (Sioux City).

15 febbraio 1972. Mons. Doherty Giovanni O. (Sioux City).
» » » Mons. Greteman Bernardo V. (Sioux City).
» » » Mons. Hoffman Lorenzo J. (Sioux City).
» » » Mons. Joynt Roberto R. (Sioux City).
» » » Mons. Keleher Cleto L. (Sioux City).
» » » Mons. Kelly Geraldo J. (Sioux City).
» » » Mons. Koester Ottmar W. (Sioux City).
» » » Mons. Lenz Leo (Sioux City).
» » » Mons. Ocken Antonio H. (Sioux City).
» » » Mons. Sweeney Riccardo V. (Sioux City).
» » » Mons. Walker Dean P. (Sioux City).
24 » » Mons. Aschoff Ralph A. (Saint Cloud).
» » » Mons. Furfaro Francesco J. (Syracuse).
13 marzo » Mons. Marusyn Mirosiao S. (Leopoli degli Ucraini).
14 » » Mons. Di Sciascio Francesco (Chieti e Vasto).
» » » Mons. Donovan Guglielmo L. (Scranton).
» » » Mons. Drogowski Antonio W. (Scranton).
» » » Mons. Grogan Bernardo L. (Scranton).
» » » Mons. Horan Kenneth T. (Scranton).
» » » Mons. McGowan Andrea J. (Scranton).
» » » Mons. Meier Giuseppe F. (Scranton).
» » » Mons. Quinn Giuseppe G. (Scranton).
» » » Mons. Timlin Giacomo C. (Scranton).
17 » » Mons. Allen Bernardo (Nottingham).
» » » Mons. McLean Giovanni Francesco (Nottingham).
15 aprile » Mons. Murat Alessandro (Lublino).
20 » » Mons. Grasso Rosario (Acireale).
22 » » Mons. Caporello Egidio (Padova).
» » » Mons. Setian Nerse (Cilicia degli Armeni).
26 » » Mons. Auer Giovanni (Regensburg).
» » » Mons. Alonso Pinilla Tommaso (Zamora).
» » » Mons. De la Puente Gómez Eustacchio (Zamora).
» » » Mons. De Las Heras Hernández Davide (Zamora).
4 maggio » Mons. Borchi Sergio (Pisa).
5 » » Mons. Barra Giuseppe (Pinerolo).
6 giugno » Mons. Rodríguez Passos Emanuele Giuseppe (Facatativá).
21 » » Mons. Tarot Marcello (Le Mans).

Cappellani di Sua Santità:

23 gennaio 1971. Mons. McDonald Giovanni Francesco (Westminster).
1 novembre » Mons. Siwiec Ignazio (Katowice).
1 dicembre » Mons. Anderson Marcello (Alexandria).
» » » Mons. Murphy Patrizio Giuseppe (Alexandria).
» » » Mons. Pelletier Mozart (Alexandria).
» » » Mons. Susi Giuseppe (Alexandria).

1	dicembre	1971.	Mons. Thompson Enrico (Alexandria).
»	»	»	Mons. Walsh Walter (Alexandria).
22	gennaio	1972.	Mons. Cardinali Alvaro (Roma).
25	»	»	Mons. Lambauer Antonio (Graz-Seckau).
15	febbraio	»	Mons. Gòbel Uberto (Paderborn).
»	»	»	Mons. Lafferty Giacomo K. (Sioux City).
	»		Mons. Zenk Riccardo E. (Sioux City).
»	»	»	Mons. Ziegmann Leonardo M. (Sioux City).
23	»		Mons. Moothedam Tommaso (Ernakulam).
22	marzo		Mons. Baier Andrea (Krakow).
29	»	»	Mons. Michalski Stanislao (Sandomierz).
11	aprile		Mons. Klinkosz Luigi (Chelmno).
15	»	»	Mons. Berger Enrico (Linz).
»	»		Mons. Kersch Baummayer (Linz).
»	»		Mons. Mayr Francesco (Linz).
»	»	»	Mons. Sacher Guglielmo (Linz).
20	»	»	Mons. Borzì Giuseppe (Acireale).
»	»		Mons. Lanzafame Concetto (Acireale).
»			Mons. Magro Armando (Acireale).
	»	»	Mons. Mancini Vincenzo (Acireale).
»	»	»	Mons. Risiglione Giuseppe (Acireale).
22	»	»	Mons. Paci Vittorio (Fermo).
»	»	»	Mons. Mcolaas Guglielmo Agostino (Rotterdam)
			Mons. Kartowicz Waclaw (Warszawa).
6	maggio		Mons. Beari Nereo (Trieste).
»	»	»	Mons. Colomban Libero (Trieste).
»	»	»	Mons. Dodi Virgilio (Trieste).
»	»	»	Mons. Lucis Mario (Udine).
	»		Mons. Succaglia Zaccaria (Udine).
8	»	»	Mons. Klas Francesco (Ceské Budějovice).
»			Mons. Krcal Giuseppe (Ceské Budéjovice).
»	»		Mons. Maly Agostino (Ceské Budějovice).
»	»		Mons. Noska Giuseppe (Ceské Budějovice).
»			Mons. Votruba Francesco (Ceské Budějovice).
»	»		Mons. Vystrcil Carlo (Ceské Budějovice).
17	»	»	Mons. Orlandi Alessandro (Montalcino).
21	giugno		Mons. Conf alono Clemente (Amalfi).
26	»		Mons. Amato Pantaleone (Amalfi).

NECROLOGIO

30	luglio	1972.	Mons. Lizardi Ramón J., Vescovo tit. di Assava.
4	settembre	»	Mons. McNulty James Aloysius, Vescovo di Buffalo.
7	»	»	Mons. Schell Alejandro, Vescovo di Lomas de Zamora.
11		»	Mons. Arnaud Jean, Vescovo tit. di Tentiri.
14	»		Mons. McCarty William Tiburtius, già Vescovo di Rapid City.
17	»	»	Mons. Barbisotti Angelo, Vescovo tit. di Cauno, Vicario Apostolico di Esmeraldas.
21	»	»	Mons. Zohrabian Cirillo Giovanni, Vescovo tit. di Acilisene.
»	»	»	Mons. Crespo Chiriboga Luis Alfonso, Vescovo di Loja.
27	»	»	Mons. Radossi Raffaele, Arcivescovo tit. di Equilio.

An. et vol. LXIV | 31 Octobris 1972 | N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP, VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

"VRATISLAVIENSIS.-BEROLINENSIS ET ALIARUM

Novae in Polònia dioeceses constituuntur, nomine Opoliensis, Gorzoviensis, Sedinensis-Câminensis, Coslinénsis-Còlubreganae.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Episcoporum Poloniae coetus cum, ad aptius propiusque christianum populum regendum, Apostolicae Sedi petierit ut quaedam ecclesiasticae circumscriptiones, in septentrionali et occidentali eiusdem nationis parte sitae, opportuniore ratione disponerentur, optatis Nos libenti animo accedendum esse statuimus sequentiaque decernenda. Quattuor in regione quam diximus dioeceses condimus, Opoliensem, Gorzoviensem, Sedinensem-Caminensem et Coslinensem-Colubreganam appellandam, ita videlicet dispositas : *Opoliensi* dioecesi territoria assignandus civilis provinciae vulgo Opole, exceptis civilibus districtibus vulgo Namislov et Brzeg, et ecclesiasticorum decanatuum vulgo Bytom, Dobrodzien, Gliwice, Labedy, Miechowice, Pyskowice, Toszek, Ujazd et Zabrze ad provinciam civilem Katowice pertinentium, ab archidioecesi Vratislaviensi distrahenda, atque insuper territoria decanatuum ecclesiasticorum vulgo Branice, Glubczyce et Kietrz ac paroeciae Owsiszcze,

ab archidioecesi Olomucensi seiungenda. Opoliensis dioecesis sedes episcopalis in urbe vulgo Opole erit. Eadem praeterea Ecclesia suffraganea erit metropolitanae Sedi Vratislaviensis eiusque Episcopus metropolitano eiusdem Archiepiscopi iuri subdetur. Dioecesis *Gorzoviensis* territoria comprehendet, ab archidioecesi Vratislaviensis a dioecesi Berolinensi et a praelatura Schneidemuhlensi dismembrandam quae integram civilem provinciam vulgo Zielona Gòra constituunt ; insuper territorium civilis districtus Trzcianka et urbis Pila, pariter a praelatura Schneidemuhlensi seiungenda. Eius sedes episcopalis in urbe vulgo Gorzów Wlkp. ponetur. Erit praeterea et ipsa metropolitanae Sedi Vratislaviensi suffraganea, sic ut eius Episcopus metropolitano Vratislaviensis Archiepiscopi iuri subdetur. Dioecesis *Sedinensis-Caminensis* in territoria integrae civilis provinciae vulgo Szczecin patebit, a dioecesi Berolinensi seiungenda; sedem episcopalem in urbe Szczecin habebit eritque suffraganea metropolitanae Ecclesiae Gnesnensi; eiusdem item Episcopus metropolitano Archiepiscopi Gnesnensis iuri subdetur. Dioecesis *Coslinensis-Colubregana* comprehendet omnia territoria civilis provinciae Koszalin et civilis districtus Lebork necnon paroeciarum Kostkowo et Wierzchucino, ad civilem provinciam Gdánsk pertinentium, a dioecesi Berolinensi et a praelatura Schneidemuhlensi separanda. Huius dioecesis sedes episcopalis in urbe Koszalin statuetur. Nova praeterea Ecclesia Sedi metropolitanae Gnesnensi suffraganea erit, eiusque Episcopus metropolitano Archiepiscopi Gnesnensis iuri obnoxius. Omnibus et singulis conditarum dioecesium Episcopis honores et iura tribuimus congrua, eosdemque oneribus et obligationibus astringimus ad normam iuris communis. Insuper dioecesium quas diximus mensa episcopalis Curiae emolumentis efformabitur, a fidelibus sponte oblatis pecuniis bonisque iisdem obvenientibus ad normam canonis 1500 C.I.C. Mandamus etiam ut in utraque earum Canonicorum collegium condatur, per alias sub plumbo Litteras ; interea consultores dioecesani eligantur qui Episcopo consilio et opera iuvent. Ad Seminaria quod attinet, eadem struantur servatis praescriptis iuris communis, normis decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius », et peculiaribus Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica regulis. Quod vero spectat dioecesium regimen, administrationem, vicarii capitularis electionem, fidelium iura et onera, aliaque id genus, sacri canones ad amussim serventur. Insuper ab archidioecesi Pragensi territoria separamus ecclesiasticorum decanatuum vulgo Bystrzyca Klodzka, Klodzko, Nowa Ruda et Polanica Zdroj; a dioecesi autem Misnensi, territoria

paroeciarum vulgo Biedrzychowice, Bogatynia, Dzialoszyn, Krzewina, Opolno Zdrój et Zatonie, eaque archidioecesi Vratislaviensi perpetuo adnectimus. Simul autem ac dioecesium constitutio finiumque mutatio ad effectum adductae fuerint, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi censeantur incardinati, in cuius territorio ecclesiasticum beneficium vel ofiicium habeant; ceteri autem clerici seminariique tirones ei, in qua legitimo domicilio degant. Acta et documenta conditas dioeceses spectantia, clericos, fideles atque bona temporalia, ab earum Curiis a quibus sunt distractae ad istarum transmittantur, in tabulario religiose custodienda. Praecipimus denique ut cathedralis Ecclesia Varmiensis, a metropolitano iure Vratislaviensis Sedis subtracta, metropolitanae Sedi Varsaviensi perpetuo subdatur; utque Ecclesia Gedanensis, hactenus Apostolicae Sedi directo subiecta, suffraganea dehinc sit metropolitanae Sedi Gnesnensi, eiusque Episcopus, metropolitano Archiepiscopi Gnesnensis iuri obnoxius. Ad haec perficienda venerabilis Frater Noster Stephanus S.R.E. Cardinalis Wyszynski, Archiepiscopus Gnesnensis et Varsaviensis, curet vel ab eo delegatus sacerdos ; qui autem negotium effecerit sueta documenta exaret ad Sacramque Congregationem pro Episcopis mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc autem Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis nihil obstantibus, etiam speciali mentione dignis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodetricesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo secundo, Pontificatus Nostri decimo.

£9 ALOISIUS Card. TRAGLIA
8. R. E. Cancellarius

£& CAROLUS Card. CONFALONIERI
8. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

£8 Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLII, n. ***10.***

II

GARZONENSIS - NEIVENSIS

(NEIVENSIS)

Territoriis quibusdam a dioecesi Garzonensi-Neivensi detractis nova conditur, nomine « Neivensis ».

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad aptius tutiusque Christianorum, bono consulendum, qui in regione vulgo Huila degunt, cum venerabilis Frater Iosephus de Iesu Pimiento Rodríguez, Episcopus Garzonensis-Neivensis, post auditum Episcoporum Columbiae coetum, ab Apostolica Sede petierit ut e partito suae dioecesis territorio, quod amplissimum est, alia excitaretur ecclesiastica circumscriptio, precibus Nos accedendum esse statuimus; idque libentissime. De sententia ideo venerabilis Fratris Angeli Palmas, Archiepiscopi titulo Vibianensis et in Columbiana Republica Apostolici Nuntii, apostolica Nostra potestate sequentia decernimus ac iubemus. A dioecesi Garzonensi-Neivensi territoria separamus paroeciarum, quibus per vulgus appellatio La Inmaculada, San José, Perpetuo Socorro, San Vicente de Paul, San Judas Tadeo et San Antonio Maria Claret atque in urbe vulgo Neiva exstantium; item territoria vulgo nuncupata Aipe, Algeciras, Anaconia, Barava, Campoalegre, Colombia, El Gaguán, Hobo, Iquira, Palermo, Rivera, Santa Ana, Santa Maria, Tello, Teruel, Villavieja, Yaquará, Órganos et Praga, iisque novam dioecesim constituimus, nomine *Neivensem,* cuius hi erunt fines : ad septentrionem, dioecesis Espinalensis ; ad orientem solem, dioecesis Villavicentiensis ; ad occidentem solem, archidioecesis Popayanensis et praefectura apostolica Tierradentroënsis ; ad meridiem, dioecesis Garzonensis limitibus municipiorum vulgo Algeciras, Hobo, Yaguará et Iquira, ac vicariatus apostolicus Florentiae. Episcopi sedes in urbe vulgo Neiva erit; episcopalis vero magisterii cathedra, in templo Deo dicato in honorem Beatae Mariae Virginis a Conceptione Immaculata, dignitate concathedralis dioecesis Garzonensis-Neivensis aucto, cum

iustis iuribus et privilegiis, Episcopo autem congruis impositis obligationibus. Eam praeterea suffraganeam facimus archidioecesi Popayanensi; ut in eadem consultores dioecesani ad normam iuris deligantur statuimus, usque dum Canonicorum collegium instituatur iuxta normas per alias apostolicas Litteras in posterum edendas; mensa episcopalis Curiae emolumentis constituatur, fidelium sponte collatis pecuniis bonorumque portione, quae eidem dioecesi ob venient, ad normam canonis 1500 C.I.C. ; ad seminarii dioecesani aedificationem quod attinet, normae serventur iuris communis atque decreti ((Optatam totius » Concilii Vaticani II, itemque peculiares Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica regulae, cuius selecti iuvenes Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi; simul ac hae Litterae Nostrae ad effectum adductae fuerint, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi ascribantur, in cuius territorio beneficium vel ofiicium habeant, ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique tirones ei, in qua legitime degant ; acta et documenta conditam dioecesim spectantia a Curia Garzonensi-Neivensi ad Neivensem trasferantur, in tabulario religiose custodienda. Quod denique regimen spectat et administrationem dioecesis, Vicarii Capitularis electionem, fidelium iura et onera aliaque id genus, quae sacri canones praescribunt ad amussim serventur. Decernimus insuper ut dioecesis Garzonensis-Neivensis, atque eiusdem nominis cathedralis sacra aedes, dehinc *Garzonensis,* ab urbe vulgo Garzón, appelletur, in qua et sedes Episcopi et eius magisterii cathedra erunt. Item Episcopi nuncupatio Garzonensis erit. Haec quae praescripsimus venerabilis Prater Angelus Palmas, quem diximus ad effectum adducat, vel ab eo delegatus sacerdos; qui autem negotium perfecerit congrua documenta de more conficiat ad Sacramque Congregationem pro Episcopis mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efiicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrunipere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione

sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum ex arce Gandulfi, prope Romam, die quarto et vicesimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo secundo, Pontificatus Nostri decimo.

gß ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

£g CAROLUS Card. CONPALONIERI
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

£8 Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cam. tab., vol. CXLII, n. 1.

III

ONDOENSIS
(ADOEKITIENSIS)

Detractis quibusdam territoriis ab Ecclesia Ondoënsi, nova dioecesis conditur nomine « Adoëkitiensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Divinum mandatum quo Christus Dominus iussit apostolos suos ire in mundum universum ad evangelium gentibus nuntiandum (cf. *Me.* 15, 16) et Nos vehementer impellit ut ubique maiorem in dies facultatem demus Dei verbum audiendi, eiusque sanctissimam adorandi maiestatem animumque virtute ac veritate excolendi. Quam ob rem, cum Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione, audita sententia venerabilis Fratris Amelii Poggi, Archiepiscopi titulo Cercinitani atque Apostolici in Africa Media et Occidentali Delegati, id statuerit ut distractis quibusdam territoriis ab Ecclesia Ondoënsi, nova quaedam constitueretur dioecesis, Nos, hanc sententiam probantes ratamque habentes, sequentia decernimus et iubemus. Eorum omnium consensum supplentes qui hac

super re aliquid iuris vel habeant vel se praesumant habere, ab Ecclesia Ondoënsi territorium regionis, cui nomen vulgo Ekiti distrahimus eamque in novae dioecesis formam redigimus, a civitate principe eiusdem regionis *AdoëJcitiensis* appellandam Constitutae Ecclesiae sedes Episcopique domicilium in ipsa urbe vulgo Ado-Elriti erit, eamque suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Lagosensi. Praecipimus insuper ut templum S. Patritii, in eadem urbe, sit cathedrale atque consultores dioecesani deligantur qui Episcopo assint. Quod autem ad Ecclesiae regimen administrationemque attinet, leges iuris canonici serventur atque regulae quas Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione statuerit. Haec autem quae mandavimus venerabilis Frater Amelius Poggi fieri studebit, vel quem ipse delegaverit. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis eflicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die trigesima mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo secundo, Pontificatus Nostri decimo.

£8 ALOISIUS Card. TRAGLIA
8. R. E. Cancellarius

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

£& Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLII, n. 12.

IV

ANCONITANAE

Provincia ecclesiastica Anconitana in Italia conditur

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui apostolico officio instructi catholicae Ecclesiae gubernationi praeficimur, *eo* studio urgemur, ea voluntate quo aptius temporumque locorumque adiunctis accommodamus singularum Ecclesiarum regimen fiat. Quapropter, petitis accedendum esse censuimus ut Anconitanam archiepiscopalem Sedem ad metropolitanae dignitatem eveheremus, nova eiusdem appellationis provincia ecclesiastica constituta. Etenim, id esse animorum bono maximopere cessurum nemo est qui in dubium revocet. Apostolica igitur Nostra potestate, postque rite sacros Ordinarios auplitos, quorum negotium interesset, sequentia decernimus ac iubemus. Dioecesim *Anconitanam*, adhuc Apostolicae Sedi directo subiectam, ad metropolitanae Ecclesiae gradum attollimus, iustis iuribus et privilegiis concessis, ad normam iuris communis, cui dioeceses Aesina et Auximana suffraganeae erunt, prae oculis videlicet habita norma decreti Concilii Vaticani II « Christus Dominus », n. 40. Item Sacrum Anconitanum Antistitem dignitate Metropolitae perpetuo insignimus, cui, una cum privilegiis, congrua simul officia et obligationes imponimus, eiusdem ordinis Praesulum propria. Haec autem quae decrevimus ad effectum adducat venerabilis Frater Romulus Carboni, Archiepiscopus titulo Sidoniensis et in Italia Nuntius Apostolicus, vel ab eo delegatus sacerdos. Qui vero negotium perfecerit sueta documenta exaranda curet atque ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive

typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die quintodecimo mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo secundo, Pontificatus Nostri decimo.

jjß. ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. ***R. E. Cancellarius***

JÈ CAROLUS Card. CONPALONIERI
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellarium Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLII, n. 6.

V

AQUILANAE

Provincia ecclesiastica Aquilana in Italia conditur

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum cognitum habeatur religiosarum rerum opus, si bene dispertiatur et designetur, magnos christifidelibus parere fructus ac valde prodesse ad christianae rei incrementum, idcirco, cum spes utilitatis emergat, nihil dubitamus aliquid de Ecclesiarum regimine et administratione immutare. Quam ob rem, cum ab Apostolica hac Sede postulatum fuerit ut archiepiscopalis Ecclesia Aquilana in Sedium metropolitanarum ordinem redigeretur et nova eiusdem nominis ecclesiastica provincia constitueretur, Nos re bene reputata, haec quae sequuntur auctoritate Nostra, ante auditis Ordinariis quorum interesset, decernimus. *Aquilanam* archidioecesim, adhuc Apostolicae Sedi directo subiectam, ad gradum metropolitanae Sedis tollimus, factis iuribus

congruis; praeterea novam condimus provinciam ecclesiasticam, quae coalescet Ecclesia ipsa Aquilana, dioecesibus Marsorum, Valvensi et Sulmonensi, prae oculis videlicet habita norma decreti Concilii Vaticani II « Christus Dominus », n. 40. Item Sacrum Aquilanum Antistitem dignitate Metropolitae perpetuo insignimus, cum iuribus nempe quae talibus Praesulibus Iure Canonico fieri solent, cumque scilicet iustis obligationibus. Ceterum volumus ut haec omnia quae mandavimus venerabilis Frater Romulus Carboni, Archiepiscopus titulo Sidoniensis atque in Italia Apostolicus Nuntius, rite perficiat, sive per se, sive per alium quem aptum iudicaverit virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Re vero perfecta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die quintodecimo mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo secundo, Pontificatus Nostri decimo.

£8 ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

£B CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £& Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLII, n. 7.

VI

PEEUSINAE

Provincia ecclesiastica Perusina in Italia conditur

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Vous avez répondu à l'appel de notre Congrégation pour les Religieux et les Instituts séculiers, afin de faire le point, durant ces quelques jours, de « l'aggiornamento » que le Concile et vos chapitres ont suscité et mis en oeuvre, notamment sur le plan de la prière et de la vie commune. Vous avez cherché comment surmonter les tensions qui se font jour — et qui sont sans doute inévitables — au sein de vos diverses congrégations, comment vivre, dans un certain pluralisme, l'unité profonde dont doivent témoigner les disciples du Christ. Nous nous félicitons de cette collaboration avec le Dicastère chargé de veiller et de présider à la solution de ces problèmes, et en ce sens, de vous servir. Nous souhaitons qu'une telle collaboration soit de plus en plus fréquente, confiante et fructueuse.

Il n'est pas question pour Nous, dans le cadre de cette brève rencontre, de reprendre l'ensemble des questions que pose le renouveau adapté de la vie religieuse. Nous vous avons livré l'an dernier, dans notre Exhortation Apostolique '« Evangelica testificatio », nos soucis et nos espoirs à ce sujet. Au nom du Seigneur, Nous avons dégagé les critères de discernement susceptibles de vous guider sur ce chemin exigeant, mais combien fascinant, d'une vie plus évangélique. Nous vous prions de garder devant les yeux, de méditer, ces divers éléments de la vie religieuse que Nous avons mis en lumière, sans en négliger aucun. Ce matin, Nous voulons seulement raviver en vous l'((esprit reli-

*** Die 19 mensis octobris a. 1972.**

gieux)) qui doit marquer vos personnes et vos communautés, ainsi que votre adhésion positive à l'Eglise.

Oui, vous avez choisi de vivre votre vocation baptismale dans le cadre particulier de la vie religieuse; ou plutôt, vous avez accepté de servir le Seigneur de cette façon radicale qui correspond profondément à un appel évangélique, qui a fait ses preuves dans l'Eglise depuis des siècles, et que celle-ci a authentifiée comme un témoignage hors pair et indispensable des béatitudes. Nous vous le disons sans ambage : soyez conséquents avec vous-mêmes, montrez-vous fidèles à votre vocation, ne laissez pas se dissoudre, en théorie comme en pratique, ce caractère essentiel de la vie religieuse, qui est votre lot. La plupart des chrétiens sont appelés à affirmer leur foi et à exercer leur charité comme laïcs, avec toutes les responsabilités temporelles qui leur incombent, et leur témoignage est essentiel, Nous l'avons souvent souligné; certains le font aujourd'hui, avec l'appui et selon les exigences d'un Institut séculier, et Nous avons récemment encore loué cette nouvelle initiative. Mais les uns et les autres ont précisément besoin de votre fidélité à votre vocation spécifique de religieux et de religieuses. Elle comporte, vous le savez, outre la profession des vœux de chasteté consacrée, de pauvreté et d'obéissance, une vie commune vécue dans une fraternité intégrale. Elle requiert une ascèse particulière qui vous fait renoncer librement et joyeusement aux biens de ce monde, comme signe de votre attachement au Seigneur Jésus aimé pour lui même, par-dessus tout et jusqu'à la Croix. Elle se manifeste dans une obéissance qui vous rend foncièrement disponibles à la volonté de notre Père des cieux, à travers les appels concrets de l'Eglise et de vos supérieurs, comme le Christ a vécu l'obéissance à son Père à travers les servitudes de son incarnation.[1] Bref, vous devez tendre à la perfection évangélique[2] de manière à être en permanence les signes vivants de la transcendance du Royaume de Dieu.

Certes ce signe ne sera pas toujours compris, non seulement du « monde » au sens où l'entend saint Jean, mais même des hommes de bonne volonté, voire de vos frères et sœurs chrétiens. Et vous en souffrirez. Car ce monde, non seulement subit l'attrait — et parfois l'esclavage — de l'avoir, du pouvoir et de la chair, mais il est devenu hypersensible à la requête de l'épanouissement personnel, dans le cadre

[1] **Cf. Jacques Guillet, *Jésus-Christ hier et aujourd'hui;* Desclée de Brouwer 1963, pp. 109-125.**

[2] **Cf. *Matt.* 5, 48.**

d'une autonomie complète. Votre vie peut revêtir à ses yeux quelque chose de mystérieux, d'étrange, voire, selon certains, d'inhumain. Et pourtant, vous le savez, vous, ce qui est folie aux yeux des hommes est sagesse aux yeux de Dieu.[3] D'ailleurs, le vrai scandale ne serait-il pas de percevoir que, sous prétexte d'adaptation, vous renoncez à ces exigences de prière, d'humilité, de pauvreté, de partage, de pureté, de simplicité, de service désintéressé que le Christ a demandées à ses disciples?

Entendons-nous bien : la forme de vie religieuse ne doit pas faire fi des talents naturels ni des charismes personnels; elle doit servir la vocation de chaque personne. Et c'est une lourde charge pour vous, supérieurs, de veiller à ce que chacun de vos frères et sœurs s'y épanouisse, soit traité avec égard, y soit reconnu et aimé, et puisse apporter à sa communauté et au monde le meilleur de lui-même. Mais on ne saurait oublier le paradoxe de l'Evangile, que vous avez, plus que d'autres, la mission de réaliser pleinement : « Qui veut sauver sa vie la perdra, mais qui perdra sa vie à cause de moi la retrouvera ».[4] Soyez-en bien convaincus : cet amour du Seigneur, vécu jusqu'au renoncement de vous-mêmes, ne saurait demeurer sans fruit. En vous apportant une joie profonde et l'espérance de la vie éternelle, il frayera mystérieusement aux âmes le chemin vers le Dieu d'amour. Oui, en ce sens, ne craignez pas d'être pleinement religieux.

Nous abordons brièvement le deuxième thème de notre entretien. Un tel amour de Dieu ravivé dans une prière intime et stimulé par la vie fraternelle ne saurait vous éloigner, bien au contraire, du souci missionnaire qui vous anime aujourd'hui et qui Nous réjouit vivement. Que vous meniez une vie contemplative ou directement apostolique, l'amour de l'Eglise sera au cœur de vos préoccupations. Evidemment, vous adhérerez sans réserve à la foi véritable qu'elle professe; vous accueillerez avec confiance les orientations qu'elle précise, les décisions qu'elle prend, dans les divers domaines, pour le bien de tous : en cette heure, ce témoignage de fidélité de l'ensemble des religieux unis au Siège de Pierre Nous paraît capital. Regardez l'histoire : il fut toujours déterminant aux époques où l'Eglise entreprit ses grandes réformes. Mais vous partagerez aussi, selon le charisme propre de votre Institut, sa volonté de rejoindre en vérité ce monde, nouveau à tant d'égards;

[3] **Cf.** ***1 Cor.*** **1, 25-27.**

[4] ***Matt.*** **16, 25.**

il ne s'agit pas de vous conformer à lui, mais de l'accueillir, de le comprendre et de l'aimer jusqu'au point de lui annoncer Jésus-Christ, avec la patience évangélique et selon les moyens adaptés à son entendement. Or, dans chacun de vos diocèses, de vos régions, de vos pays, les Evêques sont chargés, avec les conseils presbytéraux et pastoraux, de discerner les besoins prioritaires, d'orienter les efforts pastoraux, de les coordonner. Chaque Institut doit bien préciser son identité personnelle, pour s'insérer dans ce service avec sa vocation propre : il n'est pas question d'absorber cette richesse de vos charismes multiformes, traditionnels, dans un regroupement autoritaire ou un nivellement appauvrissant. Néanmoins, chacun doit participer, en toute disponibilité, à la mission de l'Eglise, en harmonie avec l'apostolat exercé dans l'ensemble du peuple de Dieu, sous la responsabilité de la Hiérarchie. Vous vous souviendrez toujours que F« exemption)) elle-même regarde surtout les structures internes de vos congrégations :[5] elle ne doit jamais faire obstacle à la réalisation d'une communion intime, profonde, cordiale, de sentiments et d'action, avec vos Evêques.

Chers Fils et chères Filles, Nous pensions à vous ces jours-ci en célébrant la messe en l'honneur de saint Luc. Vous êtes de ces disciples que le Seigneur envoie aujourd'hui devant lui. Nous prions le Maître de la moisson de vous adjoindre de nombreux compagnons et compagnes, d'une fidélité éprouvée. Et déjà, il Nous semble que le moment est venu d'une reprise en profondeur de la vie religieuse. Allez donc par le monde entier. Portez-y la paix du Christ. Annoncez sa bonne nouvelle, par votre propre vie consacrée : ((C'est le Royaume de Dieu qui vient jusqu'à vous ».[6] Avec Marie, tournez-vous vers le Seigneur, dans l'action de grâces et avec une parfaite disponibilité. Et Nous, de grand cœur, Nous vous bénissons.

[5] **Cf. *Evangelica testificatio,* n. 50.**

[6] ***Lue.* 10, 9.**

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 7 Octobris 1972. — Titulari, pro hac vice, archiepiscopali Ecclesiae Castellanae praefecit Exc. P. D. Petrum Aloisium Sartorelli, Pro Nuntium Apostolicum in Kenya, hactenus Archiepiscopum titulo Seminensem.

die 21 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Hieracensi-Locrensi Exc. P. D. Franciscum Tortora, hactenus Episcopum tit. Liviadensem et Praelatum S. Luciae.

SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

DECRETUM

De nomine Episcopi in prece eucharistica proferendo.

Cum de nomine Episcopi in prece eucharistica proferendo nihil in Missali Romano indicetur, plures Ordinarii et etiam Conferentiae Episcopales ab hac Sacra Congregatione petierunt quinam essent in eadem prece nominandi.

Episcopus in prece eucharistica memoratur non tantum vel non praecipue honoris gratia, sed ob causam communionis et caritatis, sive ad significandum oeconomum gratiae summi sacerdotii,[1] sive ad divina auxilia pro eius persona et ministerio impetranda in ipsa celebratione eucharistiae, quae est totius actionis virtutisque Ecclesiae culmen et fons.[2]

[1] Of. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 26: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 31-32.

[2] Cf. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 10: *A.A.S.* 56 (1964), p. 102.

Patet profecto multas ex his rationibus pro iis quoque valere, qui, sive charactere episcopali insigniti sunt sive non, portionem populi Dei, non ut dioecesim ordinatam, gubernant. Quapropter sequentia statuuntur :

I. In prece eucharistica nominari debent :

a) Episcopus dioecesanus;

b) Episcopus, qui ad aliam sedem translatus, prioris retinet administrationem ;

c) Administrator Apostolicus « sede plena » aut sede vacante, tum permanens tum ad tempus constitutus, qui sit Episcopus et revera toto munere fungatur praesertim in spiritualibus;

d) Vicarius et Praefectus Apostolicus;

e) Praelatus et Abbas nullius cui commissa est iurisdictio in territorium ab aliqua dioecesi seiunctum.

II. Praeter supra dictos, nominari *licet* in prece eucharistica Episcopos Coadiutores et Auxiliares, qui Episcopo dioecesano in dioecesi regenda dant operam, aliosque, dummodo sint charactere episcopali insigniti. Qui si plures sunt, post nomen proprii Ordinarii, de quo in num. I, prolatum, omnes simul memorantur, reticitis nominibus.

III. In aliis omnino peculiaribus adiunctis Apostolica Sedes adeatur.

IV. Quoad formulas adhibendas :

a) formula in memoria agenda sive Episcopi sive Vicarii et Praefecti Apostolici, sive etiam Praelati et Abbatis nullius, erit iuxta varia adiuncta : ((una cum Episcopo (Vicario, Praelato, Praefecto, Abbate) nostro N. » ;

b) si simul sunt cumulanda nomina, nomen Episcopi dioecesani semper *prius* pronuntietur, deinde alterum nomen, hac formula : « una cum Episcopo nostro N. et . . . » vel, quando plures sunt nominandi, formula generali : « una cum Episcopo nostro N. eiusque Episcopis adiutoribus » ;

c) quando Missa celebratur a sacerdote in alieno territorio sed pro coetu fidelium propriae dioecesis (Vicariatus aut Praefecturae, Praelaturae aut Abbatiae nullius), verbi gratia occasione data peregrinationis, formula erit : « una cum Episcopo (Vicario, Praelato, Praefecto, Abbate) nostro N. et Episcopo huius Ecclesiae N. »;

d) Quando Missa celebratur ab Episcopo:

— infra fines propriae Ecclesiae, Episcopos Coadiutores vel Auxi-

liares sibi sociare potest hac formula : « una mecum indigno famulo tuo et cum meis Episcopis adiutoribus»;

— extra fines propriae Ecclesiae, formula erit : « una cum fratre meo N., Episcopo (vel Praelato, Praefecto, etc.) huius Ecclesiae et me indigno famulo tuo ».

Haec statuta, quae Sacra Congregatio pro Cultu Divino, collatis consiliis cum Sacra Congregatione pro Episcopis et cum Pontificia Commissione Codici Iuris Canonici recognoscendo, decrevit, Summus Pontifex Paulus VI, die v mensis Septembris, anno MCMLXXII, approbavit et auctoritate Sua confirmavit, mandans ut ab omnibus ad quos spectat servarentur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 9 mensis Octobris 1972.

ARTURUS Card. TABERA, *Praefectus*

83 H. Bugnini, Archiep. tit. Diocletianen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

i

ROMANA SEU VIEDMÈNSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Zephyrini Namuncurá, iuvenis laici alumni Societatis S. Francisci Salesii.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Omnes christifideles ad sanctitatem propriique status perfectionem prosequendam invitantur et tenentur (Lumen gentium, 42). Hoc Concilii Vaticani II pronuntiatum doctrinam Ecclesiae Catholicae transía-

tieiam repetit, quae praeterea non adultos solos attingit eosve qui ad consilia Evangelica profitenda vocantur, verum etiam iuvenes, *qui spes sunt Ecclesiae (Gravissimum educationis,* 2) quosque ipsa nunc praesertim fidenter amanterque contuetur et cohortatur : *Magno estote animo, corde puri, reverentes, sinceri* (Conc. Vat. II *ad Iuvenes Nuntium).*

Quorum ad iuvenum agmen, qui in regno quoque caelorum « amicti stolis albis ... sunt ante thronum Dei» *(Apoc.* 7, .13-15), merito pertinet Zephyrinus Namuneurá civis illius Araucanae gentis bellica virtute praestantia, quae in Christi ovili sub finem superioris saeculi est ingressa.

Natus est ipse die 26 mensis Augusti anno 1886 in oppido orae Fluminis Mgri cui nomen *Chimpay,* in septemtrionali Patagonia, eo scilicet tempore cum inter Rei Publicae Argentinae magistratus et tribus indigenarum, qui multa saecula a vitae humanioris cultu christianaque fide arcebantur, pax conciliabatur et coagmentabatur optata. Pater eius Emmanuel nomine Pamparum ducum maximus simulque suae gentis caput supremum — vulgari sermone *cacico* — erat ; mater autem naturalis Rosaria Burgos. Hi vero omnes, quamquam baptismate sancto abluti, ethnicorum plane ritu moreque vitam ducebant, cum in remotis iis ac longinquis locis Evangelii deessent praecones, qui Dei verbum praedicarent et instituta Christiana animis inculcarent. Araucana gente imperio demum subdita Rei Publicae, Dominicus Milanesio, missionalis Salesianus atque Araucanorum apostolus, in pervigilio Nativitatis Domini anno 1888 Servum Dei sacro fonte lustravit, qui ad undecimum dein aetatis annum domi suae deversatus est patremque tum secutus ad occidentem solem commigrantem in Andium nempe iugum montium. Etsi infans et puer ad christianam doctrinam perduci haud potuerat, tamen ab ineunte aetate mitem et lenem, impigram et navam ostendebat indolem, praesertim in paternis gregibus custodiendis et pascendis. Parentes summo amplectebatur amore itemque suam universam nationem, quae morum emendatione luceque Evangelii tam indigebat.

Anno 1897 Zephyrinus, quippe qui unus esset in quo spem Araucana tribus poneret, a senescente iam patre deductus est in urbem Bonaêrensem, ubi pro aliquorum olim Rei Publicae magistrorum benevolentia, is veluti delibatus flos et autochtonum meridianorum legatus sodalibus Salesianae Societatis concreditur instituendus et perdocendus.

Ibi profecto divina eum exspectabat gratia, quem quidem virtuti-

bus, quae christianos iuvenes decerent, penitus informaret. Araucanus enim hic adolescens suorum aequalium longe dissimilis insolitam vim ingenii aciemque exhibebat, et promptum ad discendum atque oboediendum se ipse praebebat. Sua fere sponte cor eius ad pietatem in Deum et ad superna trahebatur, dum librum christianae doctrinae praecepta continentem ceteris omnibus anteferebat. Caelestis insuper convivii diu particeps fieri sitienter concupiverat; cuius voti die 8 Septembris a. 1898 demum compos est factus. Postero anno, die 5 Novembris, sacro chrismate obsignatus est. Fervor autem quo haec Sacramenta recepit — ita testes fide digni confirmant in eius animo ac vultu resedit, eique imaginem paene angelicam indidit, atque auxilio fuit ut aequalibus semper pietate et diligentia, seseque gerendi modo et grato erga superiores animo antecelleret. Tales praeterea ac tanti fuerunt per quinque annos in urbe Bonaerensi eius progressus, ut aemulus habitus sit optimorum Salesiani instituti adolescentium.

Anno 1903, iam valetudine minus commoda utens sed vehementi ardens studio Christi sacerdotii suscipiendi, ut propriae genti Evangelii lumen adferret, a Rev.mo Ioanne Cagliero, Patagoniae Vicario Apostolico et patris Servi Dei amico, in urbem Viedmam Vicariatus principem sedem translatus est. Ibi una cum aliis sodalibus, qui Salesianorum Institutum intrare cogitabant, gymnasii, ut aiunt, studia iniit et in eodem collegio virtutum exercitatione eminuit, praesertim caritate, oboediens tia, mansuetudine et perfecta castitate, Araucanae genti propemodum ignota.

Quo autem suae valetudini aptius certiusque consuleret et studiis facilius operam daret, anno 1904 Rev.mus D. Cagliero Famulum Dei in Italiam duxit eumque Venerabili Michaeli Rua et S. Pio Decimo, capitibus nempe Societatis Salesianae et Ecclesiae, tamquam gemmam et proprii apostolatus inter autochtonas Patagoniae trophaeum, familiarem fecit.

Tum Servus Dei studia Augustae Taurinorum prosequebatur apud primariam Salesianorum domum, in qua memoria Dominici Savio, qui ibidem scholas obiverat, adhuc vigebat vehementerque adulescentes alumnos ad perfectionem christianam adipiscendam inflammabat. Inde autem paulo post transiit in Collegium, cui nomen ((Villa Sora », in amoenis Tusculanis collibus situm. Utrisque tum moderatoribus tum aequalibus praeluxit suae probitatis virtutisque exemplo, praesertim vero eucharistico fervore et cotidiani officii perdiligenti functione et mirabili patientia in tuberculorum tabe, qua laborabat, toleranda. Quo

quidem ingravescente morbo, die 28 Martii a. 1905, studiis relictis, in Romanum Fratrum S. Ioannis a Deo valetudinarium delatus est, ubi dolores hilari vultu et animo pertulit, totum se Dei voluntati permittens. Mox morientium sacramentis pie munitus hic adolescens et sanctitatis fama exornatus, die 11 mensis Maii, aetatis undevicesimo nondum expleto anno, obdormivit in Domino.

Religioso funere facto, corpus eius in Urbis sepulcreto ad agrum Veranum prius humatum est ; deinde, anno 1924 in patriam transvectum, nunc apud *Fortin Mercedes,* in antiqua Salesiana Missione requiescit magnaque fidelium honoratur et celebratur frequentia.

Sanctitatis fama, qua Dei Famulus vivens honestabatur, post eius obitum late diffusa atque caelestibus signis confirmata est. Quapropter de beatorum caelitum honoribus eidem decernendis agi coeperunt. Instructis processibus ordinariis in Curia Vicariatus Urbis et, per rogatorias, in Curiis ecclesiasticis Taurinensi, Viedmensi et Bonaerensi, atque edito super scriptis decreto, Pius Papa XII commissionem introductionis causae die 3 Martii a. 1957 obsignavit. Apostolici deinde pro* cessus instituti sunt in Curiis Viedmensi, Taurinensi, Moronensi et apud Urbis Vicariatum super virtutibus in specie, atque de eorundem iuridica vi decretum prodiit die 29 Ianuarii a. 1962.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, die 6 Aprilis a. 1971 Peculiaris Congressus S. Congregationis pro Causis Sanctorum habitus est, in quo dubium discussum est : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.* Quod dubium iterum, die 6 Iulii eodem anno, in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium, Ponente seu Relatore Aloisio Cardinali Traglia, expensum fuit, iique cuncti unanimi consensu affirmando responderunt.

Facta de praemissis omnibus Summo Pontifici Paulo VI relatione per infrascriptum Cardinalem in Audientia eidem concessa die 7 Ianuarii anni huius 1972, Sanctitas Sua sententiam S. Congregationis pro Causis Sanctorum ratam habens, iussit decretum super Servi Dei heroicis virtutibus apparari.

Hoc denique die idem Summus Pontifex, accitis subscripto Cardinali Praefecto necnon Rev.mo Cardinali Aloisio Traglia, Causae Ponente, meque a secretis ceterisque vocari solitis, iisque adstantibus praesens decretum promulgavit, edicens : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cordi-*

nalïbus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, Bervi Dei Zephyrini Namuneurá, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta huius Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 22 Iunii a. D. 1972.

PAULUS Card. BERTQLI, *Praefectus*

h. % S.

£ß Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. I dicren., *a Secretis*

II

TOLETANA

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae a Iesu (Mariae López De Rivas)^ monialis professae Ordinis Carmelitarum Discalceatarum.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Institutorum religiosorum suapte natura ad contemplationem plane adspirantium eorumque sodalium pernecessariam et perutilem operam medio in Populo Dei Concilium Vaticanum II summis idcirco laudibus effert, quod, cum *in solitudine ac silentio, in assidua prece et alacri poenitentia soli Deo vacent ... Deo ... eximium laudis sacrificium offerunt, populum Dei sanctitatis uberrimis fructibus collustrant atque exemplo movent necnon arcana fecunditate apostolica dilatant* (*Perfectae Caritatis,* 7). Quae quidem verba speciem atque imaginem Carmelitidis Servae Dei Mariae a Iesu proprie praeclareque effingere videntur.

Nata est ipsa Antonio López de Rivas et Elvira Martínez Rubio die 18 mensis Augusti anno 1560 in oppidulo *Tartanedo* appellato, dioecesis Seguntinae iii Hispania, ac die 25 eiusdem mensis sacro fonte lustrata.

Cum quartum nondum annum agebat, patre orbata est; quam ob

rem mox deinde una cum matre in avorum paternorum domum Molinam de Aragón sese recepit, ubi ad annum usque 1577 mansit primum matris ipsius tutelae, tum, ut haec anno 1568 viro alteri nupsit, curae patruorum commendata.

A natura ingenio bono instructa atque a suis ad christianos mores informata iam puellula ipsa virtutum fructus iucundos et laetitia permixtos ferebat, dum oboedientiam et caritatem agendo cogitate exsequebatur, poenitentiae usum appetebat et intimum cum Deo commercium ab aetate septem annorum inibat; quibus laudibus singularem erga Virginem Mariam pietatem addebat, a qua quinquennis ex Galli fluminis undis traditur esse erepta.

Circiter annum 1574 Dei Serva ad religiosam vitam amplectendam vehementer se invitari et allici sensit, id quod impedimentis pluribus feliciter superatis firmiter est constanterque prosecuta. Optatum denique cum impetravisset, habitum Carmelitarum Discalceatarum in monasterio Toletano S. Ioseph sacro die 12 Augusti anno 1577 induit, et postero anno die 8 Septembris religiosa vota nuncupavit. Ei interea Carmeli Reformatrix Sancta Teresia ipsa gratiam et favorem monialium asceterii Toletani studiosa laudatione conciliavit.

Ab anno 1579 ad annum 1582 prima in Ordine suo obiit munera. Ut enim vicesimum quartum annum explevit, magistra noviciarum est creata, quod scilicet officium tanto cum discipularum emolumento et spiritali totius communitatis bono peregit, ut ad idem septies dein revocata sit. Mense Iulio anno 1585 ad novum excitandum coenobium profecta est in castellum *Cuerva* nominatum; attamen quinque vix mensibus transactis a proprii monasterii sodalibus invocata Toletum revertit.

Die 24 mensis Iulii anno 1587 Maria a Iesu Pro-Antistita illius domus Toletanae electa est easdemque regiminis partes bis postmodum suscepit. Hoc autem munere fungens tantum studium tamque multam operam in ordinandis moderandisque divinis laudibus et liturgicis actibus ponebat, ut ceteris sociis suis in exemplum ardoris sancti praeluceret. Exacto rite triennio ipsam annos dumtaxat triginta et unum natam instituerunt Antistitam coenobii, cui quidem ad diem 24 Februarii anno 1595 praefuit, ac deinde trium annorum intervallo rursus eam, etsi adversabatur strenue et repugnabat, gubernatricem destinaverunt supremam.

Novum vero imperium illud necopinato est interpellatum. Etenim mense Iunio anno 1600 Pater Alfonsus a Iesu Maria, Carmelitarum

Discalceatorum Castellae visitator provincialis, inductus monialis cuiusdam ealumniis abrogavit illi omnem antistitae auctoritatem vetuitque ne proximis viginti annis illud officium ei iterum committeretur. Res autem istas adversas pertulit caritate patientia humilitate profecto mira et eximia, oculis nempe animoque defixis in Christi summorum dolorum cruciatibus.

Tandem aliquando anno 1620 ipse Pater Alfonsus, factus interim Praepositus Generalis Ordinis in Hispania, Servam Dei in antiquum locum gratiae et honoris et dignitatis restituit ab eaque errati sui veniam impetravit. Anno 1624 tertium adlegerunt eam Antistitam summa voluntatum et sententiarum consensione, quae potestatem sibi creditam, uti consueverat, amanter ac prudenter gessit. Tribus denique post annis octavum recepit curationis noviciarum mandatum, in quo usque ad obitum perstitit.

Postremis decem vitae annis perpetuo conflictabatur Serva Dei valetudinis aegrae et infirmae acerbissimis molestiis, quas tamen pro insignium quorundam peccatorum reditu ad Deum perpetiebatur aequissimo animo. Longae itaque vitae cursum tot virtutum luminibus distinctum et illustratum Maria a Iesu pretiosa morte **Abluti** corona honesta vit. Extremis Ecclesiae sacramentis pie munita animam Deo reddidit die 13 mensis Septembris anno 1640 aetatis suae octogesimo. Nuntio autem illius rei periato cunctus Toletanus populus turmatim atque certatim ad monasterii claustra adcucurrit, ut mortuum eius corpus in medio positum colerent et venerarentur. Postridie vero coram permagna civium frequentia celebratum est funus sollemnibus exsequiis et Servae Dei reliquiae inter binas sacelli chori crates conditae sunt.

Nihil hinc dubitari potest quin propter inusitata sanctimoniae documenta, quibus in vitae suae perpetuitate universis conspicua enituerit, Maria a Iesu in numerum clarorum Familiae Carmelitanae exemplorum adgreganda. Namque in ea simul cum morum probitate excellebat et eminebat flagrantissimum precationis studium ac praestabilis erga sanctissimam Christi Humanitatem, maxime vero erga sacrum Cor eius et pretiosissimum Sanguinem, pietatis adfectus, tum etiam adsidua miserendi peccatorum consuetudo et moribundos defunctosque adiuvandi, postremum animus sollers ac sagax poenitentiae deditus.

Quibus omnibus de causis perappositam perque accommodatam necessitatibus atque condicionibus hodiernis doctrinam et nuntium adfert haec Dei Serva. Siquidem hominibus ad speciem a Deo aberrantibus,

reapse tamen immutabilem veritatem sitientibus, viam certam salutis ipsa factis suis magis quam dictis inveniri demonstrat in summae familiaritatis coniunctione cum « dulci Hospite animae », in quam per sublimem liturgiae cultum penitus intretur.

Sanctitatis fama et existimatio Mariae a Iesu adhuc viventis in ore erat omnium qui eam cognoverant. Ita eam praedicabant moniales conventus Toletani et plerique ecclesiastici ac religiosi viri, praesertim Sanctus Ioannes de Ribera, Doctor Mysticus Sanctus Ioannes a Cruce, atque imprimis Carmeli legifera mater Sancta Teresia, quae videlicet hanc Servam Dei sine fuco ac fallaciis sanctam aperte vocitabat et thesaurum scientiae adeo locupletem esse putabat, quam et in quaestionibus difficilioribus et in spiritalibus disputationibus libenter consuleret cuique subtilissimum et celsissimum opus suum *Las Moradas* inscriptum tamquam suae « parvulae magistrae » fidenter traderet perscrutandum.

Nomine Mariae a Iesu eiusque praestantiae post mortem cito percrebrescente, moderatores supremi Carmelitarum Discalceatorum iuridicam quaestionem de vita et virtutibus et miraculis eius annis 1640 et 1645 intra Ordinem instituerunt. Complura autem deinde variaque impedimenta plane prohibuerunt, ne in canonicum iudicium causa haec tempestive deduceretur. Factum est demum ut anno 1914-1915 ordinarius processus in Curia Toletana instrueretur et, cum super scriptis ei tributis die 26 Iunii anno 1918 decretum esset, Pius Papa XI die 10 Decembris a. 1926 commissionem introductionis causae signaret.

Causa tunc apostolica de virtutibus in specie apud eandem Toletanam Curiam anno 1928-1929 acta est. Ut vero idem Summus Pontifex Pius XI postero anno apud Sacram Rituum Congregationem Sectionem Historicam pro causis antiquis composuit, illi munus comparandae Positionis de virtutibus Famulae Dei delatum est. Postquam igitur servatis omnibus de iure servandis et diligentissima investigatione plures annos producta opus totum feliciter absolutum est, res apud Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum deliberata est et multum agitata de virtutibus theologalibus et cardinalibus eiusdem Servae Dei, et quidem primum, die 22 mensis Iunii anno 1971 in Congressu Peculiari, deinde die 21 Decembris eodem anno in Plenaria Congregatione, in qua Eminentissimi Patres, Mario Cardinali Nasalli Rocca di Corneliano Ponente seu Relatore praeeunte, censuerunt atque edixerunt Servam Dei heroicum in modum virtutes cunctas coluisse.

Haec omnia postmodum Summo Pontifici Paulo VI Cardinalis qui infra scriptus est die 7 Ianuarii anno 1972 nuntiavit, qui vicissim sen-

tentiam Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ratam habuit et confirmavit iussitque decretum apparari super Servae Dei virtutum heroica natura.

Hodierno autem die idem Summus Pontifex, arcessitis Cardinali Praefecto huius Congregationis atque Reverendissimo Cardinali Mario Nasalli Rocca di Corneliano, Causae Relatore, meque a secretis aliisque vocari solitis, edixit adstantibus : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae a Iesu López de Rivas, monialis professae O. C. D., in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri praecepit.

Datum Romae, die 22 Iunii a. D. 1972.

PAULUS Card. BERTOLI, *Praefectus*

L. **£8** S.

£8 Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì 2 **Ottobre** 1972, **il Santo Padre Paolo** VI **ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor** DANIEL NARCIS MTONGA MLOKA, **Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Tanzania.**

Mercoledì 4 **Ottobre** 1972, **il Santo Padre Paolo** VI **ha ricevuto in udienza il Primo Ministro di Gran Bretagna S.** E. EDWARD HEATH.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

13 ottobre 1972. S. E. Mons. Poletti Ugo, Arcivescovo tit. di Cittanova, *Suo Pro-Vicario Generale per la Città di Roma e distretto.*
20 » » Il Rev.mo Archimandrita Baad Ignazio, *Prelato Uditore del Tribunale della Sacra Romana Rota.*

Con Biglietto della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

21 ottobre 1972. S. E. Mons. Poletti Ugo, Suo Pro-Vicario Generale, *Presidente della Pontificia Opera per la Preservazione della Fede e per la Provvista di nuove Chiese in Roma.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Prelati d'onore di Sua Santità:

23 febbraio 1972. Mons. Homeyer Giuseppe (Münster).
14 marzo » Mons. Fichter Augusto Beniamino (Evansville).
» » » Mons. Kilfoil Giacomo Patrizio (Evansville).
» » » Mons. Schroeder Othmar Enrico (Evansville).
22 » » Mons. Van-Ommeren Guglielmo (Spokane).
4 maggio » Mons. Murdick Olin Giovanni (Saginaw).
6 » » Mons. Powers Bernardo A. (Owensboro).
21 » » Mons. Fasti Antonio (Graz).

22	maggio	1972.	Mons. Castermans Alfonso Maria E. A. (Roermond).
»	»	»	Mons. Chavez Gilberto (San Diego).
»	»	»	Mons. Cooney William (San Diego).
»	»	»	Mons. Mimnagh Peter F. (San Diego).
30	»	»	Mons. Celiesius Petras (Kaiéiadorys).
»	»	»	Mons. Gizinskas Leonardo (Kaunas).
»	»	»	Mons. Hopf Linns J. (Vicariato Oastrense - *U.S.A.).*
»	»	»	Mons. Mayer William (Vicariato Oastrense - *U.S.A.).*
»	»	»	Mons. Plocki Robert (Vicariato Oastrense - *U.S.A.).*
»	»	»	Mons. Russell John J. (Vicariato Oastrense - *U.S.A.).*
17	giugno	»	Mons. Mullen Timoteo (Baltimore).
21	»	»	Mons. Saxer Vittorio (Fréjus-Toulon).
15	luglio	»	Mons. Greco Raffaele (Lecce).
29	»	»	Mons. Marszal Giovanni (Krakow).
2	agosto	»	Mons. Sorge Giovanni (Ohieti e Vasto).
»	»	»	Mons. Oscar Enrico (Mariannhill).
23	»	»	Mons. Acerra Leopoldo (Oaiazzo).
25	»	»	Mons. Florenzani Umberto (Veroli-Frosinone).

Cappellani di Sua Santità:

6	maggio	1972.	Mons. Lescher Sidney G. (Liverpool).
21	»	»	Mons. Klamminger Carlo (Graz).
»	»	»	Mons. Wiess Giuseppe (Graz).
6	giugno	»	Mons. Kaladjian Giuseppe (Detroit).
15	luglio	»	Mons. Politano Francesco (Mondovì).
29	»	»	Mons. Czekaj Stanislao (Krakow).
»	»	»	Mons. Protopapa Luigi (Lecce).
»	»	»	Mons. Galeniewski Taddeo (Plock).
17	agosto	»	Mons. Brown Ralph (Westminster).
23	»	»	Mons. De Marinis Ettore (Chieti).
8	settembre	»	Mons. Travaglino Luigi (Nola).
9	ottobre	»	Mons. Di Giannicola Luigi (Norcia).

NECROLOGIO

11	agosto	1972.	Mons. Viola Alfredo, già Vescovo di Salto.
1	ottobre	»	Mons. Conduru Pacheco Felipe, Vescovo tit. di Decoriana.
8	»	»	Mons. Cuenco José María, Arcivescovo di Jaro.
»	»	»	Mons. Ricote Alonso Juan, Vescovo di Teruel.
13	»	»	Mons. Sena de Oliveira Ernesto, già Arcivescovo-Vescovo di Coimbra.
21	»	»	Mons. Olaechea Loizaga Marcellino, già Arcivescovo di Valencia.
»	»	»	Mons. Jauffrés Augustin, già Vescovo di Tarentaise.

An. et vol. LXIV 30 Novembris 1972 N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** — *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE

I

S. Ioseph, Sponsus B. M. V., princeps patronus dioecesis Civitatis Guzmanae declaratur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Sancti Ioseph, Beatae Mariae Virginis sponsi castissimi, eiusdemque fidelissimi Christi custodis, vice patris, tanta dignitas tantaque Ecclesiae religio, ut non solum eadem eius cultum, maxime his temporibus, et aluerit et ingentibus pietatis incrementis ampliaverit, sed etiam, verba Scripturae sanctae de Iosepho Hebraeo sibi accommodans, quae sunt « Ite ad Ioseph » *(Gen.* 41, 55), non intermisit christianum populum quasi ad principem sui tutorem, et custodem, et defensorem mittere, cui custodiendum tradere. Quandoquidem ergo clerus ac populus universus dioecesis Civitatis Guzmanae in Mexico, amore ducti, quo iam pridem afficerentur, erga hunc Sanctum, illum praecipuum dioecesis suae patronum sibi elegerint, venerabilisque Frater Leonardus Viera, eiusdem dicionis Episcopus id probaverit, litterisque datis petierit ut ad normam Instructionis De Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis n. 30, tum electio, tum probatio confirmaretur, Nos, ea rata habentes quae Sacra Congregatio pro Cultu Divino statuerit, factis a Nobis facultatibus, quam aequissime optatis concedimus, certa spe fore, ut ea res Ecclesiae sanctae bono cedat. Quare placet

S. Ioseph, B. M. V. sponsum, patronum principalem dioecesis Civitatis Guzmanae declarari et haberi, cum omnibus iuribus et privilegiis liturgicis iuxta rubricas. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae sive nunc sive in posterum firmae sint effectumque habeant, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die ix mensis Octobris, anno MCMLXXII, Pontificatus Nostri decimo.

83 ALOISIUS Card. TRAGLIA, *8. R. E. Cancellarius*

Loco £B Sigilli

In Ap. Cano, tab., vol. II, n. 84.

II

Templum S. Nicolai, in oppido Ijsselstein in archidioecesi Ultraiectensi, ad honorem et dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quamvis salus nostra omnis in Christo, adorando Dei Filio eodemque hominum Redemptore, sit unice ponenda, consuevit tamen Ecclesia, ut inde a maioribus institutum tenet et mos fert, etiam sanctos illos viros studio, honore, veneratione prosequi singulari, quos animi virtus in caelestium sede collocavit; quorum sane integerrima vitae ratio, divinis amplissimasque cumulata donis, cum sit ipsa laudanda, tum exemplo esse potest ad imitandum, tum etiam subsidio in hoc terrestri itinere ad caelum. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Noster Bernardus S. R. E. Cardinalis Alfrink, Archiepiscopus Ultraiectensis, idemque coetus Episcoporum Hollandiae Praeses, suo suorumque fidelium nomine, id ab hac Petri Sede petierit, ut templum S. Nicolai, in oppido Ijsselstein situm, in suae archidioecesis finibus, titulo Basilicae Minoris honestaretur, Nos, sive tanti viri dignitatis ratione habita, sive ipsius templi momento considerato, hoc est historia, maiestate, splendore, fide, pietate in Deum in Eiusque sanctos, aequo animo optatis concedimus, certa spe fore, ut ibidem sanctissima Christi religio maiora usque incrementa capiat. Quare placet templum illud titulo ac dignitate Basilicae Minoris insigniri, cum iuribus omnibus atque liturgicis concessionibus rite competentibus, servatis tamen quae iuxta decretum « De titulo Basilicae Minoris », die vi mensis iunii datum, anno MDCCCCLXVIII, servanda sunt.

Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur vimque suam sive nunc sive in posterum habeant, contrariis minime obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Novembris, anno MCMLXXII, Pontificatus Nostri decimo.

£8 ALOISIUS Card. TRAGLIA, *8. R. E. Cancellarius*

Loco £B Sigilli

In Ap. Cane, tab., vol. II, n. 86.

EPISTULAE

I

Exc.mo P. D. Henrico Mariae Janssen, Hildesiensi Episcopo, millesimo centesimo exacto anno ex quo ea cathedralis ecclesia exstructa est.

Hildesiae decus eximium merito praedicatur ecclesia cathedralis, Beatae Mariae Virgini sacra, quae structurae genere est praeclara, pretiosis artis operibus conspicua, potissimum vero religione commendatur. Cum vero in praesenti millesimus centesimus annus expleatur, ex quo a Sancto Altfrido, episcopo, est exstructa, ea nova quasi luce splendescit. Iuvat etiam memorare huius aedificii molem, saeculo XI incendio vastatam ac deinde refectam, bello vero, quod non ita pridem per orbem terrarum desaeviit, miserrime disiectam et postea restitutam, esse testimonium invicti amoris, quo Hildesienses Praesules et fideles in hoc pietatis primarium domicilium ferantur.

Provido igitur consilio, Venerabilis Frater, statuisti, ut ad hanc recolendam memoriam sollemnia per annum agerentur ; quae animo et mente participantes, probe confidimus ea ad vitam christianam promovendam plurimum esse valitura. Novimus quidem tibi admodum cordi esse, ut unitas illa, maxime in his sacris celebritatibus, firmetur et vigeat, qua Apostolicae Sedi et Romano Pontifici ut Petri successori haereatur. Re quidem vera hoc aperte et significanter iam declaratum est, cum praeterito mense Maio cum nonnullis sacerdotibus et multis laicis, curae tuae pastorali commissis, Romam petivisti, ut principum Apostolorum viseres sepulcra et Nosmet adirés.

Est quidem ad Nos allatum Hildesiensis dioecesis fideles turmatim etiam ad istud templum cathedrale, per hoc tempus, accedere, ut

divite haustu pietatem alant et augeant. Hi omnes, praesertim vero ii — sunt quidem permulti —, qui in ampla regione, pastorali diligentiae tuae credita, nova domicilia invenerunt aut in dispersione degunt, incitari, quemadmodum prorsus speramus, se sentient, ut eandem aulam Dei habeant principem ac vere suam in illa plaga religionis catholicae sedem et in unum gregem vere coalescant.

Praeterea arcana eiusdem loci reventia iidem adducantur, ut templi imaginem ad suam referant vitam ; videlicet noverint se esse debere lapides vivos, domum spiritalem.[1] Animas ergo suas, quae sint templa Dei, ornent virtutibus, in eas recipiant Christum, ita ut tota ipsorum conversatio sit quasi aedificium excultum, cuius omnes partes apte venusteque inter se conveniant.

Si hoc feliciter contingit, « habitat ut ait Sanctus Augustinus, in singulis Deus tamquam in templis suis, et in omnibus simul in unum congregatis tamquam in templo suo ».[2] Ita e multis membris in unum corpus coalescit Ecclesia particularis, ita viribus pollet et, dum Ecclesiam universalem repraesentat, fit signum Christi iis, qui alieni sunt ab eo.[3]

Denique hoc templum animos convertit ad Sanctos : imprimis ad Almam Deiparam, cui, ut supra diximus, est dedicatum, deinde ad Ínclitos Praesules Altfridum, Bernvardum, Godehardum, qui eius cathedram obtinuerunt. Hi, humanitatis nostrae consortes, viam ostendunt, qua itur ad illam sempiternam domum Dei, quae templo terrestri significatur et in qua illis licet perfrui bonis, quae neque aspectu oculorum comprehendi, neque auribus percipi, neque ulla cogitatione queunt adumbrari. Illorum deprecatione expeditius est iter in hac peregrinatione, quae saepe tot tantisque difficultatibus praepeditur.

Hac profecto mente dum fausta proferimus vota, tibi, Venerabilis Frater, Auxiliaribus Episcopis tuis, sacerdotibus necnon toti gregi, ad quem in latissime patente dioecesi Hildesiensi tua pertinet sollicitudo, Benedictionem Apostolicam, caelestium munerum auspicem et paternae dilectionis Nostrae testem, libenter impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xvi mensis Octobris anno MCMLXXII, Pontificatus Nostri decimo.

PAULUS PP. VI

[1] **Cfr. *1 Petr.* 2, 5.**
[2] ***Ep.* 187, 13; *PL.* 33, 847.**
[3] **Cfr. Conc. Vat. II, Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 20.**

II

Ad E.mum P. D. Iulium S. R. E. Cardinalem Döpfner, Archiepiscopum Monacensem et Frisingensem, Conferentiae Episcoporum Germaniae Praesidem, annuo eiusdem Conferentiae Conventu Fuldae celebrato.

Tot inter curas, quibus in supremo obeundo ministerio apostolico premimur, non paulum laetitiae ex humanissimis cepimus litteris, quas tu, Venerabilis Frater Noster, alii Patres Cardinales necnon ceteri Praesules Germaniae, sueto more ad sepulcrum Sancti Bonifatii coetum agentes, nuper ad Nos dedistis. Etenim praeter sinceri obsequii significationes gratulationesque ob natalem Nostrum, multae continebantur eadem epistula res prorsus praeclarae, veluti inconcussa, quam confirmastis, voluntas communionis cum hac Apostolica Sede servandae et unitatis catholicae coagmentandae.

Haec profecto unitas, cui, quemadmodum ipsi animadvertistis, hac aetate tot insidiae parantur, tot impendent pericula, omni ope est in tuto collocanda et provehenda. Iuvat hortatoria iterare verba, quibus Sanctus Augustinus est usus : <(Teneamus ergo unitatem, fratres mei : praeter unitatem, et qui facit miracula nihil est »-[1]

Neque immerito mentionem iniecistis etiam de decimo expleto anno, ex quo Concilii Oecumenici Vaticani II initium est factum. Quo anniversario die sic fideles, coram Nobis congregatos, sumus allocuti : « Novimus autem memoriam Concilii in omnium animis insidere ut eventum, cuius pondus in dies augeatur, quippe quod sit quasi pars viva spiritualis historiae Ecclesiae et mundi, ac quidem hodie et futuris temporibus ».[2] Vis ergo eiusdem Concilii nedum imminuatur, ut quidam forsitan arbitrentur, sed maior evadit, et Pastorum praesertim impulsione in totam compagem Ecclesiae salubriter penetret oportet.

Ab illo etiam Communis dioecesium Reipublicae Foederatae Germaniae Synodus quodammodo manat; ac vota facimus Deumque deprecamur, ut haec prospero exitu in veri nominis bonum dilecti populi catholici vestrae patriae vertat.

Actionem pastoralem vestram his temporibus difficiliorem reddi neminem latet. Est tamen nihil omittendum, quominus Ecclesia homines, maxime adulescentes, proxime contingat, qui pravis doctrinis

[1] In *Io. Ev.,* 13, 17; *PL.* 35, 1501.
[2] Cfr. *L'Osservatore Romano,* 12 oct. 1972.

commentisque opinionum, turpibus scriptis et spectaculis, venenis concitan tibus ac similibus illecebris a recta via abducuntur. Non dubitamus, quin, vobis praeeuntibus, nisus geminentur, ut tot animabus, quae sic misere periclitantur — quod quidem in aliis quoque regionibus accidere videmus — efficaciter consulatur.

Nec minore studio persequenda est navitas apostolica, ad eos pertinens, qui, profugi, novas sedes in dioecesibus vestris reppererunt vel aliter ob bellicas calamitates passi sunt iacturam. Est hoc sane gratissimum Nobis, qui singulari amore in illos ferimur filios Nostros, quorum novimus casus adversos et fidelitatem erga Ecclesiam dilaudamus ; ac fore confidimus, ut, iisdem dioecesibus vestris inserti, communi profectui alacres cooperentur.

Vobismet ipsis denique fraternam caritatem testificantes asseverentesque Nos strenuos labores vestros studiose contueri, tibi, Venerabilis Frater Noster, dilectisque S.R.E. Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis Germaniae Benedictionem Apostolicam, caelestis roboris et solacii pignus, libenter impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die iv mensis Novembris, anno MCMLXXII, Pontificatus Nostri decimo.

PAULUS PP. VI

NUNTIUS GRATULATORIOS

Ad **E.mum** P. **D. Rufinum S. R. E. Cardinalem Santos, Archiepiscopum Manilensem, quinque condentem lustra ab episcopali ordinatione suscepta.**

Laeti laetum nuntium accepimus, mense Octobri huius qui vertit anni apprime fausti eventus tibi, Venerabilis Frater Noster, contingere rite recolendam recordationem : quinque enim condes lustra ab episcopali ordinatione suscepta.

Ut praeclara fert et exigit occasio, huiusmodi sollemne una cum clero populoque Manilensis Archidioecesis, tuae curae, celebrabis, qui, sui ductoris et magistri pia participantes gaudia, obsequii et amoris tui praebebunt publicas significationes. Nos, qui hisce festis coetibus adesse cupimus, bene ominantia verba praesentibus Litteris concredimus, e quibus argui poterit non novo, sed conspectiore testimonio mutuam fidei et caritatis communionem solidari et apertam fieri.

Manilensi Ecclesiae sacer pastor datas, et a Decessore Nostro Ioanne XXIII Patrum Cardinalium Romana purpura decoratus, ostendisti animi laudes, quibus exornaris, scilicet religionis sanctissimae tutandae et amplificandae studium, catholicae unitatis fidam custodiam, in dulcem patriam numquam languentem operosamque pietatem. Acie versatilis ingenii praeditus, incepta rei sacrae et rei civili quoque profutura aggressus es et perficis.

Quid vero tibi nunc exoptandum orandumque, quod tibi et sacrosanctae causae, pro qua militas, et communitatis quoque istius civili consortio prosit? Te veteranum militem Crucis, pontificem, virtutum opificem, dilecti Nobis Philippinarum Insularum incolae, in quarum bono vigilat sollicitudo tua, colant virum bonum et benignum, cui praeesse sit prodesse, quem nitidis moribus et exemplis sapientiae addeceat biblicum elogium : « Hic est fratrum amator et populi Israel : hic est qui multum orat pro populo et sancta civitate))," atque adeo solidioribus caritatis vinculis eos qui tui, imo Christi sunt, demereberis.

Largius in te effundat divitias bonitatis suae Dei dignatio, scuto circumdet te veritas eius[2] et diligentem sui diu te servet semper in exemplum pium, in quiete operosum, in navitate tranquillum, supernam beatitatem sine nube et occasu praestolantem, longam porro post annorum seriem, quam tibi cupimus bonis operibus et meritis locupletandam, auspice beatissima Virgine Maria Matre Ecclesiae, sanctitatis archetypo rutilantissimo, cuius misericordi patrocinii obtutui te magnis precibus commendamus, ut feliciter tibi cuncta eveniant.

création de « Cor Unum » —, que la splendide diversité des initiatives et des actions de la Charité chrétienne ne vienne à être centralisée, uniformisée, voire gérée, d'en haut et d'un seul lieu. Mais combien Nous souhaitons que chacune de ses manifestations, dans leur originalité, dans leur cadre, dans leur forme, porte toujours la marque d'un engagement de l'Eglise tout entière et d'une fidélité pleine à tout le Message évangélique. C'est pour marquer effectivement cette présence de l'Eglise que par trois fois, au cours des mois écoulés, Nous avons voulu qu'un membre du Secrétariat de « Cor Unum » se rende sur les lieux mêmes où de grands malheurs avaient frappé nos frères. Et dans ce contexte, Nous pouvons vous répéter» à vous aussi ce que Nous disions de l'action missionnaire dans Notre récente lettre à l'occasion du cent-cinquantième anniversaire de l'Œuvre de la Propagation de la Foi : « Limiter volontairement l'action missionnaire », — disons ici l'action chrétienne de secours et d'assistance —, « aux seuls aspects économiques et sociaux ou culturels du développement serait manquer gravement, non seulement à la vocation de l'apôtre, mais aussi à l'aspiration qui surgit des profondeurs du cœur humain, et en définitive mener l'homme vers une impasse ». Aussi, après avoir relevé avec intérêt que dans les Orientations de travail mises au point par votre Première session vous tombiez d'accord que le principe général de toute assistance était le développement de tout l'homme, Nous vous félicitons d'avoir prévu dans le plan de vos travaux une mise en commun de vos diverses conceptions du ((développement intégral ». Nous savons que c'est précisément le souci d'agir pleinement en chrétiens qui vous a amenés à inscrire ce point à votre Ordre du Jour.

A la lumière de telles concertations, vous arriverez progressivement à harmoniser sans imposer, à coordonner sans commander, à unir sans unifier, tâche paradoxale et seulement possible si, en fils d'une seule Eglise, en membres du même corps, vous vous témoignez une mutuelle sollicitude.[1] Et cela Nous le disons maintenant de vos plans et de vos projets, de vos aspirations et de vos intentions, des légitimes demandes des uns et des généreuses intentions des autres. Nous avons créé et mis à la disposition de tout le Peuple de Dieu ce cadre du Conseil « Cor Unum » afin que l'esprit de charité de tous permette de réaliser cette coordination fraternelle, condition de l'authen-

[1] Cf. *1 Cor.* 12, 25.

ticité plus manifeste du témoignage auquel on reconnaît, dans l'exercice de la charité, les disciples du Christ.

Ce témoignage, ils sont nombreux ceux qui le portent en des activités trop diverses pour être énumérées ici: tous servent l'épanouissement de la charité chrétienne et Notre rencontre avec le Conseil « Cor Unum » est une occasion bienvenue de les féliciter et des les encourager. Notre pensée s'étend au-delà d'eux également à tous ceux, plus nombreux encore, qui leur fournissent de quoi aider. Ne perdons jamais de vue, dans l'exercice de la charité chrétienne, que seules la rendent possible d'infinies générosités dont il nous faut respecter toujours l'intention et le prix. C'est constamment, Nous le savons, que se répète dans l'Eglise l'obole de la veuve louée par le Seigneur.

Your présence here dear Sons is a manifestation of your deep désiré to respond to Our invitation to render the Church ever more resplendent and effective in its mission of Charity. We thank you one and ail for ail your endeavours during thèse days to ensure that « Cor Unum » becomes towards that end, an efficient and harmonious instrument. Each of yoü will be contributing of his personal expérience to the common exchange of views since you live in places so différent and since your organisations have aims and objectives which reflect the différent facets and concern of Christian Charity. It is by placing ail this richness at the level of the universal Church that you give it its full value as an authentic witness. It is our fervent wish that the work of thèse days, like ali the activities of « Cor Unum », be permeated by an anxious desire for ail to act in common as brothers, members of the same People of God.

Dans la joie donc de vous trouver ici réunis pour un travail nécessaire mais fraternel, Nous vous accordons de tout cœur notre paternelle Bénédiction Apostolique.

VII

Ad itálicos Iuris peritos catholicos qui XXIII Conventui, eorum favente Societate habito, interfuerunt. *

Illustri Signori e Figli carissimi,

Salutiamo con paterna effusione di stima e di affetto la vostra assemblea che partecipa in questi giorni al XXIII convegno nazionale dell'Unione Giuristi Cattolici Italiani. Questa visita ci offre la gradita

*** Die 9 mensis decembris a. 1972.**

opportunità di riprendere ancora una volta contatto con la vostra benemerita associazione e di compiacerci con voi, che nei vostri convegni nazionali e nelle vostre riunioni locali, sulla vostra rivista *Iustitia* e sui vostri bollettini mensili, seguite e trattate con spirito cristiano e con alta competenza scientifica i problemi del mondo contemporaneo.

Il desiderio che avete manifestato di ricevere da noi una parola che vi guidi e vi illumini nei vostri lavori e nella vostra opera, è la conferma della viva coscienza che voi avete degli obblighi a voi imposti dalla vostra professione di giuristi, e più ancora dei doveri che derivano dalla vostra fede cristiana.

Tanto più volentieri aderiamo al vostro desiderio, in quanto il téma dell'aborto che voi avete scelto quest'anno come argomento del vostro convegno nazionale riveste un carattere di grande interesse ed attualità. Si tratta di un tema oggi molto discusso, ma assai spesso male impostato e trattato; correttamente voi, perciò, avete dato ad esso la giusta impostazione *di difésa* del diritto alla nascita.

Voi ben sapete come la Chiesa abbia sempre condannato l'aborto, sì che gl'insegnamenti del nostro Predecessore di ven. mem. Pio XII[1] e del Concilio Vaticano II[2] non han fatto che confermare la mai mutata ed immutabile sua dottrina morale. A voi pure è noto che contro le recenti leggi o proposte di legge, che in vari Stati attuano o tendono ad attuare la cosiddetta « liberalizzazione dell'aborto», si è levato l'episcopato di tutto il mondo, proponendo rimedi più idonei per eliminare o contenere al massimo questa così diffusa *piaga sociale.*

« L'aborto come l'infanticidio — ha ribadito il Concilio — sono abominevoli delitti ».[3] La ragione teologica fu ben precisata nel discorso sopra ricordato di Pio XII : « Ogni essere umano, anche il bambino nel seno materno, ha il diritto alla vita *immediatamente* da Dio, non dai genitori, né da qualsiasi società o autorità umana. Quindi non vi è nessun uomo, nessuna autorità umana, nessuna scienza, nessuna "indicazione " medica, eugenica, sociale, economica, morale, che possa esibire o dare un valido titolo giuridico, per una *diretta* deliberata disposizione sopra una vita umana innocente, vale a dire una disposizione che miri alla sua distruzione, sia come a scopo, sia come a mezzo per un altro scopo, per sé forse in nessun modo illecito ».

[1] Discorso del 29 ottobre 1951. *A.A.S.* 43 (1951), pp. 835-854.

[2] Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* nn. 27 e 51.

[3] *Loc. cit.,* n. 51.

Nella Costituzione *Gaudium et spes* il Concilio, rivolgendosi a tutti gli uomini e non ai soli cristiani, apporta anche le ragioni di diritto naturale e sociale. Anzitutto la dignità della persona umana, che viene lesa non solo nella innocente vittima dell'uccisione, ma nella madre stessa che volontariamente a ciò si adoperi, ed in quanti — medici od infermieri — cooperino all'aborto volontario. Non meno gravi, poi, sono le ragioni di diritto sociale, oggi particolarmente valide e di più stretta competenza di voi giuristi. Se, come ammonisce il Concilio, « Dio, padrone della vita, ha affidato agli uomini l'altissima missione di proteggere la vita : missione che deve essere adempiuta in modo degno dell'uomo »,[4] su ogni uomo, sulle comunità intermedie (a cominciare dalla famiglia) e soprattutto sulla comunità politica poggia questa missione, che è a un tempo *dovere* e potere. Se lo Stato sociale contemporaneo va assumendo sempre più anche su di sé questo compito di protezione e di promozione della vita umana in modo degno dell'uomo, e ciò in conformità delle *Dichiarazioni universali dei diritti dell'uomo e del fanciullo,* nessun dubbio che tale protezione debba avere inizio, non dalla nascita o dalla maggiore età della persona umana, ma sin dal concepimento, come quello che è l'inizio di un solo ed univoco processo vitale, che si conclude nella nascita di un nuovo essere umano.

Nella civiltà occidentale questa protezione del nascituro ha inizio ben presto, sebbene a scopi particolari. Come in favore di lui sono i risalenti istituti del «curator ven tris »,[5] della mutazione delle successioni e della revoca delle donazioni, così oggi le disposizioni sul trattamento di favore fatto alle donne incinte, in caso di arresto o di condanna penale, dimostrano non solo l'interesse pubblico alla vita del concepito, ma che a lui lo stesso diritto positivo riserva dei *diritti.* Come negare, allora, che egli abbia sin dal primo istante di vita quella titolarità di diritti che oggi — ben distinta dalla semplice capacità di agire — coincide con lo stesso concetto giuridico di persona? Ora, il primo e più fondamentale dei diritti dell'uomo è quello alla vita, ossia alla protezione della sua vita ; e nessuno può avere un diritto contrario, quando si tratta di un innocente. Più debole è il soggetto, più bisognoso di protezione egli è, e più incombe a tutti il dovere di proteggerlo, massimamente alla madre, finché lo ha nel suo seno.

[4] ***Loc. cit.,* n. 51.**

[5] **Of. *Dig.* 26, 27, 42.**

Falsi e alienanti sono in proposito certi distorcimenti dell'odierna e per sé giusta istanza della emancipazione femminile, o della cosiddetta libertà sessuale, come quelli che ripugnano non solo alla morale cattolica, ma alla stessa etica universalmente umana. Mentre il problema dell'aborto, come si è detto, non può venir impostato sulla sola considerazione individualistica della donna, ma deve esserlo anche sotto il profilo del bene comune e soprattutto sotto quello della personalità del nascituro, la vera emancipazione femminile non sta in una formalistica o materialistica eguaglianza con l'altro sesso, ma nel riconoscimento di ciò che la personalità femminile ha di essenzialmente specifico, la vocazione della donna ad essere madre. In tale vocazione, infatti, è implicito, è destinato a concretarsi il primo e più fondamentale dei rapporti costitutivi di personalità : il rapporto tra quel singolo nuovo essere umano e quella singola donna, come sua propria madre. Ora, chi dice *rapporto* dice *diritto;* chi dice rapporto fondamentale dice *correlazione tra un diritto e un dovere parimente fondamentali;* chi dice rapporto fondamentale umano, dice *valore umano universale*, degno di essere protetto come contenuto del bene comune appunto universale, giacché ogni individuo è anzitutto e costitutivamente *nato di donna.*

Su queste linee, pertanto, i giuristi hanno un compito a nessun altro inferiore di difendere nella società questo universale valore umano che è alle sorgenti stesse della vita, alle radici della civiltà non solo cristiana, ma semplicemente ed universalmente umana.

Tale è, del resto, la linea che voi vi sforzate di seguire, e noi ce ne congratuliamo con voi, facendo voti che i risultati del vostro convegno sappiano dare alle questioni proposte le risposte adeguate, equilibrate, chiarificatrici, che le persone oneste e pensose del vero bene della nazione oggi si attendono.

Con questi sentimenti, noi invochiamo con fiducia l'assistenza divina sui vostri sforzi, aftinché la grazia del Signore li faccia fruttificare pienamente, mentre di gran cuore accordiamo a voi qui presenti e a tutti quelli che voi qui rappresentate la propiziatrice Apostolica Benedizione.

VIII

iis qui in Gregoriana Studiorum Universitate « Cursui renovationis canonicae pro iudicibus aliisque Tribunalium administris » interfuerunt. *

Dilecti filii.

Iuvat Nos ex animo salutem vobis impertire, qui in hanc Urbem convenistis, ut operam daretis alteri « cursui renovationis canonicae pro iudicibus aliisque Tribunalium administris », a Nostra Universitate Gregoriana sollerter instituto. Quod quidem inceptum feliciter progredi videmus, ut ipsa praesentia vestra testatur : sunt enim inter vos vicarii generales, iudices, defensores vinculi, advocati aliique regionalibus iudiciis addicti, ac quidem ex Europa, America, Africa.

Hoc gaudii bonaeque spei praebet materiam, ac vota facimus, ut e seminibus, quae hic iaciuntur, laetissimi fructus ad utilitatem Ecclesiarum particularium, in quibus mandata vobis munera obitis, exoriantur.

Nos visendi causa adire voluistis hanc Apostolicam Sedem, cui supremum magisterium, atque adeo praecipua legum latio et custodia, a Christo Domino sunt commissa. Hoc opportunitatem Nobis dat vim et momentum iuris canonici breviter perpendendi; id enim, ut probe novistis, his temporibus saepe in discrimen vocatur. Num auferendum est? Sunt quidem nonnulli, qui eo progrediantur, ut Ecclesiam carere velint huiusmodi instituto.

Sunt autem et alii, qui id obtrectent, spernant, neglegant, immo nocivum arbitrentur. Hi errores a falsis opinationibus proficiscuntur, quae circa doctrinam de Ecclesia a quibusdam disseminantur, quasi haec sit solum charismatica ideoque legum vinculis, ut aiunt, non coercenda. Aliis autem nimius ille « iuridismus », quem vocant, sic praeponderare videtur, ut pars spiritualis Ecclesiae extenuetur ; quapropter illi ius ipsum impugnant. Alii denique, amorem extollentes, afiirmant leges cum eo non congruere posse, quasi iustitia, in iure fundata, non sit et ipsa virtus, cum caritate coniuncta et reapse colenda.

Vos plane intellegitis haec omnia a vero esse prorsus aliena et fundamentum compaginis ecclesiasticae subvertere. Libet sententiam iterare, de doctrina Concilii Vaticani Secundi depromptam : « Unicus Mediator Christus Ecclesiam suam sanctam, fidei, spei et caritatis communitatem his in terris ut compaginem visibilem constituit... Haec Ecclesia, in hoc mundo ut societas constituta et ordinata, subsistit in

*** Die 13 mensis decembris a. 1972.**

Ecclesia catholica, a successore Petri et Episcopis in eius communione gubernata ... ».[1] Cum ergo sit societas visibilis, Ecclesia necesse est potestatem et officium habeat leges condendi et curandi, ut iis obtemperetur. Membra autem Ecclesiae obligatione conscientiae devinciuntur iisdem legibus obsequendi. Utrique, auctoritas et fideles, hoc modo Deo eiusque Ecclesiae deserviunt. Quod quidem ius est fundamentum naturale huiusce societatis visibilis, quo rectus eius ordo constituitur et sine quo perturbatio, confusio, modus ad cuiusvis arbitrium se gerendi irrepunt.

Ius autem canonicum est ius societatis visibilis quidem, sed supernaturalis, quae verbo et sacramentis aedificatur et cui propositum est homines ad aeternam salutem perducere.

Ipse conditor Dominus Iesus Christus voluit, ut eadem sic disponeretur et compaginaretur ; quod ex verbis eius patefit, velut ex his, quibus Apostolos est allocutus : « Amen, dico vobis, quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in caelo, et quaecumque solveritis super terram, erunt soluta et in caelo » ;[2] vel : « Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes ... docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis ».[3]

S. Paulus in prima Epistola ad Corinthios verum tractatum de hac re, divino afflante Spiritu, composuit.[4]

Ex his consequitur, ut iuridica ordinatio et compages Ecclesiae ad Revelationem pertineant ideoque aboleri nullatenus possint, et ut doctrina iuris canonici sit disciplina cum theologia solido consociata foedere.

Notum est praeterea Apostolos ius ecclesiasticum re vera exercuisse; satis est memorare Apostolum gentium, qui quendam gravissimo crimine foedatum iudicavit in eumque animadvertit,[5] et negotia seu lites inter ipsos fideles seu « sanctos)) voluit expediri.[6]

Quapropter sive e Revelatione sive e iuris exercitatione, quae apud Apostolos cernitur, liquet ius canonicum esse ius sacrum, prorsus distinctum a iure civili. Est quidem ius generis peculiaris, hierarchicum, idque ex ipsa voluntate Christi. Id totum inseritur in actionem salvificam, qua Ecclesia opus redemptionis continuat. Quae cum ita sint, iuridica instituta societatis civilis nequeunt sine discrimine in Ecclesiam transferri.

[1] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 8.
[2] *Matth.* 18, 18.
[3] *Matth.* 28, 18-20.
[4] Cfr. et *1 Thess,* o, 12-13.
[5] Cfr. *1 Cor.* 5, 3-5.
[6] Cfr. *1 Cor.* 6, 1.

Quis denique ignorat ingens opus traditionis, quo factum est, ut per saeculorum decursum mirabile quoddam erigeretur monumentum, collectanea dicimus legum, quibus Ecclesia ut provida mater pro temporum necessitatibus bono fidelium consulere studuit?

Reverenter ergo intuemur illud veluti aedificium ordinationis, legibus innixae, qua haec societas visibilis simul et spiritualis regitur. Oportet autem ius canonicum instrumentum efficax et vitale evadat; quapropter animis penitus figamus hortationem Concilii Vaticani Secundi: «in iure canonico exponendo... respiciatur ad mysterium Ecclesiae».[7] Renovato ergo spiritu opus est in iure canonico docendo et — hoc etiam addatur — ad usum deducendo, ita ut eiusmodi actio numquam careat vigore pastorali, quo serviatur populo Dei.

Si quid vero pro humana fragilitate minus rectum gestum est in legibus ferendis et applicandis, id humiliter libenterque emendare conemur. Eo profecto contendamus, ne charisma et ius, quorum utrumque ex uno supremo fonte, qui est Deus, provenit, sibi invicem adversentur, sed ut, illo impellente et hoc protegente, christiana familia proficiat in peregrinatione terrena et finem sibi praestitutum, aeternam beatitatem, consequi valeat.

Haec habuimus, quae vobis, iuris canonici studiosis et peritis, pro ipso iure canonico diceremus. Deum denique rogantes, ut vobis gratiae suae lumine et robore propitius adsit, singulis, qui adestis, nominatim etiam professoribus vestris, Benedictionem Apostolicam, amantis animi Nostri testimonium, in Domino largimur.

IX

Ad Excellentissimum Virum Apadit Pachariyangkun, Thailandiae apud Sedem Apostolicam cum auctoritate Legatum, Summo Pontifici Litteras commissi muneris testes tradentem. *

Monsieur V Ambassadeur,

Nous sommes heureux de vous accueillir. Oui, c'est pour Nous une joie de saluer en votre personne le peuple thaïlandais si cher à notre cœur, en même temps que le représentant hautement qualifié de Sa Majesté le Roi Bhumibol Adulyadej. L'aimable adresse de Votre

[7] **Decr. de institutione sacerdotali *Optatam totius,* n. 16.**

*** Die 14 mensis decembris a. 1972.**

Excellence, dont Nous avons apprécié la teneur, ainsi que les vœux de votre vénéré souverain, se chargent par là d'une signification toute particulière. Nous tenons à vous le dire, en vous offrant nos vifs remerciements.

Dans le concert des nations asiatiques, Nous connaissons la place spécifique de votre pays au passé prestigieux, aux traditions multiséculaires et à la culture admirable. A côté de ses ressources et de sa potentialité économiques, appelées à concourir de plus en plus au bien-être des populations, grâce à un essor harmonieux accompli dans la justice et le partage équitable du profit, ce pays possède en effet une richesse humaine et spirituelle, une grande civilisation. Nous en voyons pour preuve, entre autres, l'esprit de tolérance auquel vous faisiez allusion : n'est-ce pas une étape capitale de la construction de la paix dans un continent tourmenté? C'est aussi la marque d'hommes réalistes, de trouver un bienfait dans les contacts loyaux avec leurs frères du monde.

C'est encore la perspective de l'Eglise catholique, lorsqu'elle multiplie les dialogues avec toutes les philosophies, les courants de pensée et surtout ceux qui témoignent de préoccupations d'ordre transcendant. Vous voyez ici comme une explication de l'attitude de ses membres, soucieux de collaborer spécialement, par-delà leur contribution à l'effort social et éducatif entrepris pour le meilleur développement de la Thaïlande, à la promotion du respect et de l'estime mutuels de ses habitants, et à l'affirmation commune des valeurs les plus élevées. Tels sont, vous ne l'ignorez pas, le désir et la ligne de conduite du clergé et des fidèles catholiques.

Au moment où débute ainsi, sous des auspices très favorables, votre importante mission, vous Nous savez personnellement tout acquis à la faciliter selon nos moyens, pour continuer à faire de l'amitié et de l'entente cordiale, le fondement des relations entre le Saint-Siège et votre noble pays. Sur lui et sur vous-même, Monsieur l'Ambassadeur, Nous invoquons de grand cœur l'abondance des bénédictions du Tout-Puissant.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 2 Novembris 1972. — Cathedrali Ecclesiae Quicensi praefecit Exc. P. D. Iosephum Iulium Aguilar García, hactenus Episcopum titularem Bononiensem et Praelatum EscuintlenSem.

die 4 Novembris. — Metropolitanae Ecclesiae Cincinnatensi Exc. P. D. Iosephum L. Bernardin, hactenus Episcopum titularem Lugurensem.

die 7 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Lafayettensi Exc. P. D. Gerardum L. Frey, hactenus Episcopum Savannensem.

die 8 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Maxitensi R. P. D. Iosephum L. Howze, e clero dioecesis Carolinanae, curionem ad S. Laurentium in oppido vulgo *Asheville*, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi B. Brunini, Episcopi Natchetensis-Jacksoniensis.

die 10 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Cabralopolitanae R. P. Aloisium Gonzaga Ferreira da Silva, Societatis Iesu, moderatorem seminarii dioecesis Tetiensis.

die 16 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Phelbesianae Exc. P. D. Walmor Battu Wichrowski, hactenus Episcopum Crucis Altae.

— Cathedrali Ecclesiae Crucis Altae R. D. Nei Paulum Moretto, e dioecesi Caxiensi Australi, rectorem seminarii interregionalis vulgo nuncupati « Viamâo)).

die 22 Novembris. — Titulari Episcopali Ecclesiae Ammeniensi R. P. D. Franciscum Favreau, Vicarium Generalem Pictaviensem,

quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Pauli Mariae Vincent, Episcopi Baionensis.

die 23 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Grandfallensi R. P. D. Alphonsum L. Penney, Vicarium Generalem S. Ioannis Terrae Novae.

die 21} Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Ludovici Potosiensis R. D. Ezechielem Perea Sánchez, canonicum Capituli cathedralis eiusdem dioecesis.

*die **SO** Novembris.* — Cathedrali Ecclesiae Oranensi R. D. Henricum Teissier, sacerdotem archidioecesis Algeriensis.

die 5 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Carianensi Exc. P. D. Martialem Augustum Ramírez Ponce, hactenus Episcopum Guairensem, quem constituit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Ali Lebrún Moratinos, Archiepiscopi titularis Voncariensis, Coadiutoris cum iure successionis et Administratoris Apostolici ((sede plena » archidioecesis Caracensis.

die 9 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Vazaritanae Diddensi R. D. Gilbertum Valbuena, curionem paroeciae vulgo *Izúcar de Matamoros,* in archidioecesi Angelorum, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Abrahae Martínez Betancourt, Episcopi Tacambarensis.

die 11 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Loianae Exc. P. D. Albertum Zambrano Palacios, O.P., hactenus Episcopum titularem Casensem in Numidia et Vicarium Apostolicum Canelosensem.

*die **IS** Decembris.* — Metropolitanae Ecclesiae Utinensi R. P. D. Alfredum Battisti, Vicarium Generalem Pata vinum.

— Metropolitanae Ecclesiae Oklahomensi, nuper erectae, Exc. P. D. Ioannem R. Quinn, hactenus Episcopum Oklahomensem-Tulsensem.

— Cathedrali Ecclesiae Tulsensi, noviter erectae, R. P. D. Bernardum I. Ganter, Cancellarium dioecesis Galvestoniensis-Houstoniensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Foropopuliensi R. P. D. Ioannem J. Snyder, e clero dioecesis Bruklyniensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Francisci I. Mugavero, Episcopi Bruklyniensis.

die 18 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Monteriensi Exc. P. D. Samuelem Silverium Buitrago, hactenus Episcopum titularem Aquaenovensem in Numidia.

II

MUTILENSIS - FOROLIVIENSIS

DECRETUM

De mutatione finium dioecesium

Quo aptius christiani gregis fidelibus consuleretur fieretque sacrorum Antistitum fructuosior labor, visum est aetatis nostrae necessitatibus consentaneum si Ecclesiarum Mutilensis et Foroliviensis territorium aptius disponeretur.

Auditis ideo hoc super negotio locorum Ordinariis, quorum id interesset, Sacra Congregatio pro Episcopis, rata huiusmodi immuta tionem in bonum animarum vere cessuram, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia Pp. VI tributarum, haec quae sequuntur decernit praesenti Decreto, perinde valituro ac si apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

A dioecesi Mutilensi separat territorium municipiorum vulgo *Portico* e *San Benedetto in Alpe, Rocca San Casciano, Dovadola, Castrocaro Terme e Terra del Sole* atque territorium vicariatus *Premilcuore-Fantella* cognominati, eaque dioecesi Foroliviensi, mutatis ibidem utriusque dioecesis finibus, adnectit.

Pars territorii paroeciarum vulgo *San Giacomo in Converselle* et *Santa Maria in Ciola* vel *Zola,* quae in municipio vulgo *Brisighella* invenitur, a dioecesi Mutilensi separat et dioecesi Faventinae adnectit. Paroeciae autem vulgo *Santa Maria in Cuzzano et San Biagio in Sartiirano,* ad municipium vulgo *Tredozio* pertinentes, necnon paroeciam vulgo *San Pietro in Sentano* et partem territorii paroeciae vulgo *Santa Maria in Limisano,* ad municipium vulgo *Modigliana* pertinentes, a dioecesi Mutilensi abstrahit et dioecesi Foroliviensi adscribit.

Statuit quoque eadem Sacra Congregatio, ut una cum territorio municipiorum, ecclesiae adnectantur, oratoria, domus et coemeteria paroecialia, piae fundationes et quaecumque alia ecclesiastica bona quomodocumque ad paroecias vel ecclesias illorum municipiorum spectantia.

Documenta et acta, singulas de quibus agitur paroecias respicientia, a Curia a qua ad Curiam dioecesis, cui paroeciae aggregandae sunt, tradantur.

Ad Clerum vero quod attinet, simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes dioecesi illi censeantur adscripti in cuius territorio beneficium aut officium legitime detinent ; ceteri autem Clerici dioecesi illi incardinati maneant, in cuius territorio legitimum habent domicilium. Utriusque tamen dioecesis Episcopis Ordinariis fas erit — ob congruas rationes — collatis consiliis cum sacerdotibus et clericis quorum interest, aliter eorum incardinationem disponere.

Ad haec omnia perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis deputat Exc.mum Ioannem Proni, Episcopum Brittinoriensem atque Coadiutorem c.i.s, et Administratorem Apostolicum Foroliviensem, eidem necessarias et opportunas tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere ipsi imposito ad eandem Sacram Congregationem quam primum remittendi authenticum exemplar actus peractae executionis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 7 Octobris 1972.

£g CAROLUS Card. CONFALONIBRI, *Praefectus*

L. © S.

Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

ADOEKITIENSIS
(EKITIENSIS)

DECRETUM

De mutatione nominis

Cum Exc.mus ac Rev.mus Dominus Michael Patricius Fagun, Episcopus Adoekitiensis, proposuisset ut praesens denominatio suae dioecesis ita permutaretur ut deinde Ekitiensis nuncuparetur, Sacra haec

Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, re mature perpensa, auditoque favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Amelii Poggi, Archiepiscopi tit. Cercinitani et Apostolici in Africa Medio-Occidentali Delegati, optatis praelaudati Ordinarii inhaerendum esse censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI concessarum, supramemoratam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 11 mensis Decembris a. D. 1972.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

£8 D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

i

ATREBATENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Georgii Beilanger, Sacerdotis Congregationis Religiosorum S. Vincentii a Paulo.

SUPER DUBIO

An introducenda sit eius Causa

Quod ut sacrae doctrinae caput Concilium Vaticanum II statuit de salutifero munere Beatae Mariae Virginis, quae ((in caelis assumpta, multiplici intercessione sua pergit in aeternae salutis donis nobis conciliandis)) et « materna sua caritate de fratribus Filii sui adhuc peregrinantibus necnon in periculis et angustiis versantibus curat, donec ad felicem patriam perducantur » *(Lumen gentium,* n. 62), hoc Servus Dei Georgius Bellanger toto vitae suae tempore vivida fide et pietate

singulari in Deiparam Virginem expertus est, sive in propriae sanctificationis opere, sive in apostolica navitate.

Is die 24 Maii anno 1861, Virgini Auxiliatrici sacro, in vico *Bourbourg,* dioecesis Cameracensis, nunc Insulensis, ortus est et post biduum fonte baptismali Deo renatus: quem piissima mater mox SS.mae Virgini in eius sanctuario a Miraculis devovit. Patre ob immaturam mortem orbatus, in pagum *Monile,* dioecesis Atrebatensis, ubi hodie eius corpus in spe resurrectionis requiescit, una cum matre et fratribus decennis se contulit, eximiae pietatis iam tunc indicia praebens. Mense Maio a. 1876 gravi coxalgiae morbo in vitae discrimen adductus, miro modo, instantibus precibus Virgini Deiparae admotis, uti ferunt, saluti restitutus est.

Anno aetatis duodevicesimo Seminarium maius Atrebatense ingressus, sodalibus virtutis exemplo praefulsit. Die 12 Iulii 1885 sacerdos ordinatus, munus magistri in Seminario minore suscepit, alumnorum animis tum scientia tum pietate informandis incumbens. Post biennium ab episcopo suo Instituti « Les Saints Anges », praedicto Seminario adiuncti, rector est renuntiatus, quo etiam alumni externi studiorum causa et S. Communionis primo suscipiendae conveniebant; cui muneri maximo cum zelo incubuit.

Pietatis magister militum subinde constitutus, indefesso ardore et numquam fracta caritate tironibus Dei timorem simul et amorem infundere studuit. Cultum quidem eucharisticum inter iuvenes promovit tum Missa dominicali in sacello Circuli militaris, mox, crescente numero participantium, in praegrandi sanctuario Virginis v. « Notre-Dame des Ardents » celebrata, tum frequenti adorationis SS. Sacramenti sive diurnae sive nocturnae exercitio. Devotionem vero erga Virginem Deiparam, sub titulo Matris Boni Consilii invocatam, Servus Dei praecipue assidua SS. Rosarii recitatione fovit. His duobus gratiae auxiliis plurimorum animas a via salutis aberrantes in semitam virtutis reduxit.

Dum autem aliis copiose dona spiritualia largiretur propriae perfectionis non est oblitus. Quapropter altioris viae desiderio incensus, annos natus triginta quinque vitam religiosam amplexus est inter Fratres (hodie *Religiosos)* Sancti Vincentii a Paulo, pauperum necnon opificum servitio dicatos. Novitiatum die 2 Iulii 1896 ingressus, vota temporanea anno 1898 eodem recurrente die nuncupavit.

Ad curam spiritualem militum superiorum mandato rediens, novo animo ipsorum saluti promovendae se dedit; sed mox indefesso labore et frequentibus vigiliis fractus, a moderatoribus suis Novitiorum

institutioni Lutetiae Parisiorum Magister praefectus est, mense Octobri a. 1900. Quo munere per duos fere annos frugifere functus est, adulescentes efficaciter ad religiosam perfectionem erudiens, omni cura annitens ut novitii Ss. Altaris Sacramentum impenso amore prosequerentur ac Virginem Mariam veluti praecipuam Novitiatus Magistram peculiari dilectione colerent, per Matrem ad Filium properantes.

Viribus tamen corporis denuo imminutis, medicorum praescripto, Superioribus ipsius annuentibus, ad locum *Monile m* domum familiarium suorum ad recuperandae valetudinem, divinae voluntati obsecutus, mense Aprili anno 1902 se recepit.

Sed iam meritis plenus, Servus Dei post quatuor menses ad superos evolavit, postridie sollemnitatis Assumptionis B. Mariae Virginis, die sabbati, ut optarat, ad sonum aeris sacri vespertinam Virginis salutationem nuntiantis.

Statim ut supremum spiritum exhalavit, sacri Rosarii recitatio, ut ipse petierat, apud eius exuvias incoepta est eamque continenter per quatuor dies prosecuti sunt, iisque ad sacra funebria, quibus frequens populus interfuit, corpus ad coemeterium loci comitans, quod dein in tumulo condiderunt.

Fama sanctitatis qua Servus Dei adhuc vivens communiter fruebatur, post eius obitum in dies crevit, plurimis tum ex eius Familia religiosa, tum e dioecesi Atrebatensi instantibus, ut Causa de eius glorificatione promovenda institueretur. Quapropter Processus Ordinarius in urbe episcopali Atrebatensi annis 1938-1941 celebratus est, cuius Acta ad S. Rituum Congregationem sunt delata. Accesserunt variis temporibus Litterae Postulatoriae quibus tum Cardinales, Archiepiscopi et Episcopi, tum Supremi Ordinum aut Congregationum Moderatores sive Antistitae suppliciter efflagitabant, ut Sedes Apostolica hunc Dei Famulum Beatorum honoribus condecoraret.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, ac scriptis Dei Servi rite examinatis, Sacra Rituum Congregatio, Pio Papa XII approbante, die 20 Februarii a. 1950 nihil obstare edixit quominus ad ulteriora procedi posset.

Quapropter, instante Rev. P. Ernesto Mura, sodali Religiosorum S. Vincentii, huius Causae Postulatore, die 28 Martii anno 1972 celebratus est Congressus Peculiaris S. Congregationis pro Causis Sanctorum, quem secuta est Congregatio Peculiaris diei 23 Maii eiusdem anni, in qua Em.mus Cardinalis Pericles Felici, huius Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit disceptandum : *An introducenda sit*

causa beatificationis in casu et ad effectum de quo agitur, et de ea rettulit. Et Em.mi Patres Cardinales qui convenerant, omnibus mature perpensis, suffragium tulerunt affirmativum, scilicet Causam esse introducendam, si Sanctissimo placuisset.

Facta postmodum, die 22 Iunii huius anni, de praemissis omnibus Paulo VI per infrascriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua sententiam Em.morum Patrum ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis pro Causis Sanctorum, die 22 Iunii a. D. 1972.

PAULUS Card. BERTOLI, *Praefectus*

L. © S.

© **F.** Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

II

BRIXIENSIS

Beatificationis et canonizationis Servae Dei, Annuntiatae Cocchetti, Fundatricis Sororum a S. Dorothea de Cemmo.

SUPER DUBIO

An introducenda sit eius Causa

Salvatoris nostri Iesu Christi cohortatio : *Sinite parvulos venire dd me (Me.* 10, 15) et *qui susceperit ... parvulum ... in nomine meo, me suscipit (Mt.* 18, 5) complures Dei Servos proximo saeculo impulit ut praeclara mirent opera adulescentibus utriusque sexus ad humanitatem doctrinamque informandis.

Iis autem merito adnumeratur Annuntiata Cocchetti, utpote quae seipsam dediderit ad puellis auxiliandum praesertim ruricolis quas Deo servaret atque muliebribus vitae muneribus aptiores redderet, opusque idem apostolicum religiosae Congregationi a se excitatae in aevum reliquerit producendum.

Ipsa in oppido, cui vulgare nomen *Rovato,* in dioecesis Brixiensis finibus, die 9 mensis Maii anno 1800 nata est Marco Antonio et Iulia Alborelli, vitae genere morumque probitate cognitis, ac triduo intermisso salutari lavacro expiata. Cum ex pueris modo excedens utroque

parente orbata esset, paterna avia libenter puellam tecto recepit atque incohatum educationis opus est diligenter prosecuta et quidem cum felici rerum exitu, quoniam neptis mox aequalibus praestabat ingenio virtutibusque antecellebat. Adulescens iuxta temporis consuetudinem sacro chrismate roborata est atque eucharistico pane animae vitam sustentabat et alebat. Progrediente autem aetate, puellarum ignorantiam et pericula quibus exponebantur miserata, permissu aviae ludum litterarum nulla impensa illis aperuit. Verumtamen cum lege prohibeatur ne disciplinas traderet sine publica docendi facultate, Serva Dei ita in studia sedulo incubuit ut viginti et duos annos nata legitimum diploma impetraverit. Sed Deo sic permittente, apostolicum quod pedetentim confidebat iter repente obstrui ei visum est. Etenim, avia tunc mortua, in tutelam venit patrui, qui Mediolani medicinam exercebat. Is Famulam Dei ad se anno 1825 arcessivit atque eo consilio ad mundana traduxit colloquia et oblectamenta ut occasio ei offerretur nubendi. Annuntiata vero, quae precationi, castigationi sui ipsius et officiis semper intenta vacaverat et, avia amissa, trepida sed fidens se Deiparae Virgini commendaverat quaeque beatae Magdalenae de Canossa Institutum ingredi cupiverat, diuturnum ac grave periculum ita superavit ut tamen de reverentia patruo debita nihil omnino detraxerit. Tandem sex post annos divino firmata praesidio e patrui domo fortiter aufugit et ad Brixiense oppidum vulgo appellatum *Gemmo* se contulit ut suam operam praestaret piae dominae Herminiae Panzerini, quae et ipsa privatum instruxerat pauperibus puellis erudiendis litterarum ludum.

Voti sic compos facta iam uni virtutum progressioni et infantium curae vitam impendebat, ut a desidia puellas revocaret, solida imbueret doctrina, artes domesticas doceret ac praecipue ad pietatem ceterasque virtutes inclinaret. Curavit quoque graviores tradere disciplinas, ut agmen magistrarum compararetur, quae praesertim animarum saluti iuvenum prospicerent.

In tam salutari incepto Serva Dei magistrum habuit et consiliarium sacerdotem praeclarum atque nobilem et Evangelii praeconem Lucam Passi. Qui pium opus a S. Dorothea nuncupatum condiderat pro puellarum educatione illudque late diffuderat dum crebris expeditionibus sacris dabat operam; quin imo auctor exstiterat ut paulo ante exorta Instituta Sororum Vicentiae, Ianuae et Venetiis, assumpta S. Dorotheae appellatione, illum sibi ut praecipuum finem proponerent. Cum

vero memorata domina Panzerini anno 1842 vita excessisset et Annuntiatam heredem domus et tam benefìci muneris testamento reliquisset, Dei Famula hortatu ipsius sacerdotis Passi eodem anno Venetiis habitum religiosum induit inter Sorores a S. Dorothea, ac novitiatus annum sancte explevit sacrisque Deo votis, ut iamdiu optaverat, perpetuo se devinxit. Vixdum religiosa vota nuncupaverat, cum Cemmum rediit et iuvenes, quotquot id appetiverant, in Congregationem religiosam cooptavit. Deinde autem in Sororibus et puellis ad pietatem informandis perpetuo elaborabat libenterque operam navabat etiam finitimis paroeciis, et sic prudens, sancta et summorum beneficiorum auctor a clero et fidelibus habita est. Aedificium postmodum ampliavit, sacellum extruxit, multas ludi magistras doctrina praestantes studioque flagrantes excitavit, quae plurimum sunt utiliterque in vinea Domini versatae. Ad iustorum praemia presbytero Luca Passi vocato, Famula Dei et eius religiosa communitas legitimum superiorem habebant solum Ordinarium Brixiensem. Increvit autem exinde Institutum in novam Congregationem, cuius Famula Dei ab omnibus legifera mater est agnita. Ipsa sane in Deum mente et corde semper spectans exemplo magis quam verbo ceteris anteibat neque oculorum quidem caligine adflictata ab opere cessabat.

Senio tandem et labore confecta, cum adventum animadverteret Sponsi, morientium sacramenta multa prece flagitavit atque spirituales filias ad pietatem, obedientiam et ad puellarum curam ultimum adhortata, die 23 mensis Martii anno 1882, placide animam efflavit.

Sanctitatis fama, qua in vita et morte clamerai, magis in dies percrebuit atque anno 1951 in Curia Brixiensi processus coepti sunt instrui super eadem sanctimoniae fama, super scriptis et super publico cultu eidem non praestito, quorum acta anno 1955 Romam transmissa sunt. Interim plures epistolae Cardinalium, Episcoporum ac praesertim Sacerdotum et Laicorum ad Summum Pontificem pervenerunt, quibus postulabatur ut Causa beatificationis Servae Dei recte apud Apostolicam Sedem introduceretur.

Servato iuris ordine prodiit die 25 Februarii a. 1959 decretum super Famulae Dei scriptis, quo S. Rituum Congregatio edixit nihil Causae progressioni obstare. Deinde, instante Rev. P. Ioanne a Iesu Maria, Ordinis Carmelitarum Discalceatorum et Causae legitime constituto postulatore, die 15 Februarii a. 1972 habitus est Congressus Peculiaris S. Congregationis pro Causis Sanctorum, qui adfirmando adnuendoque respondit. Quod Patres Cardinales sua sententia sanxerunt in Congre-

gatione Peculiari diei 23 Maii eodem anno, relatore Silvio Cardinali Oddi, rati *Causam esse introducendam, si Summo Pontifici placuisset.*

Referente demum de praemissis omnibus infrascripto Cardinali, Paulus Papa VI eam sententiam ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis pro Causis Sanctorum, die 22 Iunii a. D. 1972.

PAULUS Card. BERTOLI, *Praefectus*

L. $ S.

SB" F. Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

III

ANTIOCHENA MARONITARUM

Canonizationis Beati Sarbeli Makhlouf a Beqà Kafra, Sacerdotis et Monachi professi Ordinis Antoniani Baladitarum Syro-Maronitarum modo Ordinis Libanensis Maronitarum.

SUPER DUBIO

An resumenda sit eius Causa

Orientalis Ecclesiae filium, gloriam Libani, universae catholicae familiae ut virtutis exemplar proponere, Beatorum Caelitum ordinibus sollemni ritu adscribendos die 5 mensis Decembris anno 1965, sub exitum Concilii Oecumenici Vaticani II, summo fuit gaudio Romano Pontifici Paulo VI ; Beatum dicimus Sarbelnm Makhlouf, sacerdotem et monachum Ordinis Libanensis Maronitarum, cuius quidem egregii Christi sectatoris opera Orientem et Occidentem veluti caelestis arcus tunc coniungere videbatur (cfr. *A.A.S.* 57 [1965], pp. 955 ss.).

Nova exinde atque iterata spiritualia ac temporalia beneficia et signa, quorum nonnulla miraculi speciem praeseferunt, eiusdem novensili Beati invocato nomine, impetrata esse dicuntur. Quae sane divinam significare videntur voluntatem eundem Beatum ad summos honores evehendi.

Quapropter Em.mus Dominus Paulus Petrus Cardinalis Méouchi, Patriarcha Antiochenus Maronitarum, aliique potissimum Ecclesiae Orientalis Archiepiscopi et Episcopi, quibus adiunguntur et Generales religiosorum quorundam Ordinum Moderatores necnon Exc.mus Libani

apud Sanctam Sedem Legatus, preces porrexerunt enixas Summo Pontifici ut Causa canonizationis Beati Sarbeli Makhlouf resumeretur.

Instante igitur Bev. P. Nëmétallah Helou, Ordinis Libanensis Maronitarum postulatore generali, Em.mus Dominus Aloisius Cardinalis Traglia, Causae huius Ponens seu Relator, in Congregatione Peculiari diei 11 Iulii anni huius 1972, sequens dubium discutiendum proposuit : *An resumenda sit Causa canonizationis in casu et ad effectum de quo agitur,* et super ea rettulit. Et Patres Cardinales, attenta quoque favorabili opinione Ordinarii Congressus huius Congregationis pro Causis Sanctorum die 1 Iulii hoc eodem anno celebrati, omnibus mature perpensis, unanimi consensu affirmando responderunt de resumenda Causa, si Summo Pontifici placuisset.

Quibus de rebus factus certus, Summus Pontifex Paulus VI sententiam Patrum Cardinalium ratam habuit et confirmavit eamque per litteras Secretariae Status diei 25 Iulii 1972 cum hac Sacra Congregatione communicavit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis pro Causis Sanctorum, die 25 Iulii a. D. 1972.

PAULUS Card. BERTOLI, *Praefectus*

L. © S.

F- Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato 25 **Novembre** 1972, **il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Visita Ufficiale Sua Eccellenza il Generale** SUHARTO, **Presidente della Repubblica d'Indonesia.**

Giovedì 14 **Dicembre** 1972, **il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor** APADIT PACHARIYANGKUN, **Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Thailandia.**

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo Vi ha nominato :

9 dicembre 1972. S. E. il sig. Cardinale Cooke Terence J., Arcivescovo di New York; S. E. il sig. Cardinale Léger Paul Emile; S. E. Mons. Echeverría Ruiz Bernardino, Arcivescovo di Guayaquil; S. E. Mons. dos Reis Rodrigues Antonio, Vescovo tit. di Madarsuma; S. E. Mons. Mensa Albino, Arcivescovo di Vercelli; *Membri della Pontificia Commissione per la Pastorale delle Migrazioni e del Turismo.*

» » » S. E. Mons. Collin Bernardin, Vescovo di Digne; S. E. Mons. McKeon Myles, Vescovo di Bunbury; S. E. Mons. Rubin Wìadyslaw, Vescovo tit. di Serta; S. E. Mons. Brand Charles, Vescovo tit. di Utina; Mons. Wittenauer Bruno; P. Perotti Antonio, O.S. ; P. Arrighi Giovanni, O.P. ; P. Schönig Heinz-Peter; Sac. Loncke Joseph; Sig.na Monnet Marie Louise; Dott. Alberti Poja Antonio; Dott. Margue George; *Consultori della Pontificia Commissione per la Pastorale delle Migrazioni e del Turismo.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Protonotari Apostolici soprannumerari:

29 novembre 1972. Mons. Sygnatowicz Ladislao (Gorzów).
» » » Mons. Pawelczak Ladislao (Poznan).
» » » Mons. Padacz Vladislao (Warszawa).

Prelati d'onore di Sua Santità.

25 agosto 1972. Mons. Dimpel Gottardo (Begensburg).
» » » Mons. Spiessl Lodovico (Regensburg).
» » » Mons. Weinhof er Lorenzo (Regensburg).
9 ottobre » Mons. Mallagray Germano (Jujuy).
» » » Mons. Perez de San Roman Saverio (San Sebastian).
30 » » Mons. Colom Freixa Amadeo (Lérida).
10 novembre » Mons. Kuczera Giuseppe (Katowice).
» » » Mons. Tobóla Edoardo (Katowice).
21 » Mons. Dunphy Giacomo (Gallup),
» » Mons. Gomez Leo (Gallup).
» » Mons. Lindenmeyer Giacomo (Gallup).
24 » Mons. Sgreccia Elio (Fossombrone).
29 » Mons. Jagodziúski Edoardo (Gorzów).
» » Mons. Marszalik Miecislao (Gorzów).
» » Mons. Nowicki Ladislao (Gorzów).
» » Mons. Haendschke Luciano (Poznan).
» Mons. Winkler Edmondo (Poznan).
» » Mons. Dejciñski Sigismondo (Warszawa).
10 dicembre » Mons. Quilici Oriano (Sovana-Pitigliano).

Cappellani di Sua Santità:

22 luglio 1972. Mons. Eding Simone (Augsburg).
» » » Mons. Huttler Guglielmo (Augsburg).
» » » Mons. Lidel Alberto (Augsburg).
